PETRUS LOMBARDUS,Sententiarum libri IV

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

PETRUS LOMBARDUS,Sententiarum libri IV. XIIIe s. (v. 1240)..

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
- La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

CLIQUER ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter
reutilisationcommerciale@bnf.fr.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

Ce MS du 13e ſiecle Contient le maitre des ſentences

481.

LATIN
15,705

Volume de 162 feuillets
5 Mars 1869.

In armariolo positus [illegible]

Liber magistrorum pauperum studentium in theologia pretii centum solidorum. continet .xx. quaterniones. 1

20

Sicut ex materia materia distinguitur ita a magistro hoc opus in quo sunt quaedam excerpta de diversis scripture misteriis studuit copulare et quoniam liber distinctus [illegible] [illegible] qui eos compilavit [illegible] devotionis [illegible] de beato [illegible] vel alio [illegible] magistro [illegible] vel materia hic liber [illegible]

Isti sunt duo filii olei qui assistunt dominatori universe terre. Zacharie quarto capitulo. [illegible]

[illegible]

Isti sunt duo filii olei qui assistunt dominatori universe terre [illegible]

[illegible]

BIBLIOTHECAE IMPERIALIS MSS

[illegible]

478

Lit^a g^r magi
q no tenet

[illegible] caritas [illegible] diligere deo [illegible]
[illegible] d. xxiiii
[illegible] tenet. d. i.
[illegible] ad hoc te. d. xxx
Alia quod [illegible] d. [illegible]
Alia [illegible] reparacio [illegible] d.
Alia [illegible] ad hoc [illegible] tenet. d.
[illegible] rebaptizandi d. ii
[illegible] d. i
Alia quod [illegible] potuit [illegible] d. i

Nota quod agens in habet [illegible] agens in habet libero [illegible] agens de reparatione [illegible] ut potest de libertate [illegible] de ipso reparabili ut potest homo [illegible] quia agens de persona civitate [illegible] agens de ipso [illegible] agens de homine reparati salute quod [illegible] reparationis ut potest de ipso [illegible] reparationis [illegible] de [illegible] pater quam [illegible] totaliter [illegible] nostre reparationis [illegible] hoc est [illegible] liberum [illegible]

Incipiunt capitula primi libri.

d. i Omnis doctrina est de rebus vel de signis.
De rebus quibus fruendum est vel utendum et de his que fruuntur et utuntur.
Quid sit frui vel uti.
d. ii De trinitate et unitate.
Que fuerit intencio scribentium de trinitate.
Quis ordo sit servandus cum de trinitate agitur.
De testimoniis veteris testamenti quibus trinitatis misterium declaratur.
De testimoniis novi testamenti ad idem pertinentibus.
d. iii De cognitione creatoris per creaturas in quibus trinitatis vestigium apparet.
De ymagine et similitudine trinitatis in anima humana.
a De similitudine creature et creatricis trinitatis.
De trinitatis unitate.
d. iiii Utrum deus pater se ipsum genuerit.
Utrum trinitas de uno deo predicetur sicut unus deus de tribus personis.
d. v Utrum divina essentia genuerit filium vel genita sit a patre vel de ipsa natus sit filius vel spiritus sanctus procedens.
Quod filius non est de nichilo sed de aliquo, non tamen de materia, sic et spiritus sanctus.
Quare verbum patris dicatur filius nature.
d. vi Utrum pater voluntate genuerit filium an necessitate, an nolens vel volens sit deus.
d. vii Utrum pater potuerit vel voluerit gignere filium.
An posse gignere filium sit aliqua potentia in patre que non sit in filio.
d. viii De veritate ac proprietate divine essentie.
De incommutabilitate eiusdem.
De simplicitate eiusdem.
De corporali et spirituali creatura quomodo sit multiplex et non simplex.
Quod deus cum sit simplex tamen multipliciter dicitur.
Quod dei simplicitas nullis predicamentorum subicitur.
Quod deus abusive dicitur substantia.
d. ix Quod non est in deo aliquid quod non sit deus.
De distinctione trium personarum.
De coeternitate patris et filii.
De ineffabili et inintelligibili generationis modo.
Utrum debeat dici semper gignit filium vel semper genitus est.
d. x De obiectionibus hereticorum contendentium probare filium non esse coeternum patri.
De spiritu sancto quod amor patris et filii, et proprie dicitur cum sit in trinitate amor qui est trinitas, sicut verbum proprie dicitur sapientia et tamen tota trinitas dicitur sapientia.
Quod eadem nomina proprie et universaliter accipiuntur.
Quod spiritus sanctus sic patri et filio est communis caritas ut nomen hoc proprium.
d. xi Quod spiritus sanctus procedit a patre et filio, quem tamen greci a filio procedere diffitentur.
De convenientia latinorum et grecorum in sensu et differentia in verbis.
d. xii Utrum spiritus sanctus prius vel plenius procedat a patre quam a filio.
d. xiii Quod spiritus sanctus principaliter et proprie dicitur procedere a patre.
Quare spiritus sanctus cum sit de substantia patris non dicatur genitus sed tantum procedens.
Cur filius dicatur procedere cum spiritus sanctus non dicatur gigni.
Quod non potest mortalis distinguere inter generationem filii et processionem spiritus sancti.
d. xiiii Utrum spiritus sanctus debeat dici ingenitus cum non sit genitus.
De gemina processione spiritus sancti temporali et eterna.
Quod non solum dona spiritus sancti sed et ipse spiritus sanctus deus datur hominibus et mittitur.
d. xv An viri sancti possint dare spiritum sanctum.
Quod spiritus sanctus et a se ipso datur et filius a se ipso mittitur.
Quomodo intelligendum sit et filio mittitur se.
Quod a spiritu sancto etiam filius sit missus.
Quod filius etiam sit datus a se ipso.
Quomodo intelligendum sit: a me ipso non veni.
Utrum semel tantum sit missus filius an sepe.
De duobus modis missionis filii.
Quod secundum alterum modum semel sit missus, secundum alterum sepe, et secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non.
Quare pater non dicitur missus.
Quod filius et spiritus sanctus non sunt ideo minores patre quia missi.
d. xvi De missione spiritus sancti que fit duobus modis, visibiliter et invisibiliter.
Quod filius secundum quod homo non tantum patre sed et spiritu sancto minor est.
d. xvii Quod spiritus sanctus est caritas qua diligimus deum et proximum.
Quod fraterna dilectio est deus, nec pater vel filius, sed tantum spiritus sanctus.
Quod non est dictum per causam illud: deus caritas est, sicut illud: tu es patientia mea et spes mea.
Quomodo spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.
Utrum spiritus sanctus augeatur in homine vel minus et magis habeatur vel detur et [illegible] habenti vel non habenti.
Quod aliqui dixerunt caritatem dei et proximi non esse spiritum sanctum.
Utrum concedendum sit per donum dari dona.
d. xviii Utrum spiritus sanctus eadem ratione dicatur donum qua datum sive donatum.
Quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius sed et essentia, ita spiritus sanctus procedendo accepit non tantum ut esset donum sed ut esset essentia.
Quod spiritus sanctus dicitur donum et donatum secundum duos modos predicte processionis, quia secundum quod donum est refertur ad patrem, et secundum quod datum ad eum qui dedit et ad eos quibus datur.
An filius cum sit nobis datus possit dici noster ut spiritus sanctus.
Utrum spiritus sanctus ad se ipsum referatur.
d. xix De equalitate trium personarum.
Quod eternitas et magnitudo et potentia in deo unum est, etsi videantur diversa.

BIBLIOTHEQUE NATIONALE

BIBLIOTHEQUE DE SORBONNE

d. xix Quod aliqua personarum aliam non excedit magnitudine, quia non est maior una persona quam alia, nec maius aliquid duae quam una, nec tres quam duae vel una.
Quomodo dicatur pater esse in filio et filius in patre et spiritus sanctus in utroque.
Quod nulla personarum pars est in trinitate.
Quare tres personae dicantur summe unum.
Quod non dicimus tres personas esse unam essentiam, nec ut genus de speciebus, nec ut speciem de individuis praedicamus, quia non est essentia genus et personae species, vel essentia species et personae individua.
Quod nec secundum materialem causam dicuntur tres personae una essentia, et tamen dicuntur tres personae unius essentiae, ut tres homines unius naturae.
Utrum tres personae differant illo quo proprietatibus distinctae sunt. xx
Quare tres personae simul non sunt maius aliquid quam una.
Quod deus non est dicendus triplex sed trinus.
Quod aliqua personarum non excedit aliam potentia.
Quod non minus potest filius quam pater.
De obiectionibus haereticorum contra haec et responsionibus catholicis.
d. xxi Quomodo non possit dici solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus, cum sint inseparabiles.
Utrum debeat dici solus pater est deus, vel solus filius est deus, vel solus spiritus sanctus est deus, cum pater est solus deus, filius est solus deus, spiritus sanctus est solus deus.
Quomodo trinitas dicatur esse solus deus, cum ipsa sit cum spiritibus et animabus sanctis.
d. xxii De nominum differentiis quibus utimur loquentes de deo.
De his quae temporaliter deo conveniunt et relative dicuntur.
De hoc nomine quod est trinitas.
De illis quae temporaliter conveniunt et dicuntur relative.
De his quae proprie ad singulas personas pertinent, et de his quae unitatem essentiae significant.
d. xxiii De hoc nomine quod est persona, quod secundum substantiam dicatur, et non singulariter sed pluraliter accipitur in summa.
Qua necessitate dictum sit tres personae a Latinis, et a Graecis tres ypostases vel substantiae.
Quare non dicimus patrem et filium et spiritum sanctum esse tres deos sicut tres personas.
Cur non dicimus tres essentias ut tres personas.
Quod in trinitate non est diversitas vel singularitas vel solitudo, sed unitas et trinitas, distinctio et identitas.
Quod non debet dici deus multiplex.
xxiiii Quid significetur his nominibus unus, duo vel duae, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distincte, cum his utimur loquentes de deo.
xxv Quid significetur hoc nomine persona in plurali numero, scilicet cum dicitur personae.
De triplici acceptione huius nominis persona in trinitate.
Ex quo sensu dicatur alia persona patris, alia filii, singula aliis, et persona patris alia filii.
xxvi De hoc nomine ypostasis.
De proprietatibus personarum et de nominibus earum relativis.
Quod non omnia dicuntur de deo secundum substantiam, quaedam enim secundum relationem, nichil tamen secundum accidens.
Quare dicatur Christus unicum esse unigenitum filium dei, cum homines sint filii dei.
Quod homo dicitur filius trinitatis, et trinitas pater hominum.
Quod spiritus sanctus eadem proprietate donum dicitur qua spiritus sanctus, et utrumque relative ad patrem et filium.
xxvii Utrum pater vel trinitas ipsa vel filius possit dici spiritus sanctus.
Quod non omnia quae relative dicuntur sibi invicem respondent vocabulis.
Quae sint illae proprietates quibus distinguuntur personae.
Quod non solo eodem dicitur esse patrem et genuisse vel habere filium.
Quod proprietates determinant ypostases vel personas, non substantiam vel naturam.
e generali regula Augustini quae ad se et quae relative dicuntur.
An secundum substantiam dicatur deus de deo et huiusmodi.
d. xxviii Quod non tantum tres sunt proprietates personarum.
An solus pater debeat dici non genitus vel non filius, sicut dicitur ingenitus.
De proprietate quae notatur ingenitus.
Responsio Ambrosii contra Arrianos de ingenito.
An diversum sit esse patrem et esse filium.
Si sapientia genita dicitur ratione vel secundum substantiam.
De imagine.
d. xxix De principio.
Quod ab aeterno pater est principium filii, sed non spiritus sancti.
Quomodo pater sit principium filii, et ipse cum filio spiritus sancti, et principium spiritus sancti.
An eadem notione pater et filius sint principium.
d. xxx De his quae temporaliter de deo dicuntur relative secundum accidens, quod non deo sed creaturis accidit.
An spiritus sanctus dicatur datus vel donatus relative ad se, cum a se detur.
d. xxxi An filius dicatur equalis vel similis patri secundum substantiam.
De verbis sancti Hylarii, quae in trinitate personarum propria ostendit.
Quare patri attribuitur unitas.
Quare pater et filius dicatur esse unum, vel unus deus, sed non unus.
Quare dicitur esse equalitas in filio.
Quare in spiritu sancto dicitur esse virtus, concordia vel connexio.
d. xxxii Utrum pater vel filius ea dilectione diligat quae procedit ab utroque, id est spiritu sancto, et quam genuit.
Utrum pater sit sapiens sapientia.
An filius sit sapiens a se ipso vel per se ipsum.
An una tantum sit sapientia patris.
Sicut in trinitate est dilectio quae est trinitas, et tamen spiritus sanctus est dilectio quae non est trinitas, nec tamen sunt duae dilectiones, ita et de sapientia.
Quare pater non dicitur sapiens sapientia genita, sicut dicitur diligens dilectione quae ab ipso procedit.

xxxiii Utrum proprietates personarum sint ipse persone vel nomina illarum.
Quomodo proprietates possint esse in natura dei, nec eam determinent.
De verbis Hilarii quibus pravorum intelligentiam vult destruere, dicens idem esse divinam naturam et rem nature,
xxxiiii et non idem esse deum et quod dei est.
Utrum ita possit dici unus deus trinus personis, sicut dicitur una essentia trium personarum, et tres persone unius dei, ut tres persone unius essentie.
Quod potentia, sapientia, bonitas in scriptura aliquando ad personas distincte referuntur.
Quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas attribuatur, cum sit una sapientia, potentia, bonitas trium.
De hoc nomine omousion, quod in auctoritate receptum sit, et quid significet.
xxxv De scientia et prescientia, providentia, dispositione et predestinatione dei.
De quibus sit prescientia vel providentia.
De quibus dispositio.
De quibus predestinatio.
De quibus providentia.
De quibus sapientia vel scientia.
Utrum prescientia vel dispositio vel predestinatio dei esse potuisset, si nulla essent futura.
Quod scientia dei est de temporalibus eterna.
Quomodo omnia dicuntur esse in deo et vita in eo.
xxxvi Utrum omnia debeant dici esse in dei essentia, ut sunt in dei cognitione vel presentia esse dicuntur.
Qua ratione bona dicuntur esse in deo et non mala.
Utrum idem sit omnia esse ex deo et per ipsum et in ipso.
Quod omnia sunt in quolibet trium, et per ipsum et in ipso.
Quod non omnia que ex deo sunt, etiam de ipso sunt.
xxxvii Quibus modis dicatur deus esse in rebus.
Quod deus non ubique est habitans, sicut ubique esse dicitur, et in aliquibus esse essentia.
Quod deus sicut est in omnibus rebus essentialiter, non tamen coinquinatur sordibus rerum.
Quod deus sit ubique et semper, nec tamen localiter, nec loco nec tempore movetur.
Quibus modis aliquid dicatur locale aut circumscriptibile.
Quid sit mutari per tempus.
Utrum spiritus creati sint locales et circumscriptibiles.
Quod deus est ubique sine locali motu.
xxxviii Utrum scientia vel prescientia dei sit causa rerum vel e converso.
Utrum prescientia dei possit falli.
xxxix Utrum scientia dei possit augeri vel minui vel aliquo modo mutari.
An deus possit novum aliquid vel ex tempore scire vel prescire aliquid.
Utrum deus possit scire plura quam scit.
xl Quod deus semper et simul scit omnia. An aliquis predestinatus possit dampnari vel reprobus salvari.
Quid sit reprobatio dei, et in quibus consideretur, et quis sit predestinationis effectus.
xli Utrum aliquid sit meritum obdurationis vel misericordie.
De variis super hoc carnalium opinionibus.
Utrum ea que semel scit deus vel prescit semper sciat et presciat, et semper scierit et prescierit.
xlii De omnipotentia dei, quare dicatur omnipotens, cum nos multa possimus que ipse non possit.
Quomodo dicatur deus omnia posse.
Quod omnipotentia dei secundum duo consideretur.
xliii Inductio eorum qui dicunt deum nil posse, nisi quod vult et facit.
xliiii An deus possit facere aliquid melius quam facit, vel alio vel meliori modo.
Utrum deus semper possit omne quod potuit.
xlv De voluntate dei, que essentia dei est, et de signis eius.
Quod licet idem sit deo velle quod esse, non tamen dici potest deus omnia esse que vult.
De intelligentia harum locutionum: deus scit vel vult, deus scit omnia vel vult aliquid.
Quod dei voluntas summe bona causa est omnium que naturaliter sunt. Et causa non est querenda eius, quia prima est et summa omnium.
Quibus modis accipitur dei voluntas.
Quod preceptio, prohibitio, permissio, consilium, operatio nomine voluntatis intelliguntur.
Utrum deus velit ab omnibus fieri ea que precipit, vel non fieri que prohibet.
xlvi Quod voluntas dei que ipse est in nullo cassari potest.
Quomodo intelligendum sit illud: volui congregare filios tuos sub alas meas.
Et illud: qui vult omnes homines salvos fieri.
Utrum mala deo volente vel deo nolente fiant.
Quomodo intelligendum sit illud Augustini: mala si bonum est.
De multiplici acceptione boni.
Quod mala universitati valent.
Quod inde non est causa ut sit homo deterior.
xlvii Quomodo voluntas dei de homine impletur, quocumque se vertat.
Ex quo sensu quedam dicuntur fieri contra dei voluntatem.
Quare precipit deus omnibus bona facere et mala vitare, et si non de omnibus vult impleri.
Quod homo aliquando bona voluntate aliud vult quam deus, et mala idem quod deus.
xlviii Quod dei voluntas per malas hominum voluntates impletur.
Utrum placuerit iustis scire quod Christus pateretur et moreretur.
Utrum passiones sanctorum debeamus velle.

Expliciunt capitula primi libri sententiarum.

Incipit prologus.

Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophilacium domini mittere

Causa prima est efficiens. [illegible]

Causa [illegible] efficiens.

i. in armarium sacre scripture. ut [illegible] gazophilacium dei

481.

ardua scandere, opus ultra vires nostras agere presumpsimus, consummationis fiduciam laborisque mercedem in Samaritano statuentes, qui prolatis in curationem semivivi duobus denariis supereroganti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicentis, sed terret immensitas laboris. Desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus dei. Quo inardescentes fidem nostram adversus errores carnalium atque animalium hominum Davitice turris clipeis munire, vel potius munitam ostendere, ac theologicarum inquisitionum abdita aperire, nec non et sacramentorum ecclesiasticorum pro modulo intelligentie nostre noticiam tradere studuimus, non valentes studiosorum fratrum votis iure resistere, eorum in Christo laudabilibus studiis lingua ac stilo nos servire flagitantium. Quas bigas in nobis agitat Christi caritas. Quamvis non ambigamus omnem humani eloquii sermonem calumpnie atque contradictioni emulorum semper fuisse obnoxium, quia dissentientibus voluntatum motibus dissentiens quoque fit animorum sensus, ut cum omne dictum veri ratione perfectum sit, tamen dum aliud aliis aut videtur aut complacet, veritati vel non intellecte vel offendenti impietatis error obnititur, ac voluntatis invidia resultetur, quam deus huius seculi in illis operatur diffidentie filiis, qui non rationi voluntatem subiciunt, nec doctrine studium impendunt, sed his que sompniarunt sapientie verba coaptare nituntur, non veri sed placiti rationem sectantes; quos iniqua voluntas non ad intelligentiam veritatis, sed ad defensionem placentium incitat, non desiderantes doceri veritatem, sed ab ea ad fabulas convertentes auditum; quorum professio est magis placita quam docenda conquirere, nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare. Habent rationem sapientie in superstitione, quia fidei defectionem sequitur ypocrisis mendax, ut sit vel in verbis pietas quam amiserit conscientia, ipsamque simulatam pietatem omni verborum mendacio impiam reddunt, falsis doctrine institutis fidei sanctitatem corrumpere molientes, auriumque pruriginem sub novello sui desiderii dogmate aliis ingerentes, qui contentioni studentes contra veritatem sine federe bellant. Inter veri namque assertionem et placiti defensionem pertinax pugna est, dum se et veritas tenet, et se voluntas erroris tuetur. Horum igitur et deo odibilem ecclesiam evertere atque ora opilare, ne virus nequitie in alios effundere queant, et lucernam veritatis in candelabro exaltare volentes, in labore multo ac sudore volumen deo prestante compegimus ex testimoniis veritatis in eternum fundatis, in quatuor libros distinctum. In quo maiorum exempla doctrinamque reperies, in quo per dominice fidei sinceram professionem vipperee doctrine fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrande veritatis complexi, nec periculo impie professionis inserti, temperato inter utrumque moderamine utentes. Sicubi vero parum vox nostra insonuit, non a paternis discessit limitibus. Non ergo debet hic labor cuiquam pigro vel multum docto videri superfluus, cum multis impigris multisque indoctis, inter quos etiam et mihi, sit necessarius, brevi volumine complicans patrum sententias, appositis eorum testimoniis, ut non sit necesse querenti librorum numerositatem evolvere, cui brevitas collecta quod queritur offert sine labore. In hoc autem tractatu non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maxime ubi profunda versatur veritatis questio, que utinam tot haberet inventores, quot habet contradictores. Ut autem quod queritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur premisimus. Explicit prologus.

Incipit sententiarum primus liber.

Veteris ac nove legis continentiam diligenti indagine etiam atque etiam considerantibus nobis, previa dei gratia innotuit sacre pagine tractatum circa res vel signa precipue versari. Ut enim ait egregius doctor Augustinus in libro de doctrina christiana: Omnis doctrina vel rerum est vel signorum. Sed res etiam per signa discuntur. Proprie autem hic res appellantur, que non ad significandum aliquid adhibentur; signa vero quorum usus est in significando. Eorum autem aliqua sunt quorum omnis usus est in significando, non in iustificando, id est quibus non utimur nisi aliquid significandi gratia, ut aliqua sacramenta legalia; alia que non solum significant, sed conferunt quod intus adiuvet, sicut evangelica sacramenta. Ex quo aperte intelligitur que hic appellentur signa: res ille videlicet que ad significandum aliquid adhibentur. Omne ergo signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, ut in eodem Augustinus ait, omnino nichil est. Non autem e converso omnis res signum

[illegible]

est quod non adhibetur ad significandum aliquid. Cum igitur his intenderit theologorum speculatio studiosa atque modesta, divinam scripturam formam praescriptam in doctrina tenere advertet. De his ergo nobis aditum ad res divinas aliquatenus intelligendas, Deo duce, aperire volentibus, disserendum est, et primum de rebus, postea de signis disseremus. Hoc est in rebus considerandum est, **De rebus communiter** ut in eodem Augustinus ait: Res aliae sunt quibus fruendum est, aliae quibus utendum, aliae quae fruuntur et utuntur. Illae quibus fruendum est nos beatos faciunt. Istis quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvamur et quasi adminiculamur, ut ad illas res quae nos beatos faciunt pervenire eisque inhaerere possimus. **De rebus quae fruuntur et utuntur.** Res vero quae fruuntur et utuntur nos sumus, qui inter utrasque constituti sumus, et angeli sancti. Frui autem est amore inhaerere alicui rei propter se ipsam. **Quid sit frui vel uti.** Uti vero, id quod in usum venerit referre ad obtinendum illud quo fruendum est; alias abusus est, non usus. Nam usus illicitus abusus vel abusio nominari debet. **De rebus quibus fruendum est.**

Res igitur quibus fruendum est, pater et filius et spiritus sanctus. Eadem tamen trinitas quaedam summa res est, communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res dici debet, et non rerum omnium causa, si tamen et causa. Non enim facile potest inveniri nomen quod tantae excellentiae conveniat, nisi quod melius dicitur trinitas haec unus Deus. Res autem quibus utendum est, mundus est et in eo creata. Unde Augustinus: Utendum est hoc mundo, non fruendum, ut invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciantur, id est ut de temporalibus aeterna capiantur. Item: Inter omnes res illae tantum sunt quibus fruendum est, quae aeternae atque incommutabiles sunt; ceteris autem utendum est, ut ad illarum perfruitionem perveniatur. Unde Augustinus in X de Trinitate: Fruimur cognitis in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit; utimur vero eis quae ad aliud referimus quo fruendum est. **Quod aliter sumitur uti et frui, aliter quam supra.**

Notandum vero quod idem Augustinus in libro X de Trinitate aliter quam supra accipit frui et uti, dicens: Frui est cum gaudio uti, non adhuc spei, sed iam rei. Et propterea omnis qui fruitur utitur; assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis. Non autem omnis qui utitur fruitur, si id quod in facultatem voluntatis assumit, non propter illud ipsum, sed propter aliud appetivit. Ecce attende quia videtur Augustinus dicere illos frui tantum qui in re gaudent, non iam in spe. Unde in hac vita non videmur frui, sed uti tantum, ubi gaudemus in spe. Et supra dixit frui esse amore inhaerere alicui rei propter se, qualis etiam hic viatoribus ad Deum est.

Haec ergo quae sibi contraria videntur **Determinatio** sic determinamus, dicentes nos **eorum que in** et hic et in futuro frui, sed ibi proprie et perfecte **[illegible]** et plene, ubi per speciem videbimus quo fruimur; hic autem, dum in spe ambulamus, fruimur quidem, sed non adeo plene. Unde Augustinus in X de Trinitate: Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata quiescit. Item in libro de doctrina christiana: Angeli illo fruentes iam beati sunt, quo et nos frui desideramus; et quantum in hac vita iam fruimur, vel per speculum vel in enigmate, tanto nostram peregrinationem et tolerabilius sustinemus et ardentius finire cupimus. Potest etiam dici quod qui fruitur etiam in hac vita, non tantum habet gaudium spei, sed etiam rei, quia iam delectatur in eo quod diligit, et ita iam rem aliquam tenet. Constat ergo quod Deo debemus frui, non vita. Illo enim, ut ait Augustinus, fruendum est qui nos efficit beatos, et in quo spem ponimus ut ad eum perveniamus. De hoc idem ait in libro de doctrina christiana: Diximus illa re nos frui quam diligimus propter se, et ea re nobis fruendum esse tantum qua efficimur beati, ceteris vero utendum. Frequenter tamen dicitur frui cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum gerat necesse est; per quam si transieris, et ad illud ubi permanendum est eam retuleris, uteris ea, et abusive, non proprie, diceris frui. Si vero inhaeseris atque permanseris, finem in ea ponens laetitiae tuae, tunc vere et proprie frui dicendus es. Quod non est faciendum nisi in illa trinitate, id est summo et incommutabili bono. **Utrum hominibus sit fruendum vel utendum.**

Cum autem homines qui fruuntur et utuntur aliis rebus res aliquae sint, quaeritur utrum frui se debeant an uti an utrumque. Ad quod sic respondet Augustinus in libro de doctrina christiana: Si propter se homo diligendus est, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus esse. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita, cuius etiam spes hoc tempore nos solatur. In homine autem spes ponenda non est, quia maledictus est qui hoc facit. Ergo si liquido advertas, nec se ipso quisquam frui debet, quia non se debet diligere propter se, sed propter illud quo fruendum est. Huic autem contrarium videtur quod apostolus ad Philemonem ait: Ita frater, ego te fruar in domino. Quod ita determinat Augustinus: Si dixisset tantum te fruar, et non addidisset in domino, videretur finem dilectionis ac spem constituisse in eo; sed quia illud addidit, in domino se finem posuisse eodemque se frui significavit. Cum enim, ut idem Augustinus ait, homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris. **Utrum Deus fruatur an utatur nobis. Unde Augustinus in libro de doctrina christiana.**

Sed cum Deus diligat nos, ut frequenter scriptura dicit, quae eius dilectionem erga nos multum commendat, quaerit Augustinus quomodo diligit, an ut utens an ut fruens. Et procedit: Si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Omne enim bonum nostrum vel ipse vel inde

Aliud est speculum [illegible] exemplo [illegible] vestigia trinitatis;

Enigma est obscura allegoria, ut de muliere que abscondit fermentum in sata farine [illegible] trinitatem [illegible]

[illegible] ipsam rem quasi pignus rei eterne;

[illegible] veniat [illegible] ad [illegible] Deo:

[illegible]

S

et autem frui [illegible]

gere. Omne enim bonum nostrum vel ipse est, vel ab ipso est; non ergo fruitur nobis, sed utitur. Si enim nec fruitur nec utitur, non invenio quomodo tamen diligat nos. Nec tamen sic utitur nobis ut nos aliis rebus. Nos enim res quibus utimur ad id referimus ut dei bonitate perfruamur. Deus vero ad suam bonitatem nostrum usum refert. Ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem, nos autem nobis invicem propter illius bonitatem. Ille nostri miseretur ut se perfruamur, nos vero invicem nostri miseremur ut illo fruamur. Cum enim nos alicuius miseremur et alicui consulimus, ad eius quidem utilitatem id facimus, et ipsam intuemur; sed nescio quomodo fit consequens ut etiam nostram, quia misericordiam quam alii impendimus non relinquit deus sine mercede. Haec autem merces summa est ut ipso perfruamur, et omnes qui illo fruimur, in ipso nobis perfruamur. Item quia bonus est, sumus; et inquantum sumus, boni sumus. Porro quia iustus est, non impune mali sumus; et in tantum mali sumus, in quantum et minus sumus. Ille igitur usus quo nobis utitur deus, non ad eius sed ad nostram utilitatem refertur, ad eius vero tantummodo bonitatem.

Utrum fruendum an utendum sit virtutibus

Hic considerandum est, utrum virtutibus sit utendum an fruendum. Quibusdam videtur quod eis sit utendum et non fruendum; et hoc confirmant auctoritate Augustini, qui ut praedictum est dicit non esse fruendum nisi trinitate, id est summo et incommutabili bono. Propterea dicunt id non esse fruendum, quia propter se amandae non sunt, sed propter aliud, scilicet propter beatitudinem. Illud autem quo fruendum est, propter se amandum est. Quod autem virtutes propter se amandae non sint, immo propter solam beatitudinem, probant auctoritate Augustini, qui libro XIII de trinitate ait quosdam ait: Forte virtutes quas propter solam beatitudinem amamus sic persuadere nobis audent, ut ipsam beatitudinem non amemus. Quod si faciunt, et ipsas utique amare desistimus, quando illam propter quam solam istas amavimus non amamus. Ecce his verbis videtur Augustinus ostendere quod virtutes non propter se, sed propter solam beatitudinem amandae sint. Quod si ita est, ergo eis fruendum non est. Aliis vero videtur quod eis fruendum sit, quia propter se petendae et amandae sunt. Et hoc confirmant auctoritate Ambrosii, qui ait super illum locum epistolae ad Galathas: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia etc. Haec non vocat opera, sed fructus, quia propter se petenda sunt. Si vero propter se petenda sunt, ergo propter se amanda. Nos autem harum quae videntur auctoritatum repugnantiam de medio eximere cupientes, dicimus quod virtutes et propter se petendae et amandae sunt, et tamen propter solam beatitudinem. Propter se quidem amandae sunt, quia delectant suos possessores sincera et sancta delectatione, et in eis pariunt gaudium spirituale. Verumtamen non est hic consistendum, sed ultra gradiendum. Non hic haereat dilectionis gressus, neque hic sit dilectionis terminus, sed referantur haec ad illud summum bonum, cui soli omnino inhaerendum est, quia illud propter se tantum amandum est, et ultra illud nihil quaerendum est. Illud enim est ultimus finis. Ideo Augustinus dicit quod eas diligimus propter solam beatitudinem, non quia eas propter se non diligamus, sed quia id ipsum quod eas diligimus referimus ad illud summum bonum, cui soli inhaerendum est, et in quo permanendum, et finis laetitiae ponendus. Virtutibus ergo non est fruendum. Sed dicet aliquis: Frui est amore inhaerere alicui rei propter seipsam, ut praedictum est. Si ergo virtutes propter se amandae sunt, eis fruendum est. Ad quod dicimus, in illa descriptione ubi dicitur propter seipsam intelligendum est tantum, id est amore propter seipsam tantum, ut non referatur ad aliud, sed ibi ponatur finis, ut supra ostendit Augustinus dicens: Si in his haeseris atque permanseris, finem ponens laetitiae, tunc uti et frui dicendus es; quod non est faciendum nisi in illa trinitate, id est summo et incommutabili bono. Utendum est ergo virtutibus, et per eas fruendum summo bono. Ita et de voluntate bona dicimus. Unde Augustinus in libro X de trinitate ait: Voluntas est per quam fruimur. Item et per virtutes fruimur, nec tamen aliqua virtus sic dicitur ut caritas, de qua post tractabimus.

Epilogus

Omnium igitur quae dicta sunt, ex quo de rebus specialiter tractavimus, haec summa est, quod rerum aliae sunt quibus fruendum est, aliae quibus utendum, aliaeque fruuntur et utuntur; et inter eas quibus utendum est quaedam sunt per quas fruimur, ut virtutes et potentiae animi, quae sunt naturalia bona. De quibus omnibus antequam de signis tractemus agendum est, et primum de rebus quibus fruendum est, scilicet de sancta et individua trinitate.

De misterio trinitatis et unitatis

Dis. II

Hoc itaque verum ac fide pia tenendum est, quod trinitas sit unus et solus et verus deus, ut ait Augustinus in primo libro de trinitate, scilicet pater et filius et spiritus sanctus. Et haec trinitas unius eiusdemque substantiae vel essentiae dicitur, creditur et intelligitur, quae est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur. Acies enim humanae mentis invalida in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. De hac igitur re summa et excellentissima cum modestia et timore agendum est, et attentissimis auribus atque devotis audiendum. Ubi quaeritur unitas trinitatis, patris scilicet et filii et spiritus sancti, quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur. Proinde omnis qui audit vel legit ea quae de ineffabili et inaccessibili divinitatis luce dicuntur, studeat imitari atque servare quod venerabilis doctor Augustinus in primo libro de trinitate de se ipso ait: Non pigebit me, inquit, sicubi

[illegible] et non diligit · fiunt non [illegible] · vel figit vel figet [illegible]

principalis et finalis

6

[illegible]

bestro quaerere, nec pudebit sicubi erro discere. Quisquis ergo haec audit vel legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter haesitat, quaerat mecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam, tendentes ad eum de quo dictum est: Quaerite faciem eius semper.

Quae sit intentio scribentium de trinitate.

Omnes autem catholici tractatores, ut ait in eodem libro Aug., qui de trinitate quae deus est scripserunt, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod pater et filius et spiritus sanctus unius substantiae et inseparabili aequalitate unus sit deus, ut sit unitas in essentia et pluralitas in personis. Ideo non sunt tres dii sed unus deus; quamvis pater filium genuerit, et ideo filius non sit qui pater est; filiusque a patre sit genitus, et ideo pater non sit qui filius est; spiritusque sanctus nec pater sit nec filius, sed tantum patris et filii spiritus, patri et filio etiam ipse coaequalis et ad trinitatis pertinens unitatem. Tenendum quoque praemittimus et illud in ipsius serie unum esse Aug. patrem et filium et spiritum sanctum, ut ait Aug. in libro de fide ad Petrum: ita tamen ut nec ipsum patrem esse qui filius, nec filium esse ipsum qui pater, nec spiritum sanctum esse qui pater est aut filius. Una est enim patris et filii et spiritus sancti essentia, quam Graeci homousion vocant, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus, quamvis sit personaliter alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

Ordo servandus cum de trinitate agitur.

Decet enim, ut in libro de trinitate Aug. docet, primum secundum auctoritates sacrarum scripturarum utrum se fides ita habeat demonstrandum esse. Deinde adversus garrulos ratiocinatores elatiores magis quam capaciores rationibus catholicis et similitudinibus congruis ad defensionem et assertionem fidei utendum est, ut eorum inquisitionibus satisfacientes mansuetos plenius instruamus, et illi si nequiverint invenire quod quaerunt, de suis mentibus potius querantur quam de ipsa veritate vel de nostra disseritione conquerantur.

Testimonia legis veteris de trinitate.

Proponamus ergo in medium veteris ac novi testamenti auctoritates, quibus divinae unitatis ac trinitatis veritas demonstretur. Ac primum ipsius legis exordia occurrunt, ubi Moyses ait: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est. Item: Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti; non erunt tibi dii alieni praeter me. Ecce hic significavit unitatem divinae naturae. Deus enim, ut ait Ambrosius in i libro de trinitate, nomen est naturae et potestatis. Item alibi deus loquens ad Moysen ait: Ego sum qui sum, et sic dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Dicens: Ego sum qui sum, et qui est, apertissime declaravit unum solum deum esse. Item etiam in Exodo legitur: Dominus omnipotens nomen eius; non ad distinctionem volens significare personarum pluralitatem, sed naturae unitatem. Sicut ostendit dominus in genesi dicens: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; dicens enim faciamus et nostram, pluralitatem personarum ostendit; dicens vero imaginem, unitatem essentiae. Ut enim dicit Aug. in libro de fide ad Petrum: Si una esset persona patris et filii et spiritus sancti, non diceret: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Cum enim dicit ad imaginem, ostendit unam naturam esse ad cuius imaginem homo fieret. Cum vero dicit nostram, ostendit eundem deum non unam esse personam sed plures. Hilarius quoque in libro iiii de trinitate dicit hic ubi significationem quam in trinitate nec diversitas est nec singularitas nec solitudo, sed similitudo et pluralitas sine distinctione, dicit enim sic: Cum dixit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, tollitur et singularitas et solitudo, nisi ex eo quod dicit imaginem et similitudinem nostram. Imago enim sola non est, et similitudo sibi ipsi non est, nec diversitatem duobus admisceri alterum ad alterum similitudo patitur. Item Hilarius in iiii libro: Absolutum noluit intelligi significationem eius, hanc nec ad se tantum esse referendam dicendo: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Professio enim consortii sustulit intelligentiam singularitatis, neque consortium aliquid potest esse sibi ipsi solitario, et rursum solitudo solitarii non recipit: Faciamus, nec quisquam alieno alter loquitur: Nostram. Uterque sermo, scilicet faciamus et nostram, ut solitarium eundem esse non patitur, ita diversum alienumque significare non patitur. Solitario convenit: faciam et meam; non solitario vero convenit: faciamus et nostram. Uterque sermo ut non solitarium tantum, ita nec differentem esse significat. Nobis quoque nec solitarius nec diversus est confitendus. Ita ergo deus ad eum sibi cum de imagine et similitudine hominem respexit operari, ut nec significatio efficientiae ad intelligentiam solitudinis, nec operatio consortium ad eandem imaginem et similitudinem patiatur diversitatem divinitatis.

Quod ex libris illis intelligi debeat.

In his verbis Hilarius pluralitatem personarum voluit intelligi nomine consortii, atque significavit nomine solitarii pluralitatis non posuit aliquid. Is enim pluralitas enim et consortium personarum cum dicitur solitudo et singularitas negatur, cum dicit plures esse personas significantur, quod non est imago sola. Ideo Hilarius volens ista subtiliter et sane intelligi, professio consortii sustulit intelligentiam singularitatis. Non dicit posuit aliquid. Ita etiam cum dicit nostram, personarum singularitatem et solitudinem tollit, et quod pater non est solus, nec filius est solus, nec spiritus sanctus est solus, significamus; et quod nec pater tantum est et filius, nec pater tantum et spiritus sanctus, nec filius tantum et spiritus sanctus; de his autem inferius plenius agetur. Ubi et secundum

29

Hilarius. Aperte ostendit quod nec solitudo nec diversitas nec singularitas ibi est sed similitudo.

Hilarius de trinitate.

Aug. in libro retractationum [illegible]

[illegible]

quod similes dicantur tres persone, unum aliquo modo sit individuum vel [illegible] ostendetur. Ad id quod ceperat redit ut aliquas auctoritates supponat.

Nunc vero ad propositum redeamus, et ad ostendendam personarum pluralitatem atque essentie divine unitatem sacre auctoritatis inductionem. Moyses dicit: In principio creavit Deus celum et terram; per Deum significans Patrem, per principium Filium. Et pro eo quod apud nos dicitur Deus, hebraica veritas habet Heloim, quod est plurale huius singularis quod est Hel. Quod ergo non est dictum Hel, quod Deus est, sed Heloim, quod potest interpretari dii sive iudices, ad pluralitatem personarum refertur. Ad quam etiam illud attinere videtur quod diabolus per serpentem dixit: Eritis sicut dii; pro quo in hebreo habetur heloym, ac si diceret: eritis sicut divine persone. Ille etiam maximus prophetarum et regum David, qui suam ceteris prefert intelligentiam dicens: Super senes intellexi, unitatem divine nature ostendens ait: Dominus Deus noster Deus unus est. Alibi et eiusdem unitatem et trinitatem simul ostendens ait ex persona Dei: Israel, si me audieris, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Alias hic dicit Ambrosius in I libro de Trinitate: significat et unitatem atque unitatem substantie indifferentiam, ne vel posteriorem Patre Filium vel alterius divinitatis Filium vel Spiritum Sanctum credamus. Nam si Pater prior est Filio, Filius recens est; et si unius non est divinitatis, alienus est. Sed nec posterior est, quia recens non est, nec alienus, quia ex Patre natus est Filius, ex Patre procedit Spiritus Sanctus. Alibi quoque distinctionem personarum insinuans ait: Verbo Domini celi firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alibi etiam ait: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terre. Trina enim confessio Dei trinitatem exprimit personarum, unitatem vero essentie aperte cum singulare subiungit: eum. Ysaias quoque dicit se audisse seraphim clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus; et hoc quod dicit ter sanctus, trinitatem significat, per hoc quod subdit Dominus Deus, unitatem essentie. David etiam Filii generationem aperte insinuat ex persona Filii dicens: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. De hac ineffabili generatione Ysaias ait: Generationem eius quis enarrabit? In libro quoque Sapientie eternitas Filii cum Patre monstratur, ubi Sapientia ita loquitur: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab eterno ordinata sum, antequam terra fieret. Necdum erant abyssi, et ego iam concepta eram; necdum fontes, necdum montes; ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et cardines orbis terre. Cum prepararet celos aderam, quando appendebat fundamenta terre, cum eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies ludens coram eo. Ecce apertum de eterna genitura testimonium, quo ipsa Sapientia perhibet se ante mundi conceptam esse et parturiri vel genitam, id est a Patre eternaliter extitisse. Ipsa etiam alibi ait: Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Micheas quoque propheta et eternam et temporalem generationem ex Maria simul insinuavit dicens: Et tu Bethleem Effrata, parvulus es in milibus Iuda; ex te egredietur qui sit dominator in Israel, et egressus eius ab initio a diebus eternitatis.

Specialia testimonia de Spiritu Sancto.

De Spiritu Sancto etiam expressa documenta inveniuntur in Veteri Testamento. In Genesi enim legitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et David dicit: Quo ibo a spiritu tuo? Et in libro Sapientie dicitur: Spiritus Sanctus discipline effugiet fictum; benignus enim est spiritus sapientie. Ysaias quoque ait: Spiritus Domini super me.

De testimonio Novi Testamenti.

Nunc post testimonia Veteris Testamenti de fide sancte Trinitatis et unitatis ad Novi Testamenti auctoritates accedamus, ut in medio duorum animalium cognoscatur et recipiatur de altissimis ut [illegible] tangant omnia fidelium. Veritas, de unitate divine essentie ac personarum trinitate aperte insinuat dicens apostolis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. In nomine, singulariter ait, ut dicit Ambrosius in I libro de Trinitate, non in nominibus, ut unitas essentie ostenderetur; per nomina vero que supposuit tres esse personas declaravit. Ipse etiam ait: Ego et Pater unum sumus. Unum dixit, ut ait Ambrosius in eodem libro, ne fiat discretio potestatis vel nature; sumus addidit, ut Patrem Filiumque cognoscas, ut perfectus Pater Filium perfectum genuisse credatur, et quod Pater et Filius unum sint, non confusione persone, sed unitate nature. Iohannes quoque in epistola canonica ait: Tres sunt qui testimonium perhibent in celo: Pater, Verbum et Spiritus Sanctus, et hi tres unum sunt. Ipse etiam in initio evangelii sui ait: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Ubi aperte ostendit Filium semper et eternaliter fuisse apud Patrem, ut alium apud alium. Apostolus quoque aperte trinitatem distinguit dicens: Misit Deus spiritum Filii sui in corda nostra. Et alibi: Si spiritus eius qui suscitavit Iesum habitat in nobis, etc. Item alibi trinitatem atque unitatem evidenter commendat dicens: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria. Ex ipso, ait, ut Augustinus in libro de Trinitate dicit, propter Patrem; per ipsum, propter Filium; in ipso, propter Spiritum Sanctum. Per hoc vero quod non ait ex ipsis et per ipsos et in ipsis, nec ait

Glose in margine:

i. in Filio. Vel in principio temporis vel creaturarum.

Sed obicitur quod etiam nomen illud angelis hominibus convenit. Sed sic solvitur: [illegible] plurale [illegible] numero non [illegible] sophistice [illegible] magister [illegible];

Deus nomen essentiale est et [illegible] ab eterno [illegible] relative [illegible];

Sicut est sicut apostolus, non enim aliter [illegible] quia alia ad personam, aliud ad naturam;

i. dicta repetitio unitatem Dei significans;

Non enim hoc dicit de [illegible] persona sed pro [illegible] non [illegible] notandum [illegible] nomen [illegible] sanctus, sanctus, sanctus etc.;

i. Non adorabis deum alienum;

Ideo dicit quod cum seraphim per [illegible] pariter [illegible] plurale [illegible] masculino genere [illegible] plurale [illegible] singulariter [illegible] masculino genere [illegible] de cherubin;

Sed de eterna generatione dicit [illegible] impossibilitate. Sed de temporali difficultate [illegible] fideles [illegible];

Hoc ad assumptam humanitatem referendum est [illegible] modo [illegible] ut sic [illegible] ludens et delectans, quia illa [illegible] gaudium et delectatio

Alia editio habet: Et tu Bethleem terra Iuda [illegible] minima [illegible] Iudee [illegible] parvula [illegible] minima [illegible] dignitate et excellentie ratione;

i. Spiritus procedens a Patre et Filio, i. voluntas Patris;

Daviticus [illegible];

i. duo testamenta [illegible];

Forcipe [illegible] capere [illegible] forcipe ferrum;

Et [illegible] illud [illegible] qui volavit ad [illegible] unus de seraphim et tetigit [illegible] carbone [illegible] altari [illegible] duo [illegible] duo testamenta [illegible];

Ad confitendum Deum [illegible] ad credendum;

invocationem;

Arrius [illegible] patrem et Filium et Spiritum Sanctum in [illegible] Filium minorem Patre, Spiritum Sanctum [illegible] asserens;

Filius [illegible] apud [illegible] nemo [illegible] apud [illegible];

Hoc [illegible] masculino genere [illegible] planeta [illegible] masculini generis et in neutro;

Cum quelibet illarum vocum possit magis dici de Patre, [illegible] de Filio, [illegible] de Spiritu Sancto [illegible] magister dicit [illegible] de Patre, quia [illegible] auctoritatem [illegible] de Filio, quia Pater per Filium operatur; in ipso de Spiritu Sancto, quia ipse est [illegible] dilectio [illegible] in [illegible] in loco [illegible];

Dns dixit ad

7

Hoc dicit apostolus: invisibilia dei intellecta per creaturam [illegible] sempiterna quoque virtus eius et divinitas, id est filius [illegible] spiritus sanctus. Secundum hoc [illegible] philosophi gentium potuerunt cognoscere trinitatem vel habuerunt cognitionem trinitatis [illegible] quod habuerunt cognitionem spiritus sancti [illegible] ipsi cognoverunt eum cogitatum id est patrem et notionem id est filium [illegible] in genesi dicitur a magis pharaonis [illegible] signo [illegible] digitus dei est hic [illegible] nec [illegible] **Sniar.** [illegible] cum [illegible] erat spiritus sanctus. Dicitur [illegible] habuerunt cognitionem de spiritu sancto [illegible] reflectit ardorem [illegible] Augustinus exponit. Monas monadem gignit et in se [illegible] Reliquum [illegible] spiritus sancti a patre et filio intelligitur. Sed iste melius hoc a platone didicerat [illegible] fugientes [illegible] ab [illegible] multa didicerat; hoc ergo quod hic dicit apostolus ad nos referendum est;

ipsis [illegible] scripturam insinuari hanc trinitatem unum esse deum; Sed et singule pene sillabe novi testamenti hanc ineffabilis trinitatis atque unitatis veritatem concorditer insinuant. Inductionibus testimoniorum super hac re supersedeamus, nobis congruisque similitudinibus id ipsum prout infirmitas nostra valet ostendamus.

Incipit ostendere quomodo per creaturam potuit cognosci creator.

Apostolus namque ait quod invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius et divinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo propter excellentiam qua excellit inter alias creaturas, vel propter convenientiam quam habet cum omni creatura. Homo ergo invisibilia dei intellectu mentis conspicere potuit vel etiam conspexit per ea que facta sunt, id est per creaturas visibiles vel invisibiles. A duobus enim iuvabatur, scilicet a natura que rationalis erat et ab operibus a deo factis, ut manifestaretur homini veritas. Ideo apostolus dixit: deus revelavit illis, scilicet dum fecit opera in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

Prima ratio vel modus qua potuit cognosci.

Nam sicut ait Ambrosius, ut deus qui natura invisibilis est etiam a visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestavit, ut per certum incertum posset sciri, et ille deus omnium esse crederetur qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri. Potuerunt ergo cognoscere sive cognoverunt ultra omnem creaturam esse illum qui ea fecit, quem nulla creatura facere vel destruere valet. Accedat quelibet universa creatura et faciat tale celum et talem terram, et dicam quia deus est. Sed quia nulla creatura talia facere valet, constat super omnem creaturam esse illum qui ea fecit, ac per hoc illum esse deum humana mens cognoscere potuit.

Secunda ratio qua potuit cognosci vel modus.

Alio etiam modo dei veritatem ductu rationis cognoscere potuerunt vel etiam cognoverunt. Ut enim Augustinus ait in libro de civitate dei, viderunt summi philosophi nullum corpus esse deum, ideo cuncta corpora transcenderunt querentes deum. Viderunt etiam quicquid mutabile est non esse summum deum omniumque principium, et ideo omnem animam mutabilesque spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est non posse esse nisi ab illo qui incommutabiliter et simpliciter est. Intellexerunt ergo eum et ista fecisse et a nullo fieri potuisse.

Quo noverunt. Tercia ratio vel modus.

Consideraverunt etiam quicquid est in substantiis vel corpus esse vel spiritum, meliusque aliquid spiritum esse quam corpus, sed longe meliorem qui spiritum fecit et corpus.

Quartus modus vel ratio.

Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem et spiritus speciem intelligibilem, et intelligibilem speciem sensibili pretulerunt. Sensibilia dicimus que visu tactuque corporis sentiri queunt; intelligibilia que conspectu mentis intelligi. Cum igitur in eorum conspectu et corpus et animus magis minusque speciosa essent, si autem omni specie carere possent omnino nulla essent, viderunt esse aliquid quo illa speciosa facta sunt, ubi est prima et incommutabilis species, ideoque incomparabilis; illudque esse rerum principium rectissime crediderunt quod factum non esset et ex quo cuncta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci veritas dei. Cum ergo deus unus sit et simplex essentia que ex nulla diversitate partium vel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit apostolus invisibilia dei, quia pluribus modis cognoscitur veritas dei per ea que facta sunt. Ex perpetuitate namque creaturarum intelligitur conditor eternus; ex magnitudine creaturarum omnipotens; ex ordine et dispositione sapiens; ex gubernatione bonus. Hec autem omnia ad unitatem deitatis pertinent monstrandam.

Quomodo in creatura appareat vestigium trinitatis.

Nunc restat ostendere utrum per ea que facta sunt aliquod trinitatis indicium vel exiguum haberi potuit. De hoc Augustinus in libro VI de trinitate ait: Oportet ut creatorem per ea que facta sunt intellectu conspicientes trinitatem intelligamus, cuius in creatura quomodo dignum est apparet vestigium. Hec sunt que arte divina facta sunt, unitatem quandam in se ostendunt et speciem et ordinem.

De similitudinis intelligentia.

Nam quodque horum creatorum et unum aliquid est, sicut sunt nature corporum et ingenia animarum; et aliqua specie formatur, sicut sunt figure vel qualitates corporum ac doctrine vel artes animarum; et ordinem aliquem petit aut tenet, sicut sunt pondera vel collocationes corporum et amores aut delectationes animarum. Ita in creaturis pluribus vestigium trinitatis. In illa enim trinitate summa origo est omnium rerum et perfectissima pulcritudo et beatissima delectatio. Summa autem origo, ut Augustinus ostendit in libro de vera religione, intelligitur deus pater, a quo sunt omnia, a quo filius et spiritus sanctus. Perfectissima pulcritudo intelligitur filius, scilicet veritas patris, nulla ex parte ei dissimilis, quam cum ipso et in ipso patre veneramur, que forma est omnium que ab uno facta sunt et ad unum referuntur. Que tamen omnia nec fierent a patre per filium nec suis finibus salva essent, nisi deus summe bonus esset, qui et nulli nature que ab illo bona esset invidit, et ut in bono ipso maneret, aliaque alia quantum vellet, alia quantum possent dedit; que bonitas intelligitur spiritus sanctus, qui est

corporis.

philosophorum

[illegible]

Talia [illegible] a predictis.

Nulla enim que facta est pervenit ut nulla que habuit principium sine fine non habebit; conceditur tamen a quibusdam ipsa initium habuisse, nec habuisse initium nec finem habituram;

Nota quod in qualibet creatura corporali sive spirituali sive composita ex corpore et spiritu attenditur substantia, accidens et locus. Sic in [illegible] vestigium trinitatis elucet: per substantiam pater, per accidens filius, per locum spiritus sanctus intelligitur. [illegible]

Speciem per figuram ponit [illegible] filius [illegible] imago et figura patris [illegible] splendor glorie et figura [illegible] spiritus sanctus tamen patris et filii;

Invisibilis apparet filius, item spiritus sanctus a filio [illegible] origine vel processione [illegible] spiritus sancti.

Filius forma patris [illegible] mens in quo [illegible] exemplar [illegible] archetypus;

Talia per actiones [illegible] omnis enim [illegible] actio [illegible]

Principium [illegible] pater [illegible] unitas origo [illegible] principium omnium [illegible] Augustinus [illegible] in trinitate [illegible] pater et filius a patre spiritus sanctus ab utroque.

[illegible] ad hominem referri [illegible] ad bona que deus [illegible] homini [illegible] effectum [illegible] pater [illegible] dominum [illegible]

[illegible] nomina scilicet potentia, sapientia, bonitas [illegible] nomen potentie [illegible] persona patris [illegible] sapientie persona filii, [illegible] bonitatis [illegible] spiritus sancti;

et be-

ubi in libro de vera religione [illegible] donum patris et filii, qui ipsum donum dat cum patre et filio, eque incommutabilis colere credere nos convenit. Per considerationem itaque creature trinitatem intelligimus, unum deum principium a quo sumus, et filium per quem sumus, et spiritum sanctum in quo sumus; scilicet principium ad quod recurrimus, et formam quam sequimur, et gratiam qua reconciliamur; unum scilicet quo auctore conditi sumus, et similitudinem eius per quam ad unitatem reformamur, et pacem qua unitati adheremus; scilicet deum qui dixit fiat, et verbum per quod factum est omne quod substantialiter et naturaliter est, et donum benignitatis eius quo placuit quod ab eo per verbum factum est et reconciliatum est auctori suo ne interiret. Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus ymago trinitatis indicatur. Non enim per creaturarum contemplationem sufficiens notitia trinitatis potest haberi vel potuit sine doctrine vel interioris inspirationis revelatione. Unde illi antiqui philosophi quasi per umbram et de longinquo viderunt veritatem, deficientes in contuitu trinitatis, ut magi pharaonis in tertio signo; adiuvamur tamen in fide invisibilium per ea que facta sunt.

Nunc vero ad eam iam pervenisamus disputationem ubi in mente humana que novit deum vel potest nosse trinitatis ymaginem reperiamus. Ut enim ait aug. in xiiii. li. de trinitate: licet humana mens non sit eius nature cuius deus est, ymago tamen illius quo nichil melius est ibi querenda et invenienda est quo natura nostra nichil habet melius. Mens itaque in se ipsa consideranda est antequam sit particeps dei, et in ea ymago reperitur. Licet enim amissa dei participatione deformis sit, ymaginem tamen dei permanere; eo enim ipso ymago dei est mens quo capax eius est, eiusque esse particeps potest.

Quomodo in anima sit ymago trinitatis.

Iam ergo in mente trinitatem que ymago dei est inquiramus. Ecce ergo mens meminit sui, intelligit se, diligit se. Hoc si cernimus, cernimus trinitatem, nondum quidem deum, sed ymaginem dei. Hic enim quedam apparet trinitas memorie, intelligentie et amoris. Hec ergo tria potissimum tractemus, memoriam, intelligentiam, voluntatem. Hec igitur, ut ait aug. in li. x. de trin., non sunt tres vite sed una vita, nec tres mentes sed una mens, una essentia. Memoria vero dicitur ad aliquid, et intelligentia et voluntas sive dilectio similiter ad aliquid dicitur. Vita vero dicitur ad se ipsam, et mens et essentia. Hec igitur tria eo sunt unum quo una vita, una mens, una essentia; et quicquid aliud ad se ipsa singula dicuntur, et simul non pluraliter sed singulariter dicuntur; eo vero tria sunt quo ad se invicem referuntur.

Trinitas que est in anima, que relative dicitur et equaliter, scilicet memoria, intelligentia, dilectio, que substantia consideratur ... ... do.

Equalia etiam sunt non solum singula singulis, sed etiam singula omnibus; alioquin non se invicem caperent. Capiuntur enim et a singulis singula et a singulis omnia. Memini enim me habere memoriam et intelligentiam et voluntatem; et intelligo me intelligere et velle atque meminisse; et volo me velle et meminisse et intelligere.

Quomodo equalia sint, et capiuntur singula a singulis, et omnia a singulis.

Hic ostendit quomodo omnia a singulis.

Totamque meam memoriam et intelligentiam et voluntatem simul memini. Quod enim memorie mee non memini, non est in memoria mea; nichil autem tam in memoria quam ipsa memoria est. Totam igitur memini. Item quicquid intelligo, intelligere me scio, et scio me velle quicquid volo. Quicquid autem scio, memini. Totam igitur intelligentiam, totamque voluntatem meam memini.

Hic quomodo tota illa tria memoria capiat.

Similiter cum hec tria intelligo, tota simul intelligo. Neque enim quicquam intelligibilium non intelligo nisi quod ignoro; quod autem ignoro, nec memini nec volo. Quicquid autem intelligibilium non intelligo, consequenter etiam nec memini nec volo. Quicquid ergo intelligibilium memini et volo, consequenter intelligo.

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia.

Voluntas etiam mea totam intelligentiam totamque memoriam meam capit, dum utor toto eo quod intelligo et memini. Cum itaque invicem a singulis et tota tota capiantur, equalia sunt tota singula totis singulis, et tota singula simul omnibus totis; et hec tria unum, una vita, una mens, una essentia. Ecce illius summe unitatis atque trinitatis, que una est essentia et tres persone, ymago est humana mens, licet impar. Mens autem hic pro anima ipsa accipitur, ut sit illa ymago trinitatis; proprie vero mens dicitur, ut ait aug., non anima, sed quod in ea est excellentius, sicut sepe accipitur. Sciendum etiam quod memoria non solum est absentium et preteritorum, sed et presentium, ut ait aug. in xiiii. li. de trin.; alioquin non se caperet.

Quomodo illa tota capiat voluntas.

Hic attendendum est diligenter ex quo sensu accipiendum sit quod supra dictum est, illa tria scilicet memoriam, intelligentiam et voluntatem esse unum, unam mentem, unam essentiam; quod utique non videtur esse verum secundum proprietatem sermonis. Mens enim, id est spiritus rationalis, essentia est spiritualis et incorporea; illa vero tria naturales proprietates seu vires sunt ipsius mentis, et a se invicem differunt, quia memoria non est intelligentia vel voluntas, nec intelligentia voluntas sive amor.

Ex quo sensu illa tria dicantur unum, una mens, una essentia.

Et hec tria etiam ad se ipsa referuntur, ut ait aug. in ix. li. de trinitate. Mens enim amare se ipsam

Quomodo ... ad se invicem dicuntur relative.

Sed quod omnia et quod omnia in quo omnia ... capitulo ... ;

Sed archa sit per formam quia archetypa [illegible];

Scilicet generate sibi [illegible] ... ;

Sed peccatum non est naturale, quia est corruptio boni;

[illegible] ... pro ...

et reconciliati

H

Nota. tertia plaga que prima signa non fuit plaga; [illegible]

Magi pharaonis defecerunt in tertio signo, quod est plaga, sed non absolute: in tertio signo scilicet primo [illegible] ... ; [illegible] ... signo quod est plaga defecerunt ... in cinifibus.

Cognoverunt philosophi deum in umbra ... [illegible] cognoscere ... in speculo et in [illegible] ... ymago. Cognoscere ... ; [illegible] ... agere;

H

Mens que est superior pars rationis ... [illegible] ... ; mens anima.

[illegible] ... ymaginem ... ymago enim in naturalibus ... in gratuitis.

H

Nota hanc esse [illegible] ... quicquid volo et memini, intelligo ... quicquid volo et intelligo ... memini ... quicquid intelligo et memini volo ... ;

Sed sic non est ... una essentia;

H

Vita mens et essentia dicuntur ... ;

H

Omnia dicuntur que in uno ... ;

Nota ... ;

id est diffinite

Scilicet imago ... ad se dicuntur.

Sed ... ; ... [illegible]

Vide ... memini volo me meminisse ... ;

Scilicet superius ... ;

Scilicet voluntas enim ... ;

Non quia sunt relative ... substantia ... ;

vel meminisse non potest, nisi etiam novit se. Sic etiam quaeritur utrum meminit quod nescit? Ista ergo tria ita inseparabilia sunt, ut semper ipsis tribus simul et singula simul omnia una essentia est, et tamen relative dicuntur ad invicem.

Hic aperit quod superius querebatur, scilicet quomodo hec tria dicantur unum.

Sed iam videndum est quomodo hec tria dicantur una vita, una mens, una essentia, scilicet quia in ipsa anima vel mente substantialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis que possunt adesse et abesse. Unde Augustinus in libro IX De Trinitate: Admonemur, si utcumque videre possumus, hec in anima existere substantialiter, non tamquam in subiecto, ut color in corpore, quia etsi relative dicuntur ad invicem, singula tamen substantialiter sunt in sua substantia. Ecce ex quo sensu ista tria dicantur esse unum, una vita, una substantia. Que tria, ut ait Augustinus in libro XV De Trinitate, quisquis ut naturaliter divinitus instituta in mente sua vivaciter perspicit, et quam magnum sit in ea, unde etiam sempiterna immutabilisque natura recoli, conspici, concupisci, reminiscitur per memoriam, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, profecto reperit illius summe trinitatis imaginem.

Quod in illa similitudine est dissimilitudo.

Verumtamen caveat ne hanc imaginem ab eadem trinitate factam ita comparet ut eo omnino existimet similem, sed potius in qualicumque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat.

Prima dissimilitudo.

Quod vero ostendi potest: homo unus per illa tria meminit, intelligit, diligit, qui nec memoria est, nec intelligentia, nec dilectio, sed hec habet. Unus ergo homo est qui hec tria habet, non ipse est hec tria. In illius vero summe simplicitate nature que Deus est, quamvis unus sit Deus, tres tamen persone sunt: pater et filius et spiritus sanctus; et hec tres simul unus Deus sunt.

Quod per illa tria homo dicatur imago.

Aliud itaque est trinitas res ipsa, aliud imago trinitatis in re alia, propter quam imaginem et illud in quo sunt hec tria imago dicitur, sicut homo dicitur imago Dei, sicut tabula et pictura que est in ea, sed tabula nomine imaginis appellatur propter picturam que in ea est.

Altera dissimilitudo.

Rursus in illa imagine que est homo habens illa tria una persona est; illa vero trinitas non una persona est, sed tres persone: pater filii et filius patris et spiritus patris et filii.

Multum dissimilitudo.

Itaque in ista imagine trinitatis non sunt hec tria unus homo, sed unius hominis sunt; in illa vero summa trinitate cuius hec imago est, non unius Dei sunt, sed unus Deus sunt illa tria, et tres sunt ille, non una persona. Ita enim tria non homo sunt, sed hominis sunt vel in homine sunt. Numquid possumus dicere trinitatem sic esse in Deo, ut aliquid Dei sit, nec ipsa sit Deus? Absit ut hoc credamus. Dicamus ergo in mente nostra imaginis trinitatem, sed exiguam et inequalem; nam quamquam summe trinitatis ita gerit similitudinem, ut ex maxima parte sit dissimilis. Sciendum vero quod hec trinitas mentis, ut ait Augustinus in XIIII libro De Trinitate, non propterea tantum imago Dei est quia sui meminit mens et intelligit et diligit se, sed quia potest etiam meminisse et intelligere et amare illum a quo facta est.

Alia assignatio trinitatis in anima, scilicet mens, noticia, amor.

Potest etiam alio modo aliis nominibus distingui trinitas in anima, que est imago illius summe et ineffabilis trinitatis. Ut enim ait Augustinus in VIIII libro De Trinitate: Mens et noticia eius et amor tria quedam sunt, quia mens cum novit se et amat se. Nec enim amare se potest nisi et noverit se. Duo quedam sunt mens et noticia eius, et duo quedam sunt mens et amor eius. Cum ergo novit se mens et amat se, manet trinitas: mens, amor, noticia. Mentem autem hic accipit non pro anima, sed pro eo quod in anima excellentius est.

Quomodo dicantur esse unum.

Hec autem tria cum sint distincta a se invicem, dicuntur tamen esse unum, quia in anima substantialiter existunt.

Quod mens instar patris, noticia filii, amor spiritus sancti.

Et est ipsa mens quasi parens, et noticia eius quasi proles eius. Mens enim cum se cognoscit, noticiam sui gignit, et est sola parens sue noticie. Tertius est amor, qui de ipsa mente et noticia procedit, dum mens cognoscens se diligit se; non enim posset se diligere nisi cognosceret se. Amat etiam placentem prolem, id est noticiam suam, et ita amor quidam complexus est parentis et prolis.

Quod non est minor noticia menti, nec amor utroque.

Nec minor est proles parente, dum tantum novit se mens quanta est; nec minor est amor parente et prole, id est mente et noticia, dum tantum se diligit mens quantum se novit et quanta est.

Quod hec tria in singulis sunt.

Sunt etiam hec singula in se ipsis, quia et mens amans in amore est, et amor in amantis noticia, et noticia in mente noscente est. Et hec in his tribus equalis quodammodo trinitatis vestigium apparet.

Quomodo mens per ista proficit ad intelligendum Deum.

Mens ergo ista tria naturaliter considerans, et quod hec tria in ea est una mens, una essentia, in qua illa sunt, extendit se ad contemplationem creatoris, et videt unitatem in trinitate et trinitatem in unitate. Intelligit enim unum esse Deum, unam essentiam, unum principium. Intelligit etiam quod si duo essent, vel uterque insufficiens esset, vel alter superflueret; quia si aliquid deesset uni quod haberet alter, non esset ibi summa perfectio; si vero nichil uni deesset quod haberet alter, cum in uno essent omnia, alter superflueret. Intellexit ergo unum esse Deum unum omnium

Augustinus in IX De Trinitate: [illegible] memoria [illegible] intelligentia [illegible] voluntas [illegible]

[illegible] memoriam; [illegible] intelligentiam; [illegible] dilectionem;

[illegible] una vita [illegible]

c. xiiii

ix

[illegible] noticia [illegible]

s. i. excellentior pars anime.

Vide quod ponit tria noticiam et amorem in mente [illegible] et sic accipit pro potentia [illegible]

Augustinus accipit animam. et voluntas [illegible]

[illegible] de mente [illegible] de noticia [illegible] et amore [illegible] et hoc idem [illegible]

Nota quod amor [illegible] et noticia [illegible]

[illegible]

Vide quod [illegible] in actu suo [illegible]

[illegible] diversi.

Nullo modo dicitur [illegible] pater et filius [illegible] vel uterque insufficiens vel alter superfluus. Non;

Nota quod unum deitatis, sed unus Deus.

Sed illa sapientia unde nisi a divina [illegible] quam tamen non intelligit

auctorem, et videret quia ab eo sapientia sit, quasi rationalis creatura intellexit eum habere sapientiam quae ab ipso genita est, et quod sapientiam suam diligit, intellexit ibi etiam esse amorem.

Hic de summa trinitate et unitate.

Qua propter supra istam considerationem, ut ait Aug. in l. VIII de Trin., credamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum esse Deum, universae creaturae conditorem et rectorem, nec Patrem esse Filium, nec Spiritum Sanctum vel Patrem esse vel Filium, sed trinitatem relatarum ad invicem personarum. Ut enim ait ipse in libro de fide ad Petrum: Una est essentia sive natura Patris et Filii et Spiritus Sancti, non una persona. Si enim esset una persona, sicut est una substantia Patris et Filii et Spiritus Sancti, nequaquam veraciter trinitas diceretur. Rursus quidem trinitas esset vera, sed unus Deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodum Pater et Filius et Spiritus Sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoque diversitate discreti. Fides autem patriarcharum, prophetarum atque apostolorum unum Deum praedicat esse trinitatem. In illa quippe sancta trinitate unus est Deus Pater, qui solus essentialiter de seipso unum Filium genuit, et unus Filius qui de uno Patre solus essentialiter natus, et unus Spiritus Sanctus qui solus essentialiter a Patre Filioque procedit. Hoc autem totum non potest una persona, id est gignere se et nasci de se et procedere de se. Ut etiam Aug. in l. I de Trin.: Nulla res est quae seipsam gignat ut sit.

Hic colligit non licet hic dici trinitatem [illegible]

D. IIII

Hic queritur utrum concedendum sit quod Deus se genuerit.

Hic oritur quaestio satis necessaria. Constat enim et verum est et infragabiliter tenendum quod Deus Pater genuit Filium. Ideo quaeritur utrum concedendum sit quod Deus genuit Deum. Si enim Deus genuit Deum, videtur quod aut se Deum aut alium genuerit. Si vero alium Deum genuit, non est tantum unus Deus. Si autem seipsum Deum genuit, aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus sane et catholice concedi quod unus unum genuit, et quod Deus Deum genuit, quia Deus Pater Deum Filium genuit. In symbolo quoque legitur esse: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Quod vero additur: ergo genuit se Deum vel alium Deum, neutrum concedendum esse dicimus. Quod autem alium Deum non genuit, manifestum est, quia unus tantum Deus est. Quod autem seipsum non genuit, ostendit Aug. in l. I de Trin. dicens: Qui putat eius esse potentiae Deum ut seipsum ipse genuerit, eo plus errat quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis nec corporalis creatura. Nulla enim res est quae seipsam gignat ut sit. Non est ergo credendum vel dicendum quod Deus genuit se.

Alia questio de eodem.

Sed adhuc opponunt garruli ratiocinatores dicentes: Si Deus Pater genuit Deum, aut genuit Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui non est Deus Pater. Si genuit Deum qui non est Deus Pater, ergo Deus alius qui non est Deus Pater; non ergo unus tantum Deus est. Si vero genuit Deum qui est Deus Pater, ergo genuit seipsum. Ad quod respondentes determinamus illam propositionem quae sic proponitur: Deus Pater genuit Deum aut Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui non est Deus Pater; hoc enim sane et prave intelligi potest. Unde respondendum est ita: Deus Pater genuit Deum qui est ipse Pater; hoc dicimus esse falsum et contra veritatem. Sed genuit Deum qui non est Pater, nec tamen genuit alium Deum, nec ille qui genitus est alius Deus est quam Pater, sed unus Deus cum Patre. Si vero dicatur: genuit Deum qui non est Deus Pater, hic distinguimus, quod dupliciter potest intelligi. Genuit Deum qui non est Deus Pater, id est Deum Filium, qui Filius non est Pater, qui Deus est: hic sensus verus est. Si vero intelligatur sic: genuit Deum qui non est Deus Pater, id est qui non est Deus qui est Pater, hic sensus falsus est, quia unus et idem Deus est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, secundum regulam: Pater et Filius et Spiritus Sanctus unus est Deus.

Responsio

Opinio quorundam dicentium tres personas esse unum deum et unam substantiam, sed non e converso, scilicet unum deum et unam substantiam esse tres personas.

Quidam tamen veritati adversantes concedunt Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, sive tres personas, esse unum Deum, unam substantiam, sed nolunt concedere unum Deum vel unam substantiam esse tres personas, dicentes substantiam divinam praedicari de tribus personis, non tres personas de substantia divina. Fides autem catholica tenet ac praedicat et tres personas esse unum Deum, unam substantiam sive essentiam, et unum Deum, unam substantiam sive essentiam esse tres personas. Ut Aug. in l. I de Trin. testatur: Recte ipse Deus trinitas intelligitur beatus et solus potens. Ecce quem apostolus dicit, ipse Deus trinitas, ut ostendet unum Deum esse trinitatem et trinitatem ipsum Deum. Item in eodem: In verbis, inquit, illis apostoli quibus de adventu Christi agens dixit: Quem ostendet beatus et solus potens rex regum et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, etc., nec Pater proprie nominatus est, nec Filius, nec Spiritus Sanctus, sed beatus et solus potens, id est unus et solus verus Deus, quod est ipsa trinitas. Ecce hic aperte dicit unum solum esse Deum ipsam trinitatem. Si unus Deus trinitas est, ergo unus Deus est tres personae. Item Aug. in l. V de Trin.: Non tres deos, sed unum Deum dicimus ipsam praestantissimam trinitatem. Item in l. de fide ad Petrum in expositione symboli: Summum est bonum, et a quo cuncta sunt creata, visibilia scilicet et invisibilia, sed in bonitatem credere creatoris, qui est Deus unus, verus, nullamque esse naturam quae non aut ipse sit aut ab ipso; eumque esse trinitatem, Patrem scilicet et Filium et Spiritum Sanctum. Item Aug. in sermone de fide: Credimus unum Deum unam esse divini nominis trinitatem. Idem in VI l. de Trin.: Dicimus Deum solum esse ipsam trinitatem. Ecce his et pluribus aliis auctoritatibus evidenter ostenditur dicendum esse et concedendum quod unus Deus est trinitas.

Auctoritates in dicentium [illegible]

sicut unum deum trinitatem et unius dei [illegible] essentiam [illegible] et una substantia tres persone, sicut econverso trinitas dicitur essentialis, et tres persone dicuntur esse una substantia.

Redit ad primam questionem. Si an deus pater genuerit se deum an alium deum.

Nunc ad premissam questionem revertamur, in qua querebatur an deus pater genuerit se deum an alium deum. Ad quod dicimus neutrum fore concedendum. Sed dicit tamen Augustinus in epistola ad Maximinum quod deus pater se alterum genuit, his verbis: Pater ut genuit haberet filium de se ipso, non minuit se ipsum, sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, et esset in filio tantus quantus et solus. Quod ita intelligi potest, id est de se alterum a se genuit, non utique alterum deum, sed alteram personam. Vel genuit se alterum, id est genuit alterum qui est hoc quod ipse; nam etsi alius sit pater a filio, non tamen aliud, sed unum.

Hic queritur an pater genuerit divinam essentiam, vel ipsa filium, an essentia genuerit essentiam, vel ut ipsa nec genuit nec genita est.

Post hec queritur utrum concedendum sit quod pater genuerit divinam essentiam, vel quod divina essentia genuerit filium, vel essentia genuit essentiam, an omnino ipsa nec genuit nec genita est divina essentia. Ad quod catholici tractatores sic respondent: nec patrem genuisse divinam essentiam, nec divinam essentiam genuisse filium, nec divinam essentiam genuisse essentiam. Hic autem nomine essentie intelligimus divinam naturam, que communis est tribus personis et tota in singulis. Ideo non est dicendum quod pater genuerit divinam essentiam, quia si pater diceretur genuisse divinam essentiam, essentia divina relative diceretur ad patrem, vel pro relativo poneretur. Si autem relative diceretur vel pro relativo poneretur, non indicaret essentiam; ut enim ait Augustinus in V libro de trinitate: quod relative dicitur, non indicat substantiam. Secunda ratio que essentia...

Item si deus pater sit divina essentia, si eius esset genitor, esset utique genitor et rei que ipse est. Ita eadem res se ipsam genuisset, quod Augustinus negat, ut supra ostendimus. Tertia ratio vel potior.

Item si pater est genitor essentie divine, cum ipsa essentia divina sit illud quod deus est, hoc ergo quod genitum est, et deus est. Ita ergo si illud quod genitum est a patre deus, si pater illud quod generatur res est quod ipse est. Et si ita est, ingenitus gignens genitus est, ut ipse et deus sit. Simili ratione probat Augustinus in libro VII de trinitate quod pater non est sapiens sapientia quam genuit, quia si ea sapiens est, et ea est. Hoc enim ibi esse quod sapere. Et si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam quam genuit sapiens pater est; alioquin idem erit aliud dicere cum dicimus: hoc illi est esse quod sapere, nisi eo est quo sapiens est. Ergo que causa est illi ut sapiens sit, etiam ipsa illi causa est ut sit. Si ergo sapientia quam genuit causa illi est ut sapiens sit, causa illi est ut sit. Sed causam patri quia sit dicere genitam nullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius? Ita ergo si pater genuit essentiam qua est, essentia quam genuit causa est illi ut ipse sit. Non ergo ipsam qua est essentiam genuit. Nam in illa simplicitate, inquit Augustinus, quia non est aliud sapere quam esse, eadem est ibi sapientia que essentia. Sed hoc quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam qua sapiens est, ita nec essentiam qua est. Ut enim sapientia sapiens est, et potentia potens, et essentia ipse est; eademque est sapientia et potentia que essentia. Pater itaque ex predictis quia pater essentiam divinam non genuit.

Hic videtur contrarium. Adversa.

Huic autem videtur contrarium quod Augustinus ait in libro de fide ad Petrum: Deus enim verbum genuit, id quod ipse est genuit, nec de nichilo, nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de se ipso id quod est ipse. Item: Deus pater qui verissime se indicare animis cognituris voluit et potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit quod est ipse qui genuit. Ecce aperte dicit his verbis deum patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est non est nisi essentia divina. Videtur ergo divinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus illa verba sic intelligenda esse, dicentes: pater de se ipso genuit illud quod ipse est, id est filium, qui est illud quod pater est. Nam quod pater est, et filius est; sed non qui pater est, et filius est.

Alias partes. Quod divina essentia non genuit filium.

Ita etiam non est dicendum quod divina essentia genuit filium, quia cum filius sit divina essentia, iam esset filius res a qua generaretur, et ita eadem res se ipsam generaret. Item etiam dicimus quod essentia divina non genuit essentiam. Cum enim una et summa quedam res sit divina essentia, si divina essentia essentiam genuit, eadem res se ipsam genuit, quod omnino esse non potest. Sed pater solus genuit filium, et a patre et filio procedit spiritus sanctus.

Que videntur predictis esse contraria.

Predictis autem videtur esse contrarium quod dicit Augustinus in libro VII de trinitate: Hoc, inquit, est deo esse quod sapere. Unde pater et filius simul sunt una sapientia, quia una essentia, et singillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus sapientiam de sapientia et essentiam de essentia. Ubi videtur significari quod sapientia sapientiam et essentia essentiam genuerit. Idem in libro de fide ad Petrum: Sic Christum dei filium, id est unam ex trinitate personam, deum verum crede, ut divinitatem eius de natura patris natam esse non dubites. Hic videtur dicere quod natura filii sit nata de natura patris. Idem etiam in XV libro de trinitate: Verbum filius consilium de consilio.

voluntatis de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Et hic videtur dicere quod substantia sit genita de substantia, et sapientia de sapientia.

Determinatio eorum que videntur contraria.

Sed hoc ita determinant: sapientia de sapientia et substantia de substantia est, id est filius qui est sapientia, que est substantia, est de patre qui est eadem substantia et sapientia; et filius qui est divinitatis natura est de patre qui est natura divina. Et ut expressius dicamus: deus filius sapientia est de patre sapientia, et deus filius substantia est genitus de patre substantia. Quod autem ita intelligi debeat, Augustinus ostendit in vii libro De Trinitate, dicens: Pater ipse sapientia est, et ita dicitur filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris, id est sicut lumen de lumine, et utrumque unum lumen. Sic intelligitur sapientia de sapientia et essentia de essentia, et utrumque una sapientia et una essentia. Item in eodem: Dicitur sapientia de patre, quia virtute et sapientia etiam ipse virtus et sapientia est, sicut ipse lumen de patre lumine est, et ipse fons vite est apud deum patrem fontem vite. Filius ergo sapientia de patre sapientia est, sicut filius lumen de lumine patre, et deus filius de deo patre, ut et singulus sit lumen, et singulus sit deus, et singulus sit sapientia, et simul tamen unum lumen, unus deus, una sapientia. Ecce his verbis manifeste aperit Augustinus ex quo sensu accipienda sint predicta verba et his similia, scilicet cum dicitur substantia de substantia, vel substantia genuit substantiam.

Quod videtur predicte expositioni contrarium.

Huic vero videtur etiam contrarium esse quod Hylarius ait in iiii libro De Trinitate: Nec habet ingenitam naturam hic filius; ingeniti honoris ambitio in honore generantis est. Cum ergo filius essentiam habeat, que enim in eo est divina essentia, videtur quod ipsa divina essentia nata sit. Item in v libro ait: Nativitas dei non potest eam ex qua profecta est non tenere naturam; nec enim aliud quam deus subsistit quod non aliunde quam de deo subsistit. Ecce hic dicit nativitatem dei perfectam ex natura, et ita videtur ex his verbis accipi posse quod natura divina genita est et genuisse. Quod apertius dicit in libro viii De Trinitate: Nos, inquit, unigenitum deum in forma servi manentem in natura dei mansisse profitemur, nec unitatem forme servilis in naturam divine unitatis refundimus, nec rursus ex corporali insinuatione patrem in filio predicamus, sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse, tamen quia in forma ei se gignentis manens formam naturae infirmitatis corporalis accepit, non ex defectu dei sibi nec esset, sed ipse hominis humilitatem eterne nativitatis manens sibi dei natura subsequenti generis sui potestatem in habitu assumpte humilitatis exercens. Ecce hic aperte dicit naturam genuisse et naturam genitam, et naturam assumpsisse naturam, quod a plerisque negatur. Item in eodem: Numquid unigenito deo contumelia est patrem ei innascibilem deum esse, cum ex innascibili deo nativitas unigenita in naturam unigenitam substiterit? Ecce et hic dicit unigenitam naturam. Sed et hec verba sane vult intelligi.

Quomodo sit intelligenda premissa verba Hilarii.

Hilarius idem dicit in iiii libro De Trinitate: Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Hec ergo verba taliter intelligi possunt: nichil habet filius nisi natum, vel nichil habet secundum quod deus est nisi quod nascendo accepit, sed ipse nascendo patris in se substantie habuit naturam. Unde idem Hylarius addit in v libro De Trinitate: Eandem naturam habet genitus quam ille qui genuit, vita enim ut natus non sit ille qui genuit. Namque quomodo esset ipse, cum genitus sit? Sed in his ipsis subsistat ille qui genitus est in quibus totus est ipse qui genuit, quia non est aliunde quicquid natus est; idem quoque refert vitam ad aliud quod in uno subsistit ex uno, de sua ingeneratione filius, et infirmam, ut ita dicam, sequitur immutabilem deus indemutabilem gignens deus, nec naturam suam deserit. Ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta nativitas subsistentem. Ergo in eo dei naturam intelligemus, cum in eo deus insit, nec pater eum qui est deus, quia sicut deus alter sit, quippe deus unus. Constatuit ergo dei patris unitas deo filio esse docetur, cum in eo deus intellegitur esse qui deus est; sit enim unus in uno et unus ab uno.

Quod legitur patrem de sua substantia genuisse filium, et filium substantie patris.

Dicitur quoque et frequenter in scriptura sacra legitur patrem de substantia sua genuisse filium. Unde Augustinus in libro De fide ad Petrum: Pater deus de nullo genitus, qui genuit de sua natura sine initio genitum filium deum sibi equalem, eademque qua ipse est eternus est divinitate coeternum. Ecce hic dicit Augustinus filium genitum de natura patris. Est autem una natura patris et filii et spiritus sancti. Si ergo de natura patris genitus est filius, genitus est de natura filii et spiritus sancti, immo de natura trium personarum. Item quoque Augustinus in libro xv De Trinitate dicit Christum esse filium substantie patris, id est de substantia patris genitum, tractans illud verbum apostoli loquentis de deo patre sic: Qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis sue. Quod dictum est, inquit, filii caritatis sue, nichil aliud intelligatur quam filii sui dilecti, quam filii substantie sue. Caritas quippe patris, que in natura eius est ineffabiliter simplici, nichil est aliud quam ipsa natura atque substantia, ut sepe diximus et sepe iterare non pigeat; ac per hoc filius caritatis eius nullus est alius quam qui de substantia eius est genitus. Ecce aperte hic dicit Augustinus filium esse genitum de substantia patris, et filium substantie patris. Idem quoque

Au · Au · Au · Au · Hilarius · Hilarius · Hilarius · Hilarius · Au · Au

Sed natura dei in forma sua manens formam nature infirmitatis corporalis accepit.

Expositionem quod firmat verbis eiusdem.

Augustinus in libro contra Maximinum hereticum: Filium Deum genuisse filium, et filium genitum de substantia patris asserentes dicimus. Carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de se ipsa gignere filium non putatis, nisi patiatur quod patitur substantia carnis cum gignit. Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. Illius enim veritatem Dei filium cognoscitis, si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat homo filius, et donante eo factus est Dei filius ex Deo natus gratia, non natura. An forte etsi non hominis filius erat, tamen aliqua iam erat qualiscumque creatura, et in Dei filium Deo mutante conversa est? Si nichil horum est, ergo aut de nichilo aut de aliqua substantia natus est. Sed ne credamus vos putare de nichilo esse Dei filium, affirmastis non vos dicere de nichilo esse Dei filium. De aliqua ergo substantia est; et si non de patris, de qua sit dicite. Sed non invenitis. Iam igitur unigenitum Dei filium Iesum Christum de patris esse substantia non vos pigeat confiteri. Item in eodem: Utrumque legimus, ut simus in illo filio eius Iesu Christo. Dicant ergo nobis Ariani: iste verus Dei filius, a ceteris qui gratia filii Dei sunt quadam proprietate discretus, de nulla substantia sit an de aliqua? Non dico, inquiunt, de nulla, ne dicamus de nichilo. Ergo de aliqua substantia est. Quero de qua. Si non de patris substantia, aliam querite. Si aliam non invenitis, patris agnoscite substantiam, et filium cum patre omousion confitemini. Item in eodem: Confiteor Deum patrem omnino incorruptibilem genuisse, sed quod est ipse genuisse illum. Item dico quod sepe dicendum est: aut de aliqua substantia natus est Dei filius, aut de nulla. Si de nulla, ergo de nichilo, quod vos iam non dicitis. Si vero de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est verus filius. Si vero de patris substantia, unius eiusdemque substantie sunt pater et filius. Vos autem nec filium de patris substantia genitum vultis, et tamen eum nec ex nichilo nec ex aliqua materia, sed ex patre esse conceditis, nec videtis quam necesse sit ut qui non est ex nichilo nec ex aliqua re alia, sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non possit, et hoc esse quod Deus est de quo est, id est Deus de Deo natus, et quia non alius prius fuit, sed coeterna de Deo est.

Colligens summam predictorum aperit ex quo sensu accipienda sint.

His verbis premissis innuitur, et videtur quod divina substantia filium genuerit, et quod filius sit genitus de substantia patris, id est quod de Deo est natum ex essentia, et quod pater id quod ipse est genuit. Sed illud quod ipse est essentia divina est. Ita putari potest divinam essentiam genuisse. Vehementer movent nos hec verba, que quomodo intelligenda sint mallem ab aliis audire quam tradere. Ut tamen sine preiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi. Sapientia coeterna de Deo est, id est filius coeternus patri de patre est, ita quod est eadem cum eo natura et eiusdem substantie. Quem sensum confirmat Augustinus ibidem subiciens, et quod dixerat explanans: Dicto enim natum coeterna de Deo est, addidit: Sicut est aliud filius quam illud de quo est, id est unius eiusdemque substantie est. Idem aperte talem intellectum ex predictis verbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum dicens: Scimus hoc unius eiusdemque substantie esse, quod non de aliqua materia vel ex nichilo est filius, sed de quo est genitus. Item quod spiritus sanctus non de aliqua materia vel de nichilo est, sed inde est unde procedit. His utique verbis aperte ostenditur ea ratione dici filium esse de substantia patris, quia est de patre genitus, ita quod est eiusdem substantie cum eo; et spiritum sanctum esse de substantia patris et filii, quia ab utroque procedit, ita quod est eiusdem substantie.

Quod nec filius nec spiritus sanctus est de nichilo, sed de aliquo, non tamen de materia.

Ostenditur quoque ex illis verbis filium et spiritum sanctum non esse de nichilo, sed de aliquo, nec tamen de aliqua materia. Unde et Hylarius in xii libro de trinitate ait: Unigenitus Deus cum natus sit, protestatur auctorem, et ex manente natus est. Non est natus ex nichilo. Et ante tempus natus est secundum sensum parientis nascendo. Hic aperte dicit quod filius non est natus ex nichilo. Similiter et spiritus sanctus non est dicendus esse vel procedere ex nichilo, quia filius de substantia patris natus est, id est a patre est, cum quo est eiusdem substantie et eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiendum est illud: Pater genuit id quod est ipse, id est filium, qui est hoc quod pater; et hoc ita debere intelligi Augustinus aperte dicens in primo libro contra Maximinum: Hoc genuit pater quod est. Alioquin non esset verus filius, si quod est pater non esset filius. Item: Substantia Dei genuit filium, id est pater substantia genuit filium, qui est eadem substantia et eiusdem substantie; quod sic esse intelligendum Augustinus ostendit dicens ad Maximinum: Sicut dicis spiritus spiritum genuit, ita dic spiritus eiusdem nature vel substantie spiritum genuit. Item: Sicut dicis Deus Deum genuit, ita dic Deus eiusdem nature vel substantie Deum genuit. Hoc si crederetis et diceretis, nichil de hac re ulterius accusabimus. His enim verbis aperit quomodo predicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris, vel pater genuit filium de sua natura sive essentia, id est de se natura et essentia genuit filium eiusdem essentie ac nature, et qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud: filius substantie patris, id est filius patris substantie, id est qui est substantia cum qua et filius eadem substantia est, que substantia est pater et filius. Et hic sensus innuitur ex verbis Augustini, qui in v libro de trinitate ait: Tres personas eiusdem essentie vel tres personas unam essentiam dicimus; tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona. His verbis ostenditur non esse dicendum filium esse ex essentia, nisi ex sensu predicto, qui sensus confirmatur et ex eo quod

Vehementer enim negatur [illegible] essentia et personam, [illegible] id est de aliqua persona.

i. omne sensibile vel omnem materiam, id est omne tollens.

[illegible] carnalis filius verus filius est [illegible] pater [illegible] exponi [illegible] filius [illegible] nature et similis cui est parens.

Nota hec [illegible] filium [illegible] essentia [illegible] filium [illegible] removet et essentia et persona [illegible] ille [illegible] suppositiones diversitatem.

Nota [illegible] supponit pro essentia [illegible] pro persona [illegible] supponit pro persona [illegible] sequitur.

[illegible] sub illo sensu licet simpliciter [illegible] esse ex eadem essentia vel eiusdem essentie, ut forte dicit Augustinus, [illegible] tres persone sunt ex eadem essentia, licet enim forte filius sit de essentia, quia de essentia patris, [illegible] pater [illegible] essentia, quia sic esse ab [illegible] Augustinus [illegible] esse ex eadem essentia, quia sic videtur quod aliud esset ibi persona, aliud essentia.

[illegible]

in XV libro De Trinitate ita demonstrat: Sicut enim scientia scientie dei, sic intelligitur verbum quod nascitur de nostra scientia dissimile est illi verbo dei quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si dicam de patris scientia, de patris sapientia, vel quod est expressius: de patre essentia, de patre scientia, de patre sapientia. Ex hoc itaque intellectu verbum dei patris unigenitus filius per omnia patri similis et equalis recte dicitur deus de deo, lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia, quia est hoc omnino quod pater, non tamen pater, quia iste filius, ille pater. Inde est quod solus unigenitus dei dicitur natura filius, quia eiusdem nature est, id est eadem natura est cum patre. Unde Hylarius in libro de trinitate de Christo loquens: Naturam filii esse eamdem naturam quam ille qui genuit habet.

Quod verbum patris dicatur filius natura.

Distinctio sexta

Di. VI

Utrum pater genuit filium voluntate an necessitate, et an volens vel nolens sit deus.

Preterea queri solet utrum pater filium voluntate genuerit an necessitate. De hoc Orosius ad Augustinum ita: Voluntate genuit pater filium vel necessitate? Nec voluntate nec necessitate, quia necessitas in deo non est; preire voluntas sapientiam non potest. Quocirca ut ait Augustinus in XV libro De Trinitate: Ridenda est dialectica Eunomii, a quo Eunomiani heretici orti sunt, qui cum non potuisset intelligere nec credere voluisset unigenitum dei verbum, per quod facta sunt omnia, filium dei esse natura, id est de substantia patris genitum, non nature sed voluntatis dixit esse filium, scilicet filium voluntatis dei, volens asserere accidentem deo voluntatem qua gigneret filium, sicut nos aliquid aliquando volumus quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur nostra natura; quod absit ut in deo esse credamus. Dicatur ergo verbum dei esse filium dei natura, non voluntate, ut docet Augustinus in libro XV De Trinitate, ubi quendam catholicum heretico respondentem commendat, dicens:

Responsio catholici.

Acute sane quidam respondit heretico versutissime interroganti utrum deus filium volens an nolens genuerit, ut si diceret nolens, absurdissima dei miseria sequeretur; si autem volens, continuo quod intendebat concluderet, scilicet non nature esse filium sed voluntatis. At ille vigilantissime vicissim quesivit ab eo utrum deus pater volens an nolens sit deus, ut si responderet nolens, sequeretur grandis absurditas et miseria quam de deo credere magna est insania; si autem diceret volens, responderetur ei: ergo et ipse voluntate sua deus est, non natura. Quid ergo restabat nisi ut obmutesceret et sua interrogatione obligatum insolubili vinculo se videret? Ex predictis docetur non esse concedendum quod deus voluntate vel necessitate vel volens vel nolens sit deus, itemque voluntate vel necessitate vel volens vel nolens genuit filium.

Oppositio adversus predicta.

Sed contra hoc opponitur sic. Voluntas dei est natura sive essentia dei, quia non est aliud deo esse, aliud velle; et sicut una est essentia trium personarum, ita et una voluntas. Si ergo deus natura deus est et voluntate deus est, et si verbum natura filius dei est et voluntate filius dei est. Hoc autem facile est refellere. Nam et ipsa scientia dei sive scientia qua scit vel prescit bona et mala, divina natura sive essentia est, et predestinatio sive voluntas eius eadem divina essentia est; nec est aliud deo scire vel velle quam esse; et tamen licet unum idemque sit scientia dei et voluntas, non tamen dicitur de voluntate quicquid dicitur de scientia, et e converso; nec omnia illa sua voluntate deus vult que sua scientia scit, cum scientia sua noverit tam bona quam mala, voluntate autem non vult nisi bona. Scientia quippe dei et prescientia de bonis est et malis; voluntas vero et predestinatio de bonis est tantum; et tamen unum idemque in deo est scientia et voluntas, et scientia et predestinatio. Ita etiam, licet unum sit natura dei et voluntas, dicitur tamen pater genuisse filium natura, non voluntate, et esse deus natura, non voluntate.

Qualiter sint intelligenda illa verba predicta: nec volens vel nolens esse deum, vel volens vel nolens genuisse filium.

Predicta tamen verba quibus premissum est quod deus pater nec volens nec nolens est deus, nec volens nec nolens genuit filium, vel voluntate vel necessitate, ex tali sensu videntur accipienda, ut voluntatem precedentem vel accedentem intelligamus, qualem Eunomius intelligebat. Non enim est deus voluntate precedente vel accedente vel volens prius quam deus; nec voluntate precedente vel accedente genuit filium, ut prius volens quam gignens genuit filium, sed pariter gignens et volens genuit filium. Volens enim genuit, et potens genuit, et bonus genuit, et sapiens genuit et huiusmodi. Sicut enim pater sapiens et bonus dicitur genuisse filium, cur non et volens? Cum enim tam sit deo idem esse volentem quod est esse deum, sicut idem esse sapientem quod est esse deum. Dicamus ergo quod pater sicut sapiens ita volens genuit filium, sed non voluntate precedente vel accedente. Quem sensum aperit Augustinus et confirmat ita dicens super epistolam ad Ephesios: De filio dei, id est domino nostro Ihesu Christo, scriptum est quod cum patre semper fuit, nec umquam eum ut esset voluntas paterna precessit; et ille quidem natura filius est.

Hic queritur an pater potuerit vel voluerit gignere filium.

Hic solet queri a quibusdam utrum pater potuit vel voluit generare filium. Si enim inquiunt potuit et voluit generare filium, ergo potuit aliquid et voluit quod nec potuit nec voluit filius. Nam filius nec potuit nec voluit generare filium. Cui simile fa

Naturaliter ... [illegible] ... filius ... [illegible]

Est necessitas coactionis et est necessitas inevitabilitatis. Secundum primam necessitatem non est possibile quod pater necessitate filium genuerit. Necessitate autem inevitabilitatis est concedibile, quia impossibile est quod pater non genuerit filium.

Responsio Augustini ad Orosium.

scilicet generatione filii.

Est voluntas precedens [illegible] voluntas, et illa precedere [illegible] [illegible] voluntas [illegible] ... Non enim dicendum voluntatem generandi filium precessisse in patre generationem filii, sed voluntatem [illegible] [illegible]. Nec est dicendum patrem prius fuisse et postea voluisse filium generare, sed tantum voluntas [illegible] esse patris.

Responsio.

Hylarius in libro de sinodo.

Eos quidem non de eternitate ... naturaliter esse filium dei similiter eos qui dicunt quod consilio vel voluntate patris genitum filium anathematizat sancta ecclesia. Item si quis voluntate predicat natum filium anathema sit. Sicut nolentem patrem coactum vel naturali necessitate ductum cum nollet genuit filium, sed mox ut voluit sine tempore et impassibiliter se unigenitum demonstravit.

Catholici.

Alia fit [illegible] qui mutat [illegible]

Necessitas quinque:
- ex parte [illegible] talis [illegible]
- ex parte materie talis de incorruptibilibus
- ex parte forme talis [illegible]
- ex parte finis talis de digestione
- ex parte efficientis talis coactionis

[illegible]

ente respondentem

Ad quod respondentes dicimus posse vel velle generare filium, si est aliquid posse vel velle subiacens voluntati vel potencie, est enim aliqua potencia et voluntas qua potest et vult gignere filium. Ideo distinguenda est intelligencia proposita ubi. Posse vel velle gignere filium non est posse vel velle aliquid, neque generacio filii aliquid eorum est que subiecta sunt divine potencie et voluntati, nec est aliquid inter omnia vel de omnibus, sed super omnia et ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit quam genuit, sicut nec ante fuit quam genuit, quia ab eterno fuit et ab eterno genuit. Ex simili quoque hoc videre possumus. Pater enim potest esse pater et vult esse pater, filius autem non potest nec vult esse pater; ergo pater potest vel vult esse aliquid quod non potest vel vult esse filius. Non sequitur, quia esse patrem non est esse aliquid, sed potius esse ad aliquid, ut in sequentibus ostendetur.

Sed videntur nos movere **Ponit quorundam illa** que dicit Augustinus in I libro contra **Augustinus. Ubi mo** Maximinum hereticum, qui asserebant patrem **veri patris** potenciorem filio, eo quod filium genuit **auditor** deum creatorem, filius autem non, dicebat quia patrem potuisse gignere filium, et ideo potenciorem esse filio. Ad quod respondens Augustinus dicit illum quod filius non potuit gignere, volens ostendere patrem non esse potenciorem filio his verbis: Absit ut ideo potencior sit pater filio, sicut putas, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorem; non enim non potuit, sed non oportuit. Vide et diligenter attende hec verba: non enim non potuit, sed non oportuit. Videtur enim dicere quod filius potuit gignere, sed non oportuit; ita potuit quod non oportuit. Quare autem non oportuit subdit dicens: Immoderata enim esset divina generacio, si genitus filius nepotem gigneret patri, quia et ipse nepos nisi avo suo pronepotem gigneret, secundum vestram mirabilem sapientiam impotens diceretur; similiter etiam ille si nepotem non gigneret avo suo et pronepotem proavo suo, non a vobis appellaretur omnipotens, nec impleretur generacionis series, si semper alter ex altero nasceretur, nec eam perficeret ullus, si non sufficeret unus. Ergo pater omnipotentem genuit filium equalem patris ipse natus, non fecit. **Opponit predictis verbis Augustini.**

Hoc autem non videtur quibusdam posse stare, scilicet quod filius potuit gignere. Si enim filius potuit gignere, potuit esse pater; et si potuit esse pater, potuit ergo esse pater vel sui vel patris vel alicuius alius. Sed alius nullus alius semper fuit, nec patris, qui pater est ingenitus et innascibilis, nec sui, quia nulla res se ipsam gignit. Potuit ergo nec sui nec alterius, quia nasci non potuit. Sicut enim nasci potuit, potuit esse filius, ita immutabilis esse potuit.

Quomodo ergo accipietur quod **hic queritur** supra dictum est: Non enim non potuit **quomodo sit** gignere, sed non oportuit, quia potuit sed non **intelli**oportuit? Non est nobis perspicuum aperire **genda** quomodo sit hoc verum, et ideo sub silencio pocius esset preterundum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instancia querencium. **hic aperitur ex quo sensu**

Potest ergo sic intelligi: non enim **sunt acci**non potuit, sed non oportuit, id est non ex impoten**pienda**cia fuit sua quod filius non genuit, sed quia non conveniebat. Sicut deus filius non est deus pater, nec tamen hoc ex impotencia sua est. Nam et pater similiter non est filius, nec hoc est ex impotencia patris. Sed quare maxime in ratione nos esse? Dicendum ergo est quod pater non potest esse filius vel filius pater? Non utique ex impotencia, sed proprietate generacionis pater est, qua oportet eum non esse filium, et filius proprietate nativitatis filius est, qua oportet eum non esse patrem. De quibus proprietatibus plenius infra tractabitur.

Item queritur a quibusdam **Utrum pater natura sit** si pater potens sit natura gignere **potens gignere filium** filium, et an hoc sit aliqua po**tentia, et an sit**tencia que sit in filio. Ad quod dicimus **hec aliqua** quia non est potens natura, et **potencia** cum potencia natura est, et ea natura que **que sit** inquiunt: Illa si potens est gignere, habet ergo **in fi**potenciam gignendi; filius autem non habet potenciam **lio.** gignendi, quia non potest gignere; habet ergo pater aliquam potenciam quam non habet filius. Non sequitur. Eandem enim potenciam penitus habet filius, quam ipse, qua pater potuit gignere, et filius potuit gigni. Eadem enim potencia est in filio qua potuit gigni, que est in patre qua potuit gignere. Sed contra hoc opponitur: aliud est posse gignere, aliud est posse gigni, quia aliud est gignere, aliud gigni. Hic distinguendum est. Si enim cum dicitur aliud est posse gignere, aliud posse gigni, aliam significes potenciam qua pater potens est gignere et aliam qua filius potens est gigni, falsus est intellectus. Si autem dicas patrem posse habere aliam proprietatem sive notionem qua genitor est, et filium aliam qua genitus est, verus est intellectus; aliam enim proprietatem habet pater qua pater est, aliam filius qua filius est. **Quomodo sit intelligendum filium habere** **vel non habere po**

Ita etiam cum dicitur filius non habet potenciam generandi **tenciam ge**, qua pater habet, duplex intelligencia potest esse. Si enim dicatur non habet filius po**nerandi.**tenciam generandi qua ipse pater, id est qua potens sit ad generandum, id est ut genuerit vel generet filium, sicut pater, verus est intellectus. Si vero intelligatur non habet potenciam qua possit gigni vel genitus esse, qua eadem pater potens est ut genuerit vel ut generet, falsus est, sicut dicitur pater habet potenciam qua potest esse pater

contra arrianos

Contra arrianos et maximinum

non potuit tenet negacionem [illegible] tenet ad quid [illegible] et ad [illegible]

Et hic movet duas questiones [illegible] an pater possit [illegible] gignere [illegible] [illegible] et patris potencia gignendi [illegible] solvit ad [illegible] et [illegible] [illegible] et ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] solvit [illegible] [illegible] [illegible] de inequalitate [illegible] [illegible] respondet [illegible] [illegible] solvit [illegible] [illegible] opponit [illegible] solucionem hoc [illegible] solvit hic distinguendum est.

Di. viij

filius vero non habet potentiam qua possit esse pater et e converso. Filius habet potentiam qua potest esse filius; pater vero non habet potentiam qua possit esse filius; habet ergo aliquam pater quam non habet filius et e converso. Absit, quia eadem est potentia patris qua potest esse pater et filii qua potest esse filius. Ita etiam eadem est voluntas qua pater vult esse pater et non filius, et filius vult esse filius non pater. Et eadem est voluntas filii qua vult esse genitus et patrem genuisse, et patris qua vult esse genitor et filium genuisse.

De proprietate et incommutabilitate et simplicitate dei essentie

Nunc de veritate sive de proprietate et incommutabilitate atque simplicitate divine nature vel substantie sive essentie agendum est. Est itaque deus, ut ait aug. in v. li. de trinitate, sine dubitatione substantia, vel si melius hoc appellatur essentia, quam greci usiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia, et ab eo quod est scire dicta est scientia, ita ab eo quod est esse dicta est essentia. Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo Moysi: Ego sum qui sum, et: Dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Ipse vero dicitur proprie essentia, cuius essentia non novit preteritum vel futurum. Unde Ieronimus ad Marcellam scribens ait: Deus solus, qui exordium non habet, vere essentie nomen tenuit, quia in eius comparatione qui vere est, quia incommutabilis est, quasi non sunt que mutabilia sunt. De quo enim dicitur fuit, non est, et de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non novit fuisse vel futurum esse. Solus ergo deus vere est, cuius essentie comparatum nostrum esse non est.

Qualiter intelligenda sunt verba Ieronimi que supra dixit.

Hic diligenter advertendum est quomodo intelligi debeant illa verba Ieronimi, scilicet deus tantum est et non novit fuisse, tamquam non possit dici de deo fuit vel erit, sed tantum est, cum de eo frequenter in scriptura reperiamus: fuit ab eterno, fuit semper, et erit in secula. Ideo hoc dixit ut intelligeremus quia non est tantum dicendum de deo fuit vel erit. Si enim diceretur tantum fuit, putaretur quod desierit esse; si diceretur tantum est, putaretur quod non semper fuit sed cepit; si tantum diceretur erit, putaretur non esse modo. Dicatur ergo quia semper fuit et erit, ut intelligatur quia nec cepit nec desinit nec desinet esse. De hoc aug. super Iohannem ait: Cum de sempiterna re predicatur est secundum nos, ubi dicitur fuit et erit: fuit, quia numquam defuit; erit, quia numquam deerit; est, quia semper est. Non preterit quasi quod non permaneat, non oritur quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio per tempora varietur, de eo vere dicuntur verba cuiuslibet temporis qui nullo tempore defuit vel deest vel deerit. Ideo non mirum si de spiritu [illegible] veritatis loquetur dicitur per futurum: quecumque audiet loquetur; audiet scilicet ab eo a quo procedit. Audire illi est scire, scire eidem esse est; a quo est illi essentia, ab illo audientia, id est scientia, que non est aliud quam essentia. Audiet ergo dixit de eo quod semper audivit et audit, id est quod semper scivit et scit et sciet. Hoc hic dicit aug. verba cuiuslibet temporis dici de deo. Sed ipse

Hic aperit quomodo sit intelligendum.

Illud ergo quod Ieronimus dicit ita intelligendum est: non novit fuisse vel futurum esse, sed tantum est, id est non dicitur de eo quod fuit vel erit sicut est intelligendum quod preteriit vel futurum sit, sed quod existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substantiva diversorum temporum de deo dicantur, ut fuit, erit, est, erat, non tamen temporales motus, qui ea distinguunt, scilicet preteritum vel futurum vel preteritum imperfectum vel preteritum perfectum vel preteritum plusquamperfectum, sed essentiam sive existentiam divinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus proprie dicitur essentia vel esse. Unde Hylarius in vii li. de trinitate: Esse non est accidens deo, sed subsistens veritas et manens causa et naturalis generis proprietas.

De incommutabilitate dei hic agit.

Dei etiam solus essentia proprie incommutabilis dicitur, quia nec mutatur nec mutari potest. Unde aug. in v. li. de tri. ait: Alie inquit essentie vel substantie capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque mutatio; deo autem aliquid huiusmodi accidere non potest. Ideo sola substantia vel essentia que est deus incommutabilis est, cui profecto maxime ac verissime competit esse. Quod enim mutatur non servat ipsum esse, et quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse. Ideoque illud solum quod non tantum non mutatur, verum etiam mutari omnino non potest, verissime dicitur esse, id est sentitur proprie et vere esse. Ideoque apte de deo loquitur apostolus: qui solus habet immortalitatem. Ut enim ait aug. in i. li. de tri.:

Cur vero immortalitas illi soli ascribatur.

Cum anima quodammodo immortalis esse dicatur, non tamen diceret apostolus solus habet immortalitatem, nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura, quoniam solius creatoris est. Unde Iacobus ait: Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Et David: Mutabis ea et mutabuntur, tu autem idem ipse es. Unde aug. super genesim dicit quod deus nec per loca nec per tempora movetur; creatura vero per tempora et loca; per tempora moveri est per affectiones commutari. Deus autem nec loco nec affectione mutari potest, qui per prophetam ait: Ego deus et non mutor. Qui est incommutabilis solus, unde recte solus dicitur habere immortalitatem. Omnis enim mutabilis natura, ut ait aug. contra Maximinum, non nulla mors est; ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse quod erat. Unde ipsa anima humana, quia dicitur immortalis, quia secundum modum suum numquam desinit vivere, habet tamen quandam mortem suam, quia si iuste vivebat et peccat, moritur iustitie; si peccatrix erat et iustificatur, moritur peccato, ut alias eius mutationes taceam de quibus modo

[illegible]

[illegible]

[illegible]

R q ad Vm.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

longum est disputare. creaturarum naturam celestium non potuit quia peccare potuit. Natura angeli peccaverunt et demones facti sunt, quorum est diabolus princeps; et qui non peccaverunt peccare potuerunt; et cuicumque creature rationali prestatur ut peccare non possit, non est hoc nature proprie sed dei gratie. Ideo solus deus ut ait apostolus habet immortalitatem, qui nec aliqua gratia sed natura sua nec potuit nec potest aliqua conversione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Item ut ait Augustinus in libro I de trinitate: Substantiam dei sine ulla sui commutatione mutabilia facientem, et sine ullo suo temporali motu temporalia creantem, intueri et nosse licet sit difficile, oportet. Vere ergo ac proprie incommutabilis est illa divinitatis essentia que sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

hic de simplicitate dei

Eadem quoque sola proprie ac vere simplex est, ubi nec partium nec accidentium seu quarumlibet formarum ulla est diversitas sive variatio vel multitudo. Ut autem scias quomodo simplex sit illa substantia, attende quod Augustinus in VI libro de trinitate ostendit prius quare omnis creatura sit multiplex et nullo modo vere simplex; et primo de corporali, post de eadem spirituali creatura. Sic ait: Corporalis utique creatura partibus constat, ita ut sit ibi alia pars maior, alia minor, et maius sit totum quam pars quelibet vel aliqua. In uno quoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud figura; potest enim et imminuta magnitudine manere idem color et eadem figura, et colore mutato manere eadem figura et eadem magnitudo. Ac per hoc multiplex esse convincitur natura corporis, simplex autem nullo modo.

Quare creatura sit multiplex et non simplex. hic de corporali ostendit quod sit multiplex.

Creatura quoque spiritualis ut est anima, in comparatione quidem corporis est simplex, sine comparatione vero corporis multiplex est et non simplex est. Et ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci, sed in uno quoque corpore et in toto tota est, et in qualibet parte eius tota est. Ideo cum fit aliquid in quamvis exigua particula corporis quod sentiat anima, quamvis non fiat in toto corpore, illa tamen tota sentit, quia totam non latet. Sed tamen nec in ipsa anima vera simplicitas est. Cum enim aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud letitia, aliud tristitia, possuntque hec et alia huiusmodi innumerabilia in anime natura inveniri, et alia sine aliis, et alia magis, alia minus: manifestum est non simplicem sed multiplicem esse eius naturam. Nichil enim simplex mutabile est; omnis autem creatura mutabilis est. Nulla ergo creatura vere simplex est.

hic de spirituali creatura ostendit quomodo sit multiplex et non simplex.

Deus vero etsi multipliciter dicatur, vere tamen et summe simplex est. Dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, et quicquid aliud non indigne dici videtur; sed eadem magnitudo eius est que sapientia, non enim mole magnus est sed virtute; et eadem bonitas que sapientia et magnitudo, et veritas que illa omnia; et non est ibi aliud beatum esse et aliud magnum aut sapientem aut verum aut bonum esse aut omnino ipsum esse.

Quare deus dicitur simplex sit cum multiplex dicatur.

Hic diligenter notandum est cur dicat Augustinus solum deum vere simplicem esse, cum multiplicem dicat eundem; scilicet non propter diversitatem accidentium vel partium dicatur, sed propter diversitatem ac multitudinem nominum que de deo dicuntur; que licet multiplicia sint, unum tamen significant, scilicet divinam naturam. Hec enim non tantum ... cum de illa incommutabili essentia que summe simplex incomparabiliter simpliciore quam est humanus animus dicitur, quemadmodum cum de creaturis dicitur. Unde Augustinus in libro V de trinitate: Deo hoc est esse quod est fortem esse aut sapientem esse aut iustum esse. Item: Quid de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dicendum est, qua substantia significatur? Num sicut animo non hoc est esse quod est fortem esse aut prudentem aut iustum aut temperantem? Potest enim esse animus et nullam istarum habere virtutum.

[illegible] dei simplicitas. quod nulli predicamento [illegible] subiciatur.

Quod autem in natura dei nulla sit accidentium diversitas nullaque penitus mutabilitas sed perfecta simplicitas, ostendit Augustinus in V libro de trinitate dicens: Ut sic intelligamus deum si possumus, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ presidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem, nichilque patientem. Quisquis deum ita cogitat, etsi nondum potest omnino invenire quid sit, pie tamen cavet quantum potest aliquid de illo sentire quod non sit. Hec si subtiliter intendas, ex his atque predictis aperte insinuatur illa predicamenta artis dialectice dei nature minime convenire, que nullis subiecta est accidentibus.

Quod deus non proprie sed abusive dicitur substantia.

Unde nec proprie dicitur substantia, ut ait Augustinus in libro VII de trinitate: Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita a subsistendo substantia dicitur, si tamen dignum est ut deus dicatur subsistere. Hoc enim de his recte intelligitur in quibus ut in subiectis sunt ea que in aliquo subiecto dicuntur esse, sicut color aut forma in corpore; corpus enim subsistit et ideo substantia est. Res ergo mutabiles neque simplices proprie dicuntur substantie. Deus autem si subsistit ut substantia proprie dici possit, inest in eo aliquid tanquam in subiecto, et non est simplex. Nefas est autem dicere ut subsistat deus et subsit

v sola

Ubi enim [illegible] notandum

Nota quod in creaturis reperitur compositio
prima ex genere et differentia [illegible]
alia ex [illegible]
[illegible] naturalibus
[illegible]
5 ex [illegible] ut celum
6 ex [illegible] sicut elementum
7 ex [illegible] ut mixtum ex elementis
8 ex [illegible]
9 ex [illegible]
x ex [illegible] sicut plante
11 ex [illegible] ut animalia
12 ex [illegible] ut homo
[illegible] ultima compositio [illegible]

Nota quod simplicitas [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] simplicitate
[illegible]

[illegible]

bonitati sue, atque illa bonitas non substantia sit vel potius essentia, neque ipse deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquam in subiecto. Unde manifestum est eum abusive substantiam vocari, ut nomine usitatiore intelligatur essentia, quod vere ac proprie dicitur; ita ut fortasse solum deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est.

Quod nichil est in deo quod non sit deus.

Hec autem essentie simplicitas ac sinceritas tanta est, quod non est in ea aliquid quod non sit ipsa, sed idem est habens et quod habetur. Unde Hylarius in viii libro de trinitate: Non ex compositis deus, qui vita est, subsistit, neque qui virtus est ex infirmis continetur, neque qui lux est ex obscuris coaptatur, neque qui spiritus est ex disparibus formatus est: totum quod in eo est, unum est. Idem in vii libro de trinitate: Non humano modo ex compositis deus est, ut in eo aliud sit quod ab eo habetur, et aliud sit ipse qui habeat; sed totum vita est, natura scilicet perfecta et infinita, et non ex disparibus constituta, sed vivens ipsa per totum. De hoc etiam Boetius in i libro de trinitate: Quocirca hoc vere unum est in quo nullus numerus, nullum in eo aliud preter id quod est. Neque enim subiectum fieri potest. Augustinus quoque in libro de fide ad Petrum dicit: In dei substantia non est aliquid quod non sit substantia, quasi aliud ibi sit substantia, aliud quod accidit substantie; sed quicquid ibi intelligi potest substantia est. Verum hec dici possunt facile et credi; videri autem nisi puro corde omnino non possunt. Item in libro xv de trinitate: Sic habet in natura unicuique [illegible] ut quibus hec sit quod habet, sicut incommutabilis simplexque substantia. Unde Ysidorus ait: Deus simplex dicitur, sive non amittendo quod habet, seu quod aliud non est ipse, et aliud quod in ipso est. Hec autem simplicitatis atque sinceritatis sicut natura divina est, tamen in ea personarum trinitas. Unde Augustinus in libro xi de civitate dei: Non propter hoc naturam istam boni simplicem dicimus, quia pater in ea solus aut filius in ea solus aut spiritus sanctus, aut vero sola est ista nominis trinitas sine subsistentia personarum, sicut Sabelliani putaverunt; sed ideo simplex dicitur, quia est hoc quod habet, excepto quod relative queque persona ad alteram dicitur. Nam utique pater habet filium, nec tamen ipse est filius; et filius habet patrem, nec tamen ipse est pater. In quo ergo ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur vivus, habendo vitam, et eadem vita ipse est. Propter hoc itaque natura dicitur simplex, quia non sit aliud habens et aliud quod habet, sicut in ceteris rebus est. Non enim habens liquorem liquor est, nec corpus color, nec anima sapientia. Item hec quanta est idemptitas, quanta est unitas, immutabilitas, simplicitas, puritas

divine substantie iuxta infirmitatis nostre valitudinem assignavimus.

De distinctione personarum.

Nunc ad distinctionem personarum accedamus. Tenemus igitur, ut docet Augustinus in libro de fide ad Petrum, patrem et filium et spiritum sanctum unum esse naturaliter deum; nec tamen ipsum patrem esse qui filius est, nec filium ipsum esse qui pater est, nec spiritum sanctum ipsum esse qui pater est aut filius. Una est enim essentia patris et filii et spiritus sancti, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus; quamvis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

Hic de coeternitate filii cum patre.

Coeternus est enim a patre filius et coequalis. Nec tamen ante fuit pater quam filius; coeterne enim sibi sunt tres persone.

Argumentum Arrianorum.

Sed contra hoc inquit hereticus, ut refert Ambrosius in v libro de trinitate: Omne quod natum est principium habet; ideo et filius, quia natus est, principium habet et esse cepit. Quod hereticorum ore sic definitum est. Nam ipse Arrius, ut meminit Augustinus in vi libro de trinitate, dixisse refertur: Si filius est, natus est; si natus est, erat tempus quando non erat filius.

Responsio Augustini catholica.

Qui hoc dicunt non intelligunt etiam natum esse deo sempiternum esse, ut sit coeternus patri filius, sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur coevus est illi, et esset coeternus si ignis esset eternus.

Oppositio Augustini contra hereticum.

Item in eodem: Si dei filius, inquit Augustinus, virtus et sapientia dei est, nec umquam fuit deus sine virtute et sapientia, coeternus est deo patri filius. Dicit autem apostolus Christum esse dei virtutem et dei sapientiam. Aut ergo fuit quando non fuit filius, aut aliquando deus non habuit virtutem et sapientiam, quod dementis est dicere. Constat enim deum semper habuisse sapientiam; semper igitur habuit filium.

Responsio Ambrosii ad idem.

Ecce quod est Arrianice questioni [illegible] sic [illegible] eundem modum respondet Ambrosius: Ego inquam filium natum esse confiteor; quod reliquum est impietatis horresco. Scriptum est enim: In initio erat verbum. Et ut illis [illegible] dicam: ante me non fuit alius deus, et post me non erit. Cui ergo hoc dicit, patri an filio? Si filio: ante me inquit non fuit alius deus; si patri: post me inquit non erit. Hic priorem, ille posteriorem habet: invicem enim in se, et pater in filio et filius in patre cognoscitur. Cum enim patrem dixeris, etiam filium eius designasti, quia nemo ipse sibi pater est; cum filium nominas, etiam patrem fateris, quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec filius sine patre, nec pater potest esse sine filio. Semper igitur pater, semper et filius.

Invectio Ambrosii in hereticum.

Item: Dic inquam, heretice, fuit necne quando omnipotens deus pater non erat et deus erat? Nam si pater esse cepit, deus ergo prius erat, et postea pater factus est. Quomodo ergo in

Nunc ad distinctionem [illegible] et persone [illegible] distinctionem [illegible] Arrius [illegible] ne pater existens [illegible] non est filius [illegible] [illegible]

theologica.
physica.
philosophica
geometria

x· e· ex elementis

x· c· patri ut accidentium

x est simplex

quod dicunt Sabelli scilicet una est persona trinitate

C Sabellium

C Arrii

x sabell.

immutabilis Deus est. Si enim genitus Deus post ea perfectus fuit, utique generationis accessione mutatus est; sed avertat Deus. Hanc tamen sententiam.

Ineffabile est [illegible] filii scire, non habet patrem priorem, sicut modus generationis intelligibilis et ineffabilis est.

Sed queris a me, inquit Ambrosius, quomodo si Filius est, non priorem habeat Patrem. Quero abs te quando vel quomodo putes quod Filius generatus sit. Mihi enim impossibile est generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed et angelorum. Supra potestates et supra angelos et supra cherubin et supra seraphin et supra omnem sensum est, quia scriptum est: Pax Christi supra omnem sensum est. Si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo quoque manum ori admove. Scrutari non licet superna misteria. Licet scire quod natus sit, non licet discutere quomodo natus sit. Illud negare mihi non licet, hoc querere metus est. Ineffabilis enim est illa generatio. Unde Ysaias ait: Generationem eius quis enarrabit?

Quidam presumunt discutere generationis secretum.

Quidam tamen de ingenio suo presumentes illam generationem se posse intelligere, et aliquid huiusmodi in hac re temere illa auctoritate Ieronimi super Ecclesiasten: In sacris scripturis quis sepius invenitur non pro impossibili, sed pro difficili poni, ut ibi: Generationem eius quis enarrabit? Sed hoc non dixerit iste, ideo quod generatio Filii eterna plene intelligi vel explicari possit a quoquam mortalium, sed quia de ea aliquid intelligi vel dici potest. Quidam tamen hoc acceperunt dictum de temporali Christi generatione.

Utrum debeat dici Filius semper gigni vel semper est genitus [illegible].

Hic queri potest, cum generatio Filii a Patre nec principium habeat nec finem, quia eterna est, utrum debeat dici Filius semper gignitur vel semper genitus est vel semper gignetur. De hoc autem Gregorius super Iob ait: Dominus noster Ihesus Christus in eo quod virtus et sapientia Dei est, de Patre ante tempora natus est, vel potius quia nec cepit nasci nec desiit, dicamus verius semper natus. Non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero ut et eternus designari valeat et perfectus, et semper dicamus et natus, quatinus et natus ad perfectionem pertineat et semper ad eternitatem. Quamvis per hoc ipsum quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod factum non est, nec potest dici perfectum. Sed balbutiendo ut possumus, excelsa Dei resonamus. Et Dominus nostre infirmitatis verbis condescendens: Estote, inquit, perfecti, sicut et Pater vester celestis perfectus est. Super illum locum in psalmo: Ego hodie genui te, de hac generatione Filii ita loquitur Augustinus: Cum nichil per hoc quod dicit hodie, possit etiam intelligi dies ille quo secundum hominem natus est, tamen hodie presentiam significans atque in eternitate nec preteritum quicquam est quasi esse desierit, nec futurum quasi nondum sit, sed presens tantum, quia quicquid eternum est semper est, divinitus accipitur de sempiterna generatione sapientie Dei. ¶ Hoc ex his verbis ostendit Augustinus, quod generatio Filii semper est, nec preterita nec futura est, quia eterna est. Ideo enim dixit genui, ne novum putaretur; sed ne videretur incepisse, hodie dixit, ne preterita generatio videretur. Ex his ergo verbis ipse [illegible] Iohannes Crisostomus nichil aliud manifestat nisi quod ex ipsa essentia Patris semper genitus est Filius.

¶ Augustinus in libro lxxxiii questionum de semper nato dicit: Melius est semper natus quam qui semper nascitur, quia qui semper nascitur nondum natus est et numquam natus est aut natus erit, si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natum esse; ac per hoc numquam Filius est, si numquam natus. Filius autem est quia natus, et semper Filius: semper igitur natus.

Origenes dicit eternam generationem semper generari sapientie.

Origenes super Ieremiam dicit quod Filius semper generatur a Patre, his verbis: Salvator noster est sapientia Dei; sapientia vero est splendor eterne lucis. Salvator ergo noster splendor est claritatis; splendor autem non semel nascitur et desinit, sed quotiens ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur, totiens oritur etiam splendor claritatis. Sic ergo Salvator semper nascitur. Unde ait in libro Sapientie: Ante omnes colles generat me, non ut quidam male legunt genuit me. ¶ His verbis aperte ostendit Origenes sane dici posse et debere Filius semper nasci, quod videtur contrarium illis verbis Gregorii premissis, scilicet non possumus dicere semper nascitur.

Exponit premissa verba Gregorii ne putentur [illegible].

Sed ne tanti auctores sibi contradicere videantur, illa verba Gregorii benigne interpretemur. Dominus, inquit, Christus ante tempora de Patre natus est, vel potius quia nec cepit nasci nec desiit, dicamus verius semper natus.

Questio de verbis illis Gregorii.

Sed quomodo verius dixit hoc, scilicet quod Filius semper natus est, quam illud, scilicet quod de Patre ante tempora natus est? Illud enim sincera et catholica fides tenet ac predicat, ut illud. Quod ergo ait dicamus verius, cum utrumque pariter sit verum, nisi forte quod volebat intelligi hoc ad maiorem evidentiam et expressionem veritatis dici, quam illud, his enim verbis omnis calumpniandi libertas hereticis obstruitur, aeternus quia scilicet, et secundum eternitatem generatio sine initio et sine fine esse ac perfecta videtur. Non autem adeo aperte manifestatur veritas cum dicitur Filius ante tempora genitus esse de Patre, vel Filius semper nascitur de Patre. Non dicere Gregorius quod non possumus dicere semper nascitur, non

i. generationem

sane intellige quod non notet incertitudinem sed [illegible] continuitatem

s. i. in principiis.

Hic dicit benigne notat quod [illegible] loquitur Gregorius.

magis proprie

scilicet quod semper natus est.

¶ Hic solutio.

scilicet quod ante tempora natus est.

scilicet Filius semper natus.

magis proprie

[illegible] pare

Contra hoc quod [illegible] Filius semper nascitur [illegible]

[illegible] hic per [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

in quantum convenienter, id est congrue, ad exprimendam nativitatem veritatis; potest tamen dici si sane intelligatur semper eum nasci filium de patre. Ut ait Origenes: Non quod cotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, id est nativitas eius sempiterna est. 2.

Hilarius quoque dicit filium nasci. Quod filius semper ex patre. In libro VII de Trinitate Hilarius: generationis ostenditur. Vivens Deus et naturae aeternae viventis *inter ex* potestas est; et quod ex sacramento scientiae suae ex eo *dictis* nascitur, non potuit aliud esse quam vivens. Hilarius: Nam cum ait: Sicut misit me vivens pater, et ego vivo per patrem; docuit vitam in se per viventem patrem esse. Ecce hic habes quia filius nascitur ex patre. Idem in eodem.

Item in eodem: Cum dicit Christus: Sicut pater habet vitam in semetipso, et filio dedit vitam habere in semetipso; omnia in vita sua ex vivente testatus est. Quod autem ex vivo vivum natum est, habet nativitatis perfectum sine novitate naturae. Non enim novum est quod ex vivo generatur in vivum, quia nec ex nihilo est; et vitam quae nativitatem sumit ex vita necesse est per naturae unitatem et perfectae nativitatis sacramentum, ut et in vivente vivat et in se habeat vitam viventem. Ecce et hic dicit quod generatur ex vivo vivens filius. Item in eodem: Hilarius: Ipso totum quod est vivit Deus, et vivum est. Et ex vita non potest quod sit nisi vivum esse; et ex derivatione sed ex virtute naturalis est. Ac sic dum totum quod est vivit, et dum totum quod ex eo nascitur vivus est, habet nativitatem filii non demutationem; et hic dicit quod nascitur. Item in libro IX: Donat pater filio tantum esse quantum est ipse, cum innascibilitatis esse per imaginem sacramento nativitatis impertit, quem ex se in forma sua generat. Hic dicit quia generat pater filium. Breviter docet quid de hoc credendum sit.

Dicamus ergo filium natum ante omnia tempora et semper nasci de patre; sed congruentius semper natum, secundum hanc ab aeterno esse et a patre aeterno, id est auctore; pater enim generationis auctor filii est, ut in sequentibus ostendetur. Ut ergo pater est aeternus, ita et filius aeternus; sed pater sine auctore, filius vero non; et ideo pater innascibilis, filius autem natus. Sicut ait Hilarius in XII libro de Trinitate: Aliud est sine auctore semper esse aeternum, aliud patri, id est auctori, esse coaeternum. Ubi autem pater auctor est, ibi et nativitas est; quia sicut nativitas ab auctore est, ita et ab aeterno auctore aeterna nativitas est. Omne autem quod semper est et aeternum est; sed tamen non omne quod aeternum est et innatum est, quia quod ab aeterno nascitur habet aeternum esse quod natum est. Quod autem non natum est, id cum aeternitate non natum est. Quod vero ex aeterno natum est, id nisi aeternum natum est, iam non erit et pater auctor aeternus. Si quid igitur ei qui ab aeterno patre natus est ex aeternitate defuerit, id ipsi auctori non est ambiguum defuisse, quia quod generanti est infinitum, generationis nascenti etiam infinitum est. Nascentis vero inter eum quid inter nativitatem dei filii et generationem dei patris, nec sensus admittit, quia in generatione nativitas est et in nativitate generatio est, quia sine utroque neutrum est. Utrumque ergo sine intervallo sui est. Argumentum hereticorum.

Sed inquiunt heretici: Omne quod natum est non fuit semper, quia in id natum est ut esset. Responsio Hilarii.

Nemo ambigit quin quae inter humanas nata sunt aliquando non fuerint; sed aliud est ex eo nasci quod semper non fuit, aliud ex eo natum esse quod semper est. Ubi nec semper fuit qui pater est, nec semper pater est; et qui non semper pater est, non semper genuit. Ubi autem semper pater est, semper filius est. Quod sit proprium patri et filio.

Quod si semper deo patri proprium est quod semper est pater, necesse est semper filio proprium esse quod semper est filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam nostram ut non fuerit semper cui proprium est semper esse quod natum est? Nativitatem igitur unigeniti dei confitemur, sed natum ante tempora; nec ante esse quam natum, nec ante natum quam esse, quia nasci quod erat iam non nasci est, sed se ipsum demutare in nascendo. Hanc autem humanum sensum intelligentiam mundi receptio non capit; humanae intelligentiae sed prudentiae fidelis professio est. Hic de spiritu sancto agitur, et primo quod sit amor patris et filii. D. X.

Nunc post filii aeternitatem de spiritu sancto, quantum deo donante videre conceditur, disseramus. Spiritus sanctus amor est, sive caritas sive dilectio patris et filii. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate: Spiritus sanctus nec patris est solius nec filii est solius, sed amborum; et ideo communem qua invicem se diligunt pater et filius nobis insinuat caritatem. Hoc autem in epistola canonica ait. Quod spiritus sanctus dilectio proprie dicatur et caritas sit.

Deus caritas est; non dixit spiritus sanctus caritas est; quod si dixisset, absolutior esset sermo et non parva pars quaestionis decisa. Si enim dixisset deus caritas est, incertum esset et ideo quaerendum, utrum deus pater sit caritas, an filius, an spiritus sanctus, an deus ipsa trinitas, quia et ipsa trinitas deus unus est. Ad quod Augustinus in eodem libro respondens dicit: Nescio cur sicut sapientia et pater dicitur et filius et spiritus sanctus, et simul omnes non tres sed una sapientia, non ita et caritas dicatur pater et filius et spiritus sanctus, et simul omnes una caritas. Non tamen quisquam nos inconvenienter existimet caritatem appellare spiritum sanctum, quia et deus pater et deus filius potest caritas nuncupari, sicut spiritus sanctus verbum dei dicitur et sapientia, cum et pater et spiritus sanctus sit sapientia. Si ergo proprie aliquid horum trium caritas nuncupanda est, quid aptius quam spiritus sanctus, ut scilicet in illa simplici

De patre loquitur

Idem in eodem

D X

14

summa atque natura non sit aliud substantia et aliud caritas, sed substantia ipsa sit caritas et caritas ipsa sit substantia sive in Patre sive in Filio sive in Spiritu Sancto, et tamen Spiritus Sanctus proprie caritas nuncupetur. Ecce his verbis aperte ostendit Augustinus quod in Trinitate caritas aliquando refertur ad substantiam, quae communis est tribus personis et tota in singulis; aliquando specialiter ad personam Spiritus Sancti. Sicut sapientia dicitur aliquando pro substantia divina, aliquando pro Filio proprie accipitur. Et hoc in multis fieri reperitur.

scilicet quod non generale appropriatur.

Pluribus enim exemplis docet Augustinus multa rerum vocabula et universaliter poni et proprie quibusdam rebus adhiberi. Ut universaliter legis nomine aliquando sunt omnia veteris testamenti instrumenta significanter eloquia; aliquando autem proprie vocatur lex quae data est per Moysen; et multa alia supponit exempla, quae in hoc opere vitanda est longitudo sermonis. Sicut ergo unicum Dei verbum proprie vocamus nomine sapientiae, cum sit universaliter et Spiritus Sanctus et Pater ipsa sapientia, ita Spiritus Sanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis, cum sit et Pater et Filius universaliter caritas.

Exemplis ostendit nomen caritatis universaliter ac proprie accipi.

appropriato vocabulo

legis

sapientia apostoli

Sed Dei verbum, id est unigenitus Dei Filius, aperte dictus est Dei sapientia ore apostoli dicentis: Christum Dei virtutem et Dei sapientiam. Spiritus autem Sanctus ubi sit dictus caritas inveniemus, si diligenter Iohannis apostoli eloquium scrutemur. Qui cum dixisset: Diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est, adiunxit: Et omnis qui diligit ex Deo natus est; quia Deus dilectio est. Hic manifestavit se dixisse eam dilectionem esse Deum quam ex Deo dixit. Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia et Filius ex Deo Patre natus est, et Spiritus Sanctus ex Deo Patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem Deum quaeritur. Pater enim solus ita Deus est ut non sit ex Deo; ideo dilectio quae ita Deus est ut ex Deo sit, non ipse Pater est, sed aut Filius aut Spiritus Sanctus. Sed in consequentibus, cum Dei dilectionem commemorasset Iohannes qua dilexit nos, et hinc exhortatus esset ut et nos invicem diligamus, atque ita in nobis Deus maneat, quia utique dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquid eloqui, In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis. Spiritus Sanctus itaque, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere et ipsum in nobis; hoc autem facit dilectio. Ipse est igitur Deus dilectio. Deus igitur Spiritus Sanctus qui procedit ex Deo significatur ubi legitur: Deus dilectio est, et dilectio ex Deo est. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus Spiritum Sanctum esse caritatem Patris et Filii. Sed iterum ita sermonem produxit ut videatur dixisse Spiritum Sanctum non solum esse dilectionem Patris et Filii qua se invicem et nos diligunt, sed etiam dilectionem qua diligimus Deum. Sed utrum ipse sit caritas qua nos diligimus Deum, in sequentibus explicabitur.

Auctoritate probat quod Filius proprie dicatur sapientia. Quod Spiritus Sanctus testimonium ... invenitur ubi dicatur esse caritas.

prima ad Corinthios

id est quod Deus nobis dedit de nostro ...

Redit ostendere dictum esse Spiritum Sanctum dilectionem Patris et Filii.

Nunc vero quod incepimus ostendere exequamur, scilicet Spiritum Sanctum dilectionem esse sive amorem Patris et Filii, quo scilicet Pater diligit Filium et Filius Patrem. De hoc idem Augustinus in libro XIIII plenius insinuat, dicens: Spiritus Sanctus nec Pater est nec Filius, sed dilectio quam habet Pater in Filium et Filius in Patrem. Augustinus quoque in VI libro de Trinitate ait: In omnibus aequalis est Patri Filius, et est unius eiusdemque substantiae. Quapropter et Spiritus Sanctus in eadem unitate substantiae et aequalitate consistit.

Sicut amor quo pater a filio et filius a patre diligitur.

Quid sit Spiritus Sanctus.

Sive enim sit unitas amborum sive sanctitas sive caritas, manifestum est quod non aliquis duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur genitoremque suum diligat, sintque non participatione sed essentia sua, neque dono superioris alicuius sed suo proprio servantes unitatem spiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes Spiritum Sanctum esse quo Filius diligitur a Patre et Pater a Filio, et quo illi duo servant unitatem pacis. Spiritus Sanctus ergo, ut ait Augustinus in eodem, commune est aliquid Patris et Filii, quicquid illud est. At ipsa communio consubstantialis et coaeterna est; quae si amicitia convenienter dici potest, dicatur; sed aptius dicitur caritas. Et haec quoque substantia, quia Deus substantia est, et Deus caritas est. Tria ergo sunt, et non amplius: unus diligens eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio. Quae si nihil est, quomodo Deus dilectio est? Si non est substantia, quomodo Deus substantia est?

Spiritus Sanctus hic aperitur.

id est unitas quae de ambobus procedit.

id est non dilectione participata.

id est Spiritu Sancto.

id est amoris.

id est quia nomine carentem

Hic notandum est quod sicut Spiritus Sanctus in Trinitate specialiter dicitur caritas, quae est unio Patris et Filii, ita et nomen tenet proprie quod Patri et Filio communiter quodammodo congruit. Unde Augustinus ait in XV libro de Trinitate: Si caritas, inquit, qua Pater diligit Filium et Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille proprie dicatur caritas, qui Spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur et intelligitur, ut non solum Spiritus Sanctus caritas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie caritas nuncupetur propter illa quae dicta sunt. Sicut non solus in illa Trinitate vel Spiritus est vel Sanctus, quia et Pater spiritus et Filius spiritus, et Pater sanctus et Filius sanctus, ... non frustra dicitur ipse Spiritus Sanctus; quia enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie quod ambo communiter. Alioquin si in illa Tri-

Quod sicut Spiritus Sanctus communis est Patri et Filio, ita esse nomen non habet proprium.

Augustinus

Appriato vocabulo

id est appriato vocabulo

id est Filio

tate solus Spiritus sanctus est caritas, profecto et Filius non solum Patris sed etiam Spiritus sancti filius invenietur; dicit enim apostolus de Deo Patre: transtulit nos in regnum Filii caritatis sue. Si ergo non est in illa Trinitate caritas Dei nisi Spiritus sanctus, Filius est etiam Spiritus sancti; quod hoc absurdissimum est, restat ut non solus ibi sit caritas Spiritus sanctus, sed propter illa de quibus satis disseruimus proprie sic vocatur.

super epistola ad Colos.

Hic .i. [illegible]

D XI

Quod Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio.

Hic dicendum est Spiritum sanctum esse a Patre et Filio, et procedere a Patre et Filio, quod multi heretici negaverunt. Quod autem de utroque procedat, multis divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim apostolus: Misit Deus spiritum Filii sui in corda nostra. Ecce hic dicitur Spiritus Filii. Et alibi: Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam Filius de Spiritu sancto dicit in evangelio: Quem ego mitto vobis a Patre. Prius autem Spiritus Patris dictus est, ubi legitur: Si Spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis. Et ipse Christus dicit: Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et alio in loco: Quem mittet Pater in nomine meo. Et alibi ipse Filius de Spiritu sancto ait: De Patre procedit.

super epistola ad Gal.

super e. ad Ro. [illegible]

super Iohannis

super ad Rom.

super Matheo

His etiam et aliis pluribus auctoritatibus ostenditur quod Spiritus sanctus a Patre et Filio procedit.

Quod Greci non concedunt Spiritum sanctum procedere a Filio.

prima ratio

Greci tamen dicunt Spiritum sanctum tantum procedere a Patre et non a Filio. Quod ideo dicunt, quia Veritas in evangelio fidem integre continens, de processione Spiritus loquens, solum Patrem commemorat dicens: Spiritus qui a Patre procedit; et quia

Secunda

Hic dicit supple

idcirco in principalibus conciliis que apud eos celebrata sunt, ita symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt, ut nulli de Trinitatis fide aliud docere vel aliter predicare quam ibi continetur liceat; in quibus quidem symbolis Spiritus sanctus commemoratur procedere a Patre et non a Filio, quicumque inquiunt a Filio eum procedere addunt, anathema incurrunt. Unde et

Tertia

Hic de concilio

nos arguunt anathematis reos, quod dicamus eum [illegible]. Ad asserendum sue opinionis in testimonium inducunt dampnationis de symbolo fidei, quod secundum traditionem predictorum conciliorum Leo tertius Rome transcriptum in tabula argentea post altare beati Pauli posita posteris reliquit, pro amore, ut ipse ait, et cautela fidei orthodoxe. In quo quidem symbolo in processione Spiritus sancti solus commemoratur Pater his verbis: Et in Spiritum sanctum Dominum vivificatorem ex Patre procedentem, cum Patre et Filio coadorandum et conglorificandum etc. Illud est symbolum quod in missa cantatur, editum in Niceno concilio, in fine cuius subiunctum est:

Hic apud Grecos

r. i. huius

qui aliud docuerit vel aliter predicaverit, anathema sit. Ideo Greci nos anathematizatos dicunt, quod dicimus Spiritum sanctum procedere a Filio, quod ibi non continetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur: qui a Patre Filioque procedit, alterum a Latinis est additum, scilicet Filioque.

Responsio

Nos autem illa ubi dictum determinamus: Qui aliud docuerit vel aliter predicaverit, id est contrarium docuerit vel contrario modo predicaverit, anathema sit. Aliud ergo posuit pro opposito, quale et apostolus in epistola ad Galatas: Si quis aliud evangelizaverit, id est contrarium, anathema sit; non dicit: si quis addiderit. Nam si illud diceret, sibi ipse, ut ait Augustinus, preiudicaret, qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat, sicut ad Thessalonicenses, ut suppleret que illorum fidei deerant. Sed qui supplet quod minus erat addit, non quod inerat tollit. Qui autem pretergreditur fidei regulam, non accedit ad viam sed recedit a via.

Hic .i. li. [illegible]

Ad illud autem quod de evangelio opponunt, respondemus, quod cum dicat in eo Veritas Spiritum sanctum a Patre procedere, non addit solo; ideo etiam a Filio procedere non negavit, sed ideo Patrem tantum nominavit, quia ad eum solet referre et quod ipse est, quia ab illo est.

Hic greci

Quod Greci in sensu nobiscum conveniunt, licet verbis dissentiant.

Sciendum tamen est quod Greci confitentur Spiritum sanctum esse Filii sicut et Patris, quia et apostolus dicit Spiritum Filii, et Veritas in evangelio Spiritum veritatis; sed cum non sit aliud Spiritum sanctum esse Patris vel Filii quam esse a Patre et Filio, etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam convenire videntur, licet in verbis dissentiant.

Hic filii

Hic ad galat.

Auctoritatibus Grecorum ostenditur Spiritum procedere a Filio.

Unde etiam quidam eorum catholici doctores intelligentes unam eandemque fore sententiam predictorum verborum quibus dicitur Spiritus sanctus procedere a Filio vel esse Filii, professi sunt Spiritum sanctum etiam a Filio procedere.

Athanasius.

Unde Athanasius in symbolo fidei: Spiritus sanctus a Patre et Filio non factus nec creatus nec genitus sed procedens. Ecce Spiritum sanctum a Patre dicit procedere a Patre et Filio.

Didimus.

Didimus etiam eorum maximus doctor in libro de Spiritu sancto Spiritum sanctum a Filio procedere dicit: Salvator, inquit, qui et Veritas: Non enim loquetur a semetipso, hoc est sine me et sine meo et Patris arbitrio, quia inseparabilis est a mea et a Patris voluntate, quia non est ex se, sed ex Patre et ex me; hoc enim ipsum quod subsistit et loquitur a Patre et me illi est. Item: Spiritus sanctus qui est Spiritus veritatis Spiritusque sapientie non potest audire a Filio loquente que nescit, cum hoc ipsum sit quod profertur a Filio, id est procedens Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens a Veritate, Consolator manans ex Consolatore. Item Cirillus episcopus in epistola Nestorio directa ait: Spiritus intelligitur

Hic est liber [illegible] ple

Iohe [illegible]

Hic ex filio [illegible] luce.

Hic heretico

[illegible]

15

per se. Sed tamen quod spiritus sanctus est, non filius est, quia non est alicuius ab eo; spiritus enim utriusque nominatur, et profluit ab eo sicut et de patre.

Iohannes crisostomus.

Iohannes quoque crisostomus in omelia quadam de expositione symboli sic ait: Iste est spiritus sanctus procedens de patre et filio, qui dividit dona propria prout vult. Item in alia omelia: Credendum nobis est spiritum sanctum patris esse et filii, et istum spiritum sanctum dicimus patri et filio equalem, et procedentem de patre et filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce a doctoribus grecorum aperta habes testimonia, quibus spiritus sanctus a patre et filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur spiritum sanctum procedere a patre et filio.

Utrum spiritus sanctus prius vel plenius procedat a patre quam a filio.

Item queritur, cum spiritus sanctus procedat a patre et filio, utrum prius vel magis processerit a patre quam a filio. Quod nituntur heretici ostendere ita dicentes: Si processit spiritus sanctus a patre, processit utique aut nato iam filio aut non nato filio. Si nato iam filio processit, ante natus est filius quam processerit spiritus sanctus; prius est ergo nativitas filii processione spiritus sancti. Si autem processit a patre non genito filio, ante processit quam filius genitus fuit. His et huiusmodi questionibus magis cavillosis quam fructuosis respondet augustinus in xv libro de trinitate dicens:

Responsio augustini ad id quod prius querebatur, scilicet an prius a patre quam a filio processerit.

In illa summa trinitate, que deus est, intervalla temporum nulla sunt, per que possit ostendi aut saltem requiri utrum prius de patre natus sit filius, et postea de ambobus processerit spiritus sanctus. Numquid ergo possumus querere utrum iam processerat de patre spiritus sanctus quando natus est filius, an nondum processerat, et illo nato de utroque processit? Non possunt prorsus ista ibi queri, ubi nihil ex tempore inchoatur ut consequenti perficiatur in tempore. Sed qui potest intelligere sine tempore generationem filii de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de utroque. His verbis satis absolutum est quod illa questio qua querebatur utrum prius processerit spiritus sanctus a patre quam a filio.

Hic agitur de eo quod secundo querebatur, scilicet an plenius vel magis processerit a patre quam a filio spiritus sanctus.

Nunc tractandum est quod secundo proponitur, scilicet an plenius vel magis procedat spiritus sanctus a patre quam a filio. Ad quod dicimus quod sicut non ante procedit a patre quam a filio, ita non magis vel plenius procedit a patre quam a filio. Sed augustinus videtur in xv libro de trinitate dicere quod spiritus sanctus principaliter procedit a patre. Ait enim augustinus: Non frustra inquit in hac trinitate dicitur verbum dei nisi filius, nec donum dei nisi spiritus sanctus, nec de quo genitum est verbum et de quo procedit principaliter spiritus sanctus, nisi deus pater. Ecce audisti quod spiritus sanctus principaliter procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret, ipse ostendit ex quo sensu dixerit,

Ex quo sensu augustinus dixit principaliter procedere a patre.

aperte subdens: Ideo autem addidi principaliter, quia et de filio spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi pater dedit, non iam existenti et nondum habenti, sed quicquid unigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, et spiritus sanctus spiritus esset amborum. Ecce exposuit ipsemet quomodo spiritus sanctus principaliter procedat a patre: non quod prius vel magis procedat a patre quam a filio, sed quia cum procedat a filio, hoc ipsum habet filius a patre.

Ex eodem sensu dicitur spiritus sanctus procedere proprie de patre.

Ex eodem sensu etiam dicitur a Ieronimo proprie procedere de patre, vel a Ieronimo in expositione catholice fidei niceni symboli sic: Credimus in spiritum sanctum, qui de patre procedit proprie. Item: Spiritum sanctum verum deum invenimus in scriptura, et de patre proprie esse. Item: de patre filius, et spiritus sanctus proprie vere procedit de patre. Hic aperte dicitur spiritus sanctus proprie esse de patre, et proprie procedere a patre, quod non ita est intelligendum, tamquam prius vel plenius a patre procedat quam a filio, sed quia hoc habet pater a se, non ab alio, ut de ipso sit et procedat spiritus sanctus; filius autem non a se, sed a patre hoc habet, ut de ipso sit et procedat spiritus sanctus.

Ex eodem sensu dicitur spiritus sanctus mitti a patre per filium.

Fortassis etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spiritus sanctus a patre mitti per filium, et a patre esse per filium. Unde hylarius ad patrem de spiritu sancto et filio loquens in xii libro de trinitate: In sancto spiritu tuo ex te profecto et per eum misso. Item: Ante tempora unigenitus tuus ex te natus manet, ita quod ex te per eum sanctus spiritus tuus est; quod etsi sensu non percipiam, tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem: Conserva hanc oro fidei mee religionem, ut quod in regenerationis mee symbolo professus sum, semper obtineam patrem, scilicet te, filium tuum una tecum adorem, sanctum spiritum tuum, qui ex te per unigenitum tuum est, promerear. Ecce aperte dicit spiritum sanctum a patre per filium mitti et esse. Quod non est intelligendum quasi a patre per filium minorem mittatur vel sit, sed quia ex patre et filio est et mittitur ab utroque, sed hoc ipsum habet filius a patre, ut ab ipso et sit et mittatur spiritus sanctus. Hoc ergo voluit significare hylarius distinctionem faciens in locutione, ut ostenderet in patre esse auctoritatem. Sic est etiam quod veritas ostendens patrem esse auctorem processionis qua procedit spiritus sanctus a filio, dixit in evangelio: de patre procedit, cum de patre et filio procedat spiritus sanctus.

Quod cur filius dixerit de spiritu sancto a patre procedere, cum ab utroque procedat.

Unde augustinus querit: Si de patre et filio procedit spiritus sanctus, cur filius dixit de patre procedit? Cur putas, nisi quia solet ad

baptizatus

hylarius

hylarius

Io. xv.

Aug. in xv li de trinitate.

id est a patre qua ratione habet spiritus

ad filium

cum referre etiam quod ipsius est de quo ipse est. Sicut ait: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si igitur hic intelligitur et doctrina, quia tamen non dixit suam, sed patris; quanto magis illic intelligendus est Spiritus sanctus de ipso procedere, ubi sic ait: De patre procedit, ut non diceret: De me non procedit.

Nota. Simile locutionis genus.

A quo autem habet filius ut sit deus (est enim de deo deus), ab illo habet utique ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus. Et ideo Spiritus sanctus ut etiam de filio procedat sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Quapropter quisquis intelligit in eo quod ait filius: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio vitam habere in semetipso, non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse, sed ita eum sine tempore genuisse ut vita quam pater filio gignendo dedit coeterna sit vite patris qui dedit: intelligat etiam sicut habet pater in semetipso ut de illo procedat Spiritus sanctus, sic dedisse filio ut etiam de illo procedat idem Spiritus sanctus, et utrumque sine tempore. Ita ergo dictum est Spiritum sanctum de patre procedere, ut intelligatur quod etiam procedit de filio, de patre esse filio. Si enim quicquid habet de patre habet filius, de patre habet utique ut et de illo procedat Spiritus sanctus. Sed nulla ibi tempora cogitentur, que habeant prius et posterius, quia ibi omnino nulla sunt.

D XIII

Post hec considerandum est, **Quare Spiritus sanctus cum sit de substantia patris non dicatur genitus vel filius, sed tantum procedere** quantum a talibus quales nos sumus intelligi potest, cum Spiritus sanctus procedat de patre et sit de substantia patris, cur non dicatur natus vel filius esse natus, sed potius procedere; et cur non dicatur filius. Quare autem Spiritus sanctus non dicatur natus vel sit natus, ideo non sit filius, Augustinus ostendit in xv libro de trinitate ita dicens: Si Spiritus sanctus filius diceretur, amborum utique filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum nisi patris et matris; absit autem ut inter deum patrem et deum filium tale aliquid suspicemur. Absurdissime ergo filius diceretur amborum, id est patris et filii. Amborum enim filius diceretur si eum ambo genuissent, quod abhorret ab omnium sanorum sensibus. Non igitur ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque amborum Spiritus. Hic ubi ostenditur cur Spiritus sanctus cum sit de patre non tamen dicatur genitus vel filius.

Cum Spiritus sanctus non dicatur genitus sed procedere, cur filius dicatur procedere.

Cum autem Spiritus sanctus non dicatur genitus sed procedens, queri solet cur filius non dicatur tantum genitus sed et procedens. Sicut ipse in evangelio Iohannis ait: Ego ex deo processi et veni in mundum. Non ergo tantum Spiritus sanctus procedit a patre, sed etiam filius. Ad quod dicimus quia cum utrumque procedat a patre, dissimiliter tamen. Nam Spiritus sanctus, ut ait Augustinus in v libro de trinitate, procedit a patre non quomodo natus, sed quomodo datus. Et ideo non dicitur filius. Filius autem procedit nascendo ut genitus. Ac per hoc illud elucescit, ut potest, scilicet cur Spiritus sanctus etiam non sit filius, cum et ipse a patre exeat. Ideo scilicet non dicitur filius, quia nec natus est sicut unigenitus, nec factus ut per dei gratiam in adoptionem nasceretur sicut nos.

Quod non potest distingui a nobis inter generationem filii et processionem Spiritus sancti.

Inter generationem vero filii et processionem Spiritus sancti dum hic vivimus distinguere non sufficimus. Unde Augustinus Maximino propositam questionem reddens, querenti scilicet cur Spiritus sanctus non dicatur filius cum de patre exeat, sic respondens ait: Queris a me: Si de substantia patris est filius, de substantia patris est et Spiritus sanctus, cur unus filius sit et alius non sit filius? Ecce respondeo, sive capias sive non capias: De patre est filius, de patre est Spiritus sanctus; sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille filius est patris, de quo est genitus; iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. Sed ideo cum de illo loqueretur filius, ait: De patre procedit, quoniam pater processionis eius est auctor, qui **Quod pater est auctor processionis Spiritus sancti.** talem filium genuit et gignendo ei dedit ut etiam de ipso procederet Spiritus sanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso, non diceret discipulis: Accipite Spiritum sanctum; eumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significans aperte ostenderet flando quod spirando dabat occulte. Quia ergo si nasceretur, non tantum de patre nec tantum de filio, sed de ambobus utique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc quia filius amborum nullo modo est, non oportuit nasci eum de ambobus. Amborum est ergo Spiritus procedendo de ambobus.

Hic dicit quod non valet inter illa duo distinguere.

Quid autem inter nasci et procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens, explicare quis potest? Non omne quod procedit nascitur, quamvis omne procedat quod nascitur; sicut non omne quod bipes est homo est, quamvis bipes sit omnis qui homo est. Hoc scio. Distinguere autem inter illam generationem et hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Ac per hoc quia et illa et ista est ineffabilis, sicut propheta de filio loquens ait: Generationem eius quis enarrabit? ita de Spiritu sancto verissime dicitur: Processionem eius quis enarrabit? Satis sit ergo nobis quia non est a se ipso filius, sed ab illo de quo natus est; non est a se ipso Spiritus sanctus, sed ab illo de quo procedit, et quia ab utroque procedit, sicut iam ostendimus. Hec de Spiritu sancto quomodo ipse de deo sit, nec tamen ipse filius sit, quoniam procedendo non nascendo legitur esse de deo, iam superius querentibus visum est disputare.

An Spiritus sanctus debeat dici ingenitus.

Nunc considerandum est, cum Spiritus sanctus non sit genitus, utrum non debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus Spiritum sanctum sicut nec genitum nec ingenitum debere dici. Unde Augustinus ad Orosium ait: Spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat, quia si dixerimus ingenitum, duos patres affirmare videbimur.

ex Iohanne.

Io. 5.

Aug.

Aug.

Aug.

8.

Aug.

Aug.

Aug.

Ysa. 53.

Supra d. xi.

Nota quod omne quod nascitur procedit et non convertitur.

Amor. caritas. dilectio. donum. ista vocabula significant Spiritum sanctum.

Datus quantum ad tempus, donum quantum ad eternitatem.

Filius genitus, Spiritus sanctus procedit [illegible]

Xi. i. in patre

Sicut autem genitum non vos filios esse cui parvum videtur, dicitur ex. solus Filius dicitur genitus, sicut et solus Pater dicitur ingenitus, eo quod ab alio non sit. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate: Pater, inquit, solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in Scripturis, sed in consuetudine disputantium, et de re tanta sermonem qualem valent proferentium. Filius autem de Patre natus est; et Spiritus Sanctus de Patre principaliter et communiter de utroque procedit. Ideoque qui Spiritum Sanctum genitum non dicimus, dicere tamen non audemus ingenitum, ne in hoc vocabulo vel duos Patres in illa Trinitate, vel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur. Ecce his verbis aperte ostenditur Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici.

Quod Ieronimus dicit Spiritum Sanctum ingenitum, quod videtur predictis adversum.

Ieronimus tamen in Regula diffinitionum contra hereticos Spiritum Sanctum dicit esse ingenitum his verbis: Spiritus Sanctus non est Pater neque Filius, sed ingenitus tamquam infectus; Pater non est, quia ex Patre est; processione sua ex Patre, sed nativitatem Filii non est, quia genitus non est. Ecce his verbis dicit Spiritum Sanctum esse ingenitum, quod videtur adversari premissis verbis Augustini.

Determinatio dicti, sed acceptiones dicit eos locutores.

Sed ut istam que videtur repugnantiam de medio abiciamus, dicimus quod Ieronimus aliter accepit nomen ingeniti, aliter Augustinus. Accepit enim Augustinus ingenitum, qui vel quod ab alio non est, et hoc modo de solo Patre dicitur; Ieronimus vero ingenitum dicit non genitum, et hoc modo potest dici de Spiritu Sancto, quia Spiritus Sanctus non est genitus.

Ex verbis Ieronimi ostenditur quod sic dixerit Spiritum Sanctum ingenitum.

Quod autem Ieronimus ita acceperit, ostendit ex verbis suis quibus in eodem tractatu utitur, faciens talem divisionem: Omne quod est aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Ergo quod nec natum nec factum est, ingenitum est; vel est quod natum est et factum non est; vel est quod nec natum nec factum est; vel est quod factum est et natum non est; vel est quod factum est et natum est et renatum; vel est quod factum est et natum est et renatum non est. Sic per omnem singularum rerum universitatem naturam definientes. Quod ergo nec natum nec factum est, Pater est, qui non est ab aliquo; quod autem natum est et factum non est, Filius est, qui a Patre genitus est, non factus; quod item nec natum nec factum est, Spiritus Sanctus est, qui a Patre procedit; quod factum est et natum non est, celum, terra, et cetera que sunt insensibilia; quod autem factum et natum et renatum est, homo est; quod factum est et natum est et renatum non est, animalia sunt. Ecce his verbis ostendit Ieronimus se ingenitum accipere pro non genito; aliter enim non esset premissa divisio plena, scilicet Omne quod est aut ingenitum est aut genitum aut factum, atque in divisionis huius prosecutione in assignatione ingeniti usque ponitur non natum.

Quod gemina est processio Spiritus Sancti.

Preterea diligenter adnotandum est quod gemina est processio Spiritus Sancti: eterna videlicet, que ineffabilis est, qua a Patre et Filio eternaliter et sine tempore processit; et temporalis, qua a Patre et Filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut alter eternaliter ac simul procedit a Patre et Filio, ita et temporaliter simul ab utroque procedit ad creaturam. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate: Spiritus Sanctus non de Patre procedit in Filium, et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit, quamvis hoc Filio Pater dederit, ut sicut de se, ita etiam de illo procedat.

De temporali processione Spiritus Sancti agit.

De temporali autem processione Beda in omelia dominice prime post ascensionem ita loquitur: Cum Spiritus Sancti gratia datur hominibus, profecto mittitur Spiritus a Patre, mittitur et a Filio; procedit a Patre, procedit et a Filio, quia et eius missio est ipsa processio. His verbis aperte ostenditur donationem gratie Spiritus Sancti dici processionem vel missionem eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi temporalis, constat quia et hec processio sive missio temporalis est. Hanc quoque temporalem Spiritus Sancti processionem Augustinus in XV libro de Trinitate insinuat, dicens Spiritum Sanctum processisse a Christo, qui post resurrectionem insufflavit in discipulos dicens: Cum resurrexisset Christus a mortuis et apparuisset discipulis, insufflavit et ait: Accipite Spiritum Sanctum, ut eum etiam de se procedere ostenderet; et ipse est virtus que de illo exibat, ut legitur in evangelio, et sanabat omnes; et ut ostenderet hanc processionem Spiritus Sancti non esse aliud quam donationem vel dationem Spiritus Sancti, addit: Post resurrectionem dominus Christus bis dedit Spiritum Sanctum, semel in terra propter dilectionem proximi, iterum de celo propter dilectionem Dei, quia per ipsum donum diffunditur caritas in cordibus nostris, qua diligimus Deum et proximum.

Quod aliqui dicunt ipsum non dari, sed dona eius.

Sunt autem aliqui qui dicunt Spiritum Sanctum ipsum Deum non dari, sed dona eius que non sunt ipse Spiritus. Et tunc Spiritus Sanctus dicitur dari, cum gratia eius que tamen non est ipse datur hominibus; tamquam hoc dicunt et Beda sensisse in superioribus verbis, quibus dicit Spiritum Sanctum procedere cum ipsius gratia datur hominibus, tamquam non ipse detur, sed eius gratia.

Quod ipse Spiritus Sanctus qui Deus est datur et mittitur.

Sed quod ipse Spiritus Sanctus qui Deus est et tertia in Trinitate persona detur, aperte ostendit Augustinus in XV libro de Trinitate, ita dicens: Eundem Spiritum Sanctum datum, cum insufflasset Christus, de quo mox ait: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, ambigere non debemus. Ipse est enim qui etiam de celo datus est die Pentecostes. Quomodo ergo Deus non est qui dat Spiritum Sanctum? Immo quantus Deus est, qui dat Deum! Ecce his verbis aperte dicit Spiritum Sanctum, id est Deum, dari hominibus a Patre et Filio, et quod ipse Spiritus Sanctus qui Deus est ac tertia in Trinitate persona ...

sc. ab a. & q. aliquis alio

au.

au.

divisio hec notanda est diligenter

Xi. i. exemplum

D XIIII

au.

beda

au.

au.

ad

Ier.

Solemniter supple: quia tamen bis dedit spiritum ...

ad. g.

Marcus ultimo, Iohannes penultimo

nobis detur, nisi scilicet infundatur atque illabatur mentibus, aperte ostendit Ambrosius in primo libro de Spiritu sancto dicens: Licet multi dicantur spiritus, quia legitur: Qui facit angelos suos spiritus, unus tamen est Dei Spiritus. Spiritum ergo unum Spiritum apostoli et prophete sunt consecuti, sicut etiam vas electionis dicit: quia unum Spiritum potavimus, sicut eum qui non queat scindi, sed infundatur animis et sensibus illabatur, ut secularis sitis restinguat ardorem. Qui Spiritus sanctus non est de substantia corporalium, nec de substantia invisibilium creaturarum. His verbis aperte dicit Spiritum sanctum ipsum, qui creatura non est, infundi mentibus nostris. Item in eodem: Omnis mutabilis est creatura, sed immutabilis Spiritus sanctus. Quando autem dubitem dicere quod datus est Spiritus sanctus, cum scriptum sit: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis? Qui cum sit inaccessibilis natura, receptabilis est nobis propter bonitatem suam, nobis est complens virtute omnia, sed qui solis participetur iustis, simplex substantia, opulentus virtutibus, unicuique presens, dividens de suo singulis et ubique totus, incircumscriptus, infinitus Spiritus sanctus, qui discipulorum sensibus separatorum infudit, quem nec sepe fuisse angeli ad paucos prebuerunt; Spiritus autem sanctus ipsis infundebatur. Quis ergo dubitet quod divinum sit quod infudit simul pluribus nec dividitur? Unus est Spiritus sanctus qui datus est omnibus, licet separatis apostolis. In hic aperte dicit Ambrosius quod Spiritus sanctus, qui est substantia simplex, cum sit unus, datur pluribus. Aliis etiam auctoritatibus hoc idem astruitur, scilicet quod Spiritus sanctus, qui est equalis Patri et Filio, hominibus detur; ait enim Augustinus de verbis apostoli: Si caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, a quo datur nisi ab illo qui dedit dona hominibus? Et tunc donat Spiritum sanctum, qui tale dat donum quale est ipse, quia magna est misericordia eius: donum dat equale sibi, quod donum eius est Spiritus sanctus. Et pluribus aliis pluribus auctoritatibus aperte monstratur quod Spiritus sanctus equalis patri et filio nobis datur, nec ideo tamen minor est patre et filio. Unde Augustinus in iiij libro de Trinitate: Non ideo inquit minorem Spiritum sanctum quia eum pater misit et filius, esse dicendum est.

An viri sancti et prelati dent vel dare possint Spiritum sanctum.

Hic queritur utrum et sancti viri dent vel possint dare aliis Spiritum sanctum. Quod si aliis dant, cuius Spiritus sancti donatio supradicta sit processio. Quod si non dant, videtur ut a viris procedere Spiritus sanctus vel mitti; sed creatura a creatura non procedit vel mittitur. Restat ergo ut ipsi non dent Spiritum sanctum nec dare possint. Unde Augustinus in xv libro de Trinitate: Nonnulli aliquis discipulorum Christi dedit Spiritum sanctum; orabant quippe ut veniret in eos quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant;

Quod non dant hic prius ostendit.

quem morem in suis prepositis etiam nunc servat ecclesia. Denique et Simon magus offerens apostolis pecuniam non ait: Date et michi hanc potestatem ut dem Spiritum sanctum, sed: cuicumque inquit imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Quia nec Scriptura superius dixerat: Videns autem Simon quia apostoli darent Spiritum sanctum; sed dixerat: Videns autem Simon quod per impositionem manuum apostolorum daretur Spiritus sanctus. Ecce his verbis ostendit Augustinus nec apostolos nec alios prelatos dedisse et dare Spiritum sanctum.

Quod nec possunt dare Spiritum sanctum hic docet.

Et quod plus est, non posse eos dare dicit in eodem libro subdens: De Christo scriptum est quod acceperit a patre promissionem Spiritus sancti et effudit. In quo utraque natura monstrata est, humana scilicet et divina; accepit quippe ut homo, effudit ut Deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro, effundere vero super alios non utique possumus, sed ut hoc fiat, super eos Deum a quo id efficitur invocamus. His verbis expresse dicit nos Spiritum sanctum non posse super alios effundere, id est aliis dare.

Quod videtur contrarium.

Sed huic videtur contrarium quod apostolus ad Galathas .3. de se loquens ait: Qui tribuit vobis Spiritum et operatur virtutes in vobis. Hic evidenter dicere se tribuisse Spiritum. Sed intelligendus est apostolus dixisse hoc, non quod haberet potestatem et auctoritatem dandi Spiritum, sed ministerium habuit in quo dabatur a Deo Spiritus sanctus, ut evidenter ait Augustinus super eundem locum exponens illud apostoli verbum: Ab apostolis predicata est eis fides, in qua predicatione adventum et presentiam Spiritus sancti senserunt, sicut illo tempore in novitate invitationis ad fidem etiam sensibilibus miraculis presentia sancti Spiritus apparebat, ut in Actibus apostolorum legitur. Aperte hic ostendit quomodo illis Spiritum sanctum apostolus tribuerit, non utique ipsum mittendo in eos, sed predicando eis fidem, ex qua illis recipientibus quod Spiritus sanctus in eis esset aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Non ergo homines quicumque sancti dare possunt Spiritum sanctum.

Verum Spiritus sanctus a se ipso detur.

Hic considerandum est, cum Spiritus sanctus detur hominibus a patre et filio, quod est ipsum temporaliter procedere ab utroque vel mitti, utrum etiam a se ipso detur. Si datur a se, et procedit vel mittitur a se. Ad quod dicimus quia Spiritus sanctus et Deus est et donum, et datur et dat; dat quidem in quantum Deus, et datur in quantum donum. Sed cum autem donatio sive datio Spiritus sancti sit operatio Dei, et communis sit et indivisa operatio trium personarum, donatur utique Spiritus sanctus non tantum a patre et filio, sed etiam a se ipso. Unde Augustinus in xv libro de Trinitate dicit quod se ipsum dat: Sicut inquit corpus carnis nichil est aliud quam caro, sic donum Spiritus sancti nichil est aliud quam Spiritus sanctus; in tantum ergo

D XV

i novella plantatione ecclesie opus erat miraculis, que [illegible]
[illegible] Spiritus sanctus [illegible] visibiliter descendebat [illegible]

donum Dei est, inquantum datur eis quibus datur. Apud se autem Deus est, etsi nemini detur, quia Deus erat Patri et Filio coaeternus antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut Dei donum, ut etiam seipsum det sicut Deus. Non enim dici potest non esse suae potestatis, de quo dictum est: Spiritus ubi vult spirat. Ecce aperte dicitur quod Spiritus Sanctus seipsum dat. Si enim Spiritus Sanctus seipsum dare non potest, et eum Pater dare potest et Filius, potest ergo Pater aliquid et Filius quod non potest Spiritus Sanctus. Item, si Pater et Filius dant Spiritum Sanctum, nec ipse dat aliquid, ergo Pater operatur et Filius quod non operatur Spiritus Sanctus. Sed dat ergo Spiritus Sanctus seipsum. Sicut autem seipsum dat, ita et a seipso procedit et mittitur, quod utrumque verum est. Nam processio temporalis Spiritus Sancti vel missio ipsius est donatio, ipsa est Dei operatio; procedit ergo Spiritus Sanctus temporaliter a se et mittitur a se, quia datur a se.

ubi vult spirat

Si enim Spiritus Sanctus [illegible] aliquid

Aug.

solo

Non est mirum si Spiritus Sanctus dicitur mitti et procedere a se, cum etiam Filius dicatur mitti a se.

Nec autem mireris quod Spiritus Sanctus dicitur mitti vel procedere a se, cum idem de Filio Dei dicat Augustinus in II libro de Trinitate, quod scilicet non tantum a Patre missus est, sed etiam a se ipso et a Spiritu Sancto. Quaerentes quomodo dicatur mitti Filius vel Spiritus Sanctus, cum uterque sit ubique tamquam Deus. Nam utrumque, inquit Augustinus, legitur missus: de Spiritu enim Sancto legitur: Quem mittet Pater in nomine meo, et: Cum abiero, mittam eum ad vos. Et Filius de se dicit: Exivi a Patre et veni in mundum. Et Apostolus dicit: Misit Deus Filium suum. In propheta autem scriptum est ex persona Dei: Caelum et terram ego impleo. Item ubique Deus est; ubique ergo est Filius, ubique etiam est Spiritus Sanctus. Illuc ergo missus est Filius ubi iam erat.

vel Ioh. ad Galath. Ieremia

Quomodo intelligenda sit missio utriusque.

Hic ergo quaerendum est quomodo intelligatur missio Filii vel Spiritus Sancti. Pater enim solus, inquit Augustinus in eodem, nusquam legitur missus, sed Filius et Spiritus Sanctus. De Filio prius videamus quomodo sit missus, Apostolo dicente: Misit Deus Filium suum factum ex muliere. Ubi satis ostenditur eo ipso missum Filium quo factum ex muliere. Porro si mitti a Patre sine Spiritu Sancto non potuit, quia Pater intelligitur misisse eum cum fecit ex femina, quod utique non fecit sine Spiritu Sancto. Ecce hic dicit Filium missum a Patre et Spiritu Sancto.

Aug.

Quod a Spiritu Sancto Filius sit missus, auctoritatibus confirmat.

Et quod a Spiritu Sancto missus sit, ut ait Augustinus in eodem, manifestis testimoniis confirmatur. Ipse Christus dicit per Isaiam: Nunc misit me Dominus et Spiritus eius. De hoc Ambrosius in libro II de Spiritu Sancto ait: Quis est qui dicit: Misit me Dominus et Spiritus eius, nisi qui venit a Patre ut salvos faceret peccatores? Ecce ergo et Pater Filium misit et Spiritus Sanctus. Item in eodem: Datus est a Patre, ut Isaias dicit: Puer natus est nobis, et filius datus est nobis. Datus est audio dicere et a Spiritu, quia et a Spiritu missus est. Dicat enim Filius Dei: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem, et cetera. Quod cum de libro Isaiae legisset, ait in evangelio: Hodie completa est haec scriptura in auribus vestris, ut de se dictum esse signaret. Bene autem dicit super me, quia est Filius hominis; unctus est enim et missus ad praedicandum. Nam secundum divinitatem non super Christum est Spiritus, sed in Christo. Ecce ex his verbis ostenditur a Christo Filium esse missum datumque nobis non tantum a Patre, sed etiam a Spiritu Sancto.

Amb.

Amb.

sic de dono et de Spiritu Sancto a dante mitti et infundi

Quod Filius sit datus et a seipso.

Hic ostendit esse datum etiam a seipso, Ambrosius dicens in eodem libro, cum praedixisset Filium et a Patre et a Spiritu Sancto datum: Ecce tam a Patre quam a Spiritu Sancto datur, ut gratia Trinitatis, etiam ipse Filius se dedit. Ecce hic dicitur quod Filius se dedit, quia Trinitas eum dedit. Sicut autem Filius a se datus est, a se ergo missus est, a se processit; et hoc utique verum esse concedi oportet, cum missio sit divina operatio.

Amb.

filium a se datum, a se missum, a se processum, quia eadem operatio Trinitatis et divina sit

Quod Filius mittatur a seipso.

Quod autem a se mittatur, Augustinus asserit in libro II de Trinitate dicens: Forte aliquis cogat ut dicamus etiam a seipso missum esse Filium, quia sicut Mariae conceptus et partus operatio Trinitatis est. Sed inquit aliquis quomodo Pater eum misit, si ipse se misit? Cui respondeo quaerens ut mihi dicat quomodo eum Pater sanctificavit, si ipse se sanctificavit? Utrumque enim Dominus ait: Quem Pater, inquit, sanctificavit et misit in hunc mundum, et alibi: Ego pro eis sanctifico me ipsum. Item quaero quomodo Pater eum tradidit, si ipse se tradidit? Utrumque enim legitur. Credo respondebit, si probe sapit, quia una voluntas est Patris et Filii et inseparabilis operatio. Sic ergo intelligat illam incarnationem et ex virgine nativitatem, in qua intelligitur missus, una eademque operatione Patris et Filii inseparabiliter esse factam, non inde separato Spiritu Sancto. Ergo a Patre et Filio missus est idem Filius, quia a Patre et a Verbo eius factum est ut mitteretur, id est incarnatus hominibus appareret.

filius scilicet

Aug.

vel late late resolvam

i. sanctum ostendere

i. incarnaretur

Non enim missus est mutando locum, quia in mundo erat. Quia ergo Pater invisibilis una cum Filio secum invisibili eundem Filium visibilem faciendo misisse eum dicitur, qui si ita visibilis fieret ut cum Patre invisibilis esse desisteret, id est si substantia invisibilis Verbi in creaturam visibilem mutata transiens verteretur, ita missus a Patre intelligeretur Filius ut tantum missus, non etiam cum Patre mittens inveniretur. Cum vero sic accepta est forma servi ut maneret incommutabilis forma Dei, manifestum est quod a Patre et Filio non apparentibus factum sit quod appareret in Filio, id est ab invisibili Patre cum invisibili Filio idem ipse Filius visibilis mitteretur.

Aug.

hic dicit quod licet [illegible] missionem [illegible] non mutatione loci

quod minime verum est

i. invisibilibus

i. a visibilem modo [illegible] per eum invisibilis patre

Cum pater et predicta quod filius a se ipso missus sit ... a me ipso non veni ... a me ipso ... non ... evangelio ...

b.
Secundum capitulum in ... lege.

Questio. Ait dominus: A me ipso non veni.

.b. Sed adhuc opponitur: Si filius a se ipso missus est, cur ergo ait: A me ipso non veni? Ad hoc Aug. respondet in .ii. li. de trinitate: Hoc dictum est secundum formam servi, vel quia non fecit ut mitteretur, id est non est operatus incarnationem secundum formam dei.

Summatim colliguntur que ex predictis astruuntur.

.a. Ex his ergo aperte monstratur quod filius a patre et a se ipso et a spiritu sancto missus est, et que sit ipsa missio, scilicet incarnatio, vel quod factus est homo, vel quod visibiliter apparuit, quod est opus commune patris et filii et spiritus sancti.

vel per humanitatem assumptam

Utrum semel tantum missus sit filius an sepe.

Hic queritur utrum semel tantum missus sit filius an sepe mittatur. Si enim missio filii ipsius tantum incarnatio est, et semel tantum incarnatus sit, semel tantum videtur missus. Aut si sepe mittitur, est et alia eius missio quam incarnatio. Sed que est illa? Numquid eterna generatio missio eius dicenda est, an etiam alia missio querenda est?

Quod duobus modis dicitur filius mitti.

Ad quod dicimus quia duobus modis dicitur filius mitti, preter illam eternam generationem, que ineffabilis est, secundum quam etiam missus posse dici videtur quibusdam, sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Preter eam igitur duobus modis dicitur mitti, scilicet vel cum visibiliter mundo apparuit carne indutus, vel cum se in animas pias sic transfert ut ab eis percipiatur ac cognoscatur. Hos duos missionis modos Aug. aperte distinguit in .iiii. libro de trinitate dicens:

Au. Non eo ipso quo de patre natus est missus dicitur filius, sed vel eo quod apparuit huic mundo verbum caro factum. Unde dicit: a patre exivi et veni in mundum. Vel eo quod ex tempore cuiusquam mente percipitur, sicut dictum est de sapientia: Mitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, id est doceat me laborare. Et tunc unicuique mittitur cum a quoquam cognoscitur atque percipitur, quantum cognosci et percipi potest pro captu vel proficientis in deum vel perfecte in deo anime rationalis.

Hoc quod duo sunt missiones filii, per ... visibilis ... alia invisibilis ... ad hoc quod ... missiones ... visibiles ... in ... fidelium ... missio ... filii ... eterna ... generatio.

scilicet invisibilis

scilicet capitum ... filii

Quod secundum alterum semel, secundum alterum sepe sit missus.

Hec distincta sunt. Hi duo modi missionis filii, et secundum alterum semel tantum missus est dei filius, secundum alterum sepe missus est et mittitur cotidie. Nam secundum alterum missus est ut sit homo, quod semel tantum factum est; secundum alterum vero mittitur ut sit cum homine, quomodo cotidie mittitur ad sanctos; et missus est etiam ante incarnationem ad omnes sanctos qui ante fuerunt, et etiam ad angelos.

Id est secundum alterum ut sit homo, id est secundum alterum ut sit cum homine.

Hoc quod diligenter debet ... quod ... mitti ... filius ... mitti pater ... principium ... missio ... principii.

Unde Aug. de filio vel de sapientia patris loquens in .iiii. li. de trinitate ait:

Au. Aliter mittitur sapientia ut sit cum homine, aliter missa est ut sit homo. In animas enim sanctas se transfert, et amicos dei et prophetas constituit, sicut etiam implet sanctos angelos. Sed cum venit plenitudo temporis, missa est, non ut impleret angelos, nec ut esset angelus, nec ut esset cum hominibus vel in hominibus, ut antea in patribus et prophetis, sed ut ipsum verbum caro fieret, id est homo.

Quod secundum alterum duorum modorum dicitur missus in mundum, secundum alterum non.

Preterea notandum est quod secundum hunc alterum de duobus modis mittitur filius, secundum alterum dicitur missus in mundum, secundum alterum non. Secundum enim illum modum missus dicitur in mundum quo visibilis in mundo apparuit. Unde Aug. in eodem libro ait:

Au. Cum ex tempore cuiusquam mente percipitur, mitti quidem dicitur, sed non in hunc mundum. Non enim sensibiliter apparet, id est corporeis sensibus presto est. Nam et nos etiam secundum quod mente aliquid eternum capimus, non in hoc mundo sumus; et omnium iustorum spiritus etiam in carne viventium, in quantum divina sapiunt, non sunt in hoc mundo.

invisibiliter

Ex predictis liquet quod preter ineffabilem generationem duobus modis mittitur filius, scilicet cum visibiliter apparet vel invisibiliter percipitur mente.

Cur pater non dicitur missus cum ab aliquo cognoscatur sicut filius.

Hic queritur cur pater non dicitur missus, cum et ipse ex tempore a quoquam cognoscatur sicut filius. Ad quod dicimus quia non est missus pater quia non habet auctorem, quia non habet de quo sit vel a quo sit, ut filius est et spiritus sanctus. Pater enim, ut ait Aug.

Au. in eodem libro, principium totius divinitatis vel si melius dicitur deitatis, quia principium est filii et spiritus sancti. Nam, ut ait Aug. in eodem, si voluisset etiam deus pater per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissime tamen aut a filio quem genuit aut a spiritu sancto qui de illo procedit missus diceretur. Congruenter autem ille missus dicitur qui in carne apparuit, misisse autem ille qui in ea non apparuit.

Legitur ... principium ... quod pater ... principium ... est ... filii

Putaverunt quidam filium et spiritum sanctum minores fuisse patre quia missi dicuntur.

Ideo putaverunt quidam heretici, cum pater non sit missus sed filius et spiritus sanctus, patrem esse maiorem ac filium minorem et spiritum sanctum, atque patrem quasi maiorem misisse utrumque quasi minorem; quod Aug. improbat in .iiii. libro de trinitate illos arguens dicens:

Au. Non ideo inquit arbitrandum est minorem esse filium quia missus est a patre, nec ideo minorem spiritum sanctum quia et pater eum misit et filius. Sive enim propter visibilem creaturam, sive potius propter principii commendationem, non propter inequalitatem vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantie in scripturis hec posita intelliguntur. Non ergo ideo pater dicitur misisse filium vel spiritum sanctum quia ille esset maior, illi minores, sed maxime propter auctoritatem principii intelligendum est, et quia invisibilis cum sit, sicut illi apparuit. Hoc ostensum est que sit missio filii et quibus modis mittitur.

id est filius apparuit

scilicet filius ... pater

XVI D

De missione spiritus sancti quod et ipse duobus modis visibiliter et invisibiliter.

Nunc de spiritu sancto videndum est, qui preter illam ineffabilem et eternam processionem qua proeternaliter a patre et filio; sic ascripsimus: quae sit eius temporalis processio, quae dicitur missio sive donatio. Advertendum est ergo quod sicut filius duobus modis dicitur mitti, uno quo visibiliter apparuit, altero quo invisibiliter rationalibus mentibus percipitur, ita et spiritus sanctus a patre et filio ac se ipso duobus modis procedere sive mitti sive dari dicitur: visibiliter et invisibiliter. Datus est enim visibiliter creaturae demonstratione, sicut in die pentecostes, aliisque vicibus; et datur cotidie invisibiliter illabendo mentibus fidelium.

Prius de illo modo missionis qui fit visibiliter.

Et primo agamus de illo missionis modo qui fit visibiliter spiritus sancti. De hoc Augustinus in .ii. libro de trinitate ait: In promptu est intelligere de spiritu sancto cur missus et ipse dicatur.

Cur.

Facta est enim quaedam creaturae species ex tempore in qua visibiliter ostenderetur spiritus sanctus, sive cum in ipsum dominum corporali specie columbae descendit, sive cum die pentecostes factus est subito de caelo sonus quasi ferretur flatus vehemens, et visae sunt illis linguae divisae sicut ignis, qui et insedit super unumquemque eorum. Haec operatio visibiliter expressa et oculis oblata mortalibus missio spiritus sancti dicta est, non ut appareret eius ipsa substantia, qua et ipse invisibilis et incommutabilis est sicut pater et filius, sed ut exterioribus visis corda hominum commota a temporali manifestatione venientis ad occultam aeternitatem semper praesentis converterentur. Ecce hic ubi aperte Augustinus illum modum missionis qui visibiliter exhibetur, cum tamen ipse spiritus in sui natura non videatur. Qui nec in illis creaturis magis erat quam in aliis, sed ad aliud in illis erat, ut per eas ad homines venientes ostenderet se dari illis ad quos illae creaturae veniebant. Non enim spiritus sanctus temporali motu de loco venit et descendit in homines, sed per temporalem motum creaturae significata est spiritualis et invisibilis spiritus sancti infusio, sicut Augustinus dicit. Per illum modum missionis spiritus sancti corporaliter exhibitae monstratur spiritualis et invisibilis missio spiritus sancti sive donatio, de qua agendum est.

Cur filius sit minor patre secundum formam servi in qua apparuit, cum non et spiritus sanctus similiter.

Sed prius quaerendum est, cum filius dicatur minor patre secundum missionem qua in forma apparuit creata, cur et ipse spiritus sanctus non dicatur similiter minor patre, cum in forma creata similiter apparuit. Nam de filio quod minor sit patre secundum formam qua missus apparuit, aperte ostendit Augustinus in .iiii. libro de trinitate dicens: Cum misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, usque adeo parvus ut factus est, ut et hoc missum quo factum. Fatemur quod factum minorem, in tantum minorem in quantum factum, et in tantum factum in quantum missum. Sic habes quod filius in quantum est missus visibiliter, factus est minor patre. Cur ergo spiritus sanctus non dicitur minor patre, cum et ipse creaturam assumpserit in qua apparuit? Spiritus sanctus assumpsit creaturam in qua apparuit, aliter filius. Nam filius accepit per unionem, spiritus sanctus vero non. Filius enim accepit hominem ut fieret homo; spiritus sanctus non ita accepit columbam ut fieret columba. Unde Augustinus in .ii. libro de trinitate ait: Ideo nusquam scriptum est quod deus pater maior sit spiritu sancto vel spiritus sanctus minor patre, quia non sic est assumpta creatura in qua appareret spiritus sanctus sicut assumptus est filius hominis, in qua forma ipsius dei verbi persona praesentaretur, non ut haberet verbum dei sicut alii sancti sapientiam, sed ut ipsum verbum esset. Aliud est enim verbum in carne, aliud verbum caro, id est aliud est verbum in homine, aliud est verbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo quod ait: Verbum caro factum est. Non igitur sic assumpta est creatura in qua appareret spiritus sanctus sicut assumpta est caro illa et humana forma ex virgine Maria. Non enim columbam vel illum flatum vel illum ignem beatificavit, sibique in unitatem personae coniunxit in aeternum. Ex praedictis aperte ostensum est quid filius dicatur minor patre, et quare filius dicatur minor patre et non spiritus sanctus.

Quod filius secundum quod homo factus est non modo patre et spiritu sancto, verum etiam se ipso minor est.

Notandum autem quod filius secundum quod homo factus est, non tantum patre sed et spiritu sancto, verum etiam se ipso minor dicitur. Quod vero etiam se ipso minor dicatur secundum formam servi, Augustinus ostendit in .i. libro de trinitate dicens: Sic erraverunt homines ea quae de Christo secundum hominem dicta sunt ad eius substantiam, quae sempiterna erat, transferentes, sicut illud quod ipse dominus dicit: Pater maior me est, quia secundum formam servi intelligitur dictum. Secundum quem modum etiam se ipso minor est filius. Quomodo enim non etiam se ipso minor factus est, qui semetipsum exinanivit formam servi accipiens? Non enim sic accepit formam servi ut amitteret formam dei in qua erat aequalis patri. In forma ergo dei unigenitus patris aequalis est patri, in forma servi etiam se ipso minor est. Non ergo immerito scriptura utrumque dicit, et aequalem patri filium et patrem maiorem filio. Illud enim propter dei formam, hoc autem propter formam servi intelligitur. De hoc eodem in .ii. libro de trinitate ait: Dei filius aequalis patri secundum dei formam in qua est, et minor patre secundum formam servi quam accepit, in qua non modo patre, sed etiam spiritu sancto; nec hoc tantum, sed etiam se ipso minor inventus est. Hoc idem ait in libro contra Maximinum: non tantum patre sed etiam se ipso et spiritu sancto minor factus est, et etiam minoratus paulo minus ab angelis. Est ergo dei filius, ut ipse ait in .i. libro de trinitate, patri natura aequalis, habitu minor, scilicet in forma servi quam accepit. His autem testimoniis aperte ostenditur quod filius secundum formam servi minor patre et se ipso et spiritu sancto.

De filio probat.

Quare non sit de spiritu sancto.
per unionem

per unionem sicut verbum caro.

Nota quod spiritus sanctus assumpsisse creaturam, id est apparuisse in creatura.

Hylarius autem dicere videtur quod pater sit maior filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior ratione auctoritatis generationis sive nativitatis, sed quia dicitur pater maior me, ait apostolus: donavit illi nomen quod est super omne nomen. Est ergo etiam pater maior me esse, hoc est ac si diceret: donavit ei nomen. Si enim, inquit Hylarius in libro ix de Trinitate, donantis auctoritate pater maior est, numquid per doni confessionem filius minor est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est cui unum esse donatur. Ait enim: Ego et pater unum sumus. Si non hoc donatur Ihesu ut confitendus sit in gloria dei patris, minor patre est. Si autem in ea gloria ei donatur esse qua pater est, habes et in donantis auctoritate quia maior est, et in donati confessione quia unum sunt. Maior itaque pater filio est, et plane maior, cui tantum donat esse quantus ipse est; cui innascibilitatis esse imaginem sacramento nativitatis impertit, quem ex se in formam suam generat. Audisti lector quid super hoc dicat Hylarius, cuius verba si qua occurrunt diligenter nota, pie et caute intellige.

Hylarius dicit patrem maiorem filio nec tamen filium minorem patre.

XVII D

De missione spiritus sancti qua invisibiliter mittitur.

Iam nunc accedamus ad assignandam missionem spiritus sancti qua invisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse spiritus sanctus qui deus est ac tertia in trinitate persona, ut supra ostensum est, a patre et filio ac seipso temporaliter procedit, id est mittitur ac donatur fidelibus. Sed quae sit ista missio sive donatio vel quomodo fiat considerandum est.

Praemittit quiddam ad huius ostensionem necessarium, scilicet quod spiritus sanctus est caritas qua diligimus deum et proximum.

Hoc autem ut intelligibilius doceatur et plenius perspiciatur, praemittendum est quiddam ad hoc valde necessarium. Dictum quidem est supra et sacris auctoritatibus ostensum, quod spiritus sanctus amor est patris et filii, quo se invicem amant et nos. His autem addendum est quod ipse idem spiritus sanctus est amor sive caritas qua nos diligimus deum et proximum; quae caritas cum ita est in nobis ut nos faciat diligere deum ac proximum, tunc spiritus sanctus dicitur mitti vel dari nobis; et qui diligit ipsam dilectionem qua diligit proximum, in eo ipso deum diligit, quia ipsa dilectio deus est, id est spiritus sanctus.

Auctoritatibus id quod dictum est confirmat.

Ne autem in re tanta aliquid de nostro influere videamur, sacris auctoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Augustinus in viii libro de Trinitate ita ait: Qui proximum diligit, consequens est ut ipsam praecipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est. Consequens ergo est ut praecipue deum diligat. Item in eodem: Deus dilectio est, ut ait Iohannes apostolus. Ut quid ergo imus et currimus in sublimia caelorum et ima terrarum quaerentes eum qui est apud nos, si nos esse velimus apud eum? Nemo dicat: Non novi quid diligam. Diligat fratrem, et diliget eandem dilectionem; magis enim novit dilectionem qua diligit quam fratrem quem diligit. Ecce iam potest notiorem deum habere quam fratrem; plane notiorem, quia praesentiorem; quia interiorem, quia certiorem. Amplectere dilectionem deum, et dilectione amplectere deum. Ipsa est dilectio quae omnes bonos angelos et omnes dei servos consociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo saniores sumus a tumore superbiae, tanto sumus dilectione pleniores; et quo nisi deo plenus est qui plenus est dilectione?

His verbis ostendit Augustinus quod dilectio ipsa qua diligimus deum et proximum deus est. Sed adhuc apertius in eodem libro subdit, dicens: Dilectionem fraternam quantum commendet Iohannes apostolus attendamus: Qui diligit, inquit, fratrem in lumine manet, et scandalum in eo non est. Manifestum est quod iustitiae perfectionem in fratris dilectione posuerit; nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem dei tacuisse, quod numquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi deum. Apertissime enim in eadem epistola paulo post dicit: Dilectissimi, diligamus invicem, quia dilectio ex deo est; et omnis qui diligit ex deo natus est et cognovit deum; qui non diligit non cognovit deum, quia deus dilectio est. Ista contextio satis aperte declarat eandem ipsam fraternam dilectionem Parenthesis (nam fraterna dilectio est qua diligimus invicem) non solum ex deo, sed etiam deum esse tanta auctoritate Iohannes praedicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de deo diligimus fratrem; nec fieri potest ut eandem dilectionem non praecipue diligamus qua fratrem diligimus. Quo colligitur quia deus dilectio est, et qui non diligit fratrem nec est in dilectione, et qui non est in dilectione non est in deo, quia deus dilectio est. Ecce apertissime dixit fraternam dilectionem deum esse.

Quod fraterna dilectio est sic deus quod non est pater vel filius sed tantum spiritus sanctus.

Cum autem fraterna dilectio sit deus, nec pater est nec filius, sed tantum spiritus sanctus, qui proprie in trinitate dilectio vel caritas dicitur. Unde Augustinus in libro xv de Trinitate: Si in donis dei nihil maius est caritate, et nullum est maius donum dei quam spiritus sanctus, quid consequentius est quam ut ipse sit caritas, quae dicitur et deus et ex deo? Item etiam ait Iohannes: dilectio ex deo est, et paulo post dicit: dilectio deus est. Hic manifestat eam se dixisse dilectionem deum quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio. Item in eodem: Iohannes

Hylarius dicit patrem maiorem filio, nec tamen filium minorem patre.

minor

Nota supplet.

Nota donantis et nati quantum ad divinam essentiam notabilem aliter tamen exponit Hylarius de tempore nativitatis.

Nota testimonium Iohannis

essentiae et gloriae cum patre

Nota filius eiusdem naturae cum patre

Nota id est substantiae et essentiae unitate.

Nota in hoc innascibilis

Hic incipit capitulum magistri quod spiritus sanctus est caritas qua diligimus deum et proximum sine caritate mediante [illegible] deus [illegible] deum et proximum diligimus [illegible] collata a spiritu sancto [illegible]

Nota [illegible] filius [illegible] et in capitulo [illegible]

Nota hic fuit sententia magistri.

Nota repetitio.

Nota ubi Hylarius dicit non minor [illegible] vel quia [illegible] dicit patrem esse maiorem filio, quia est auctor filii, sed [illegible] potest dixisse quod filius non est minor patre, [illegible] ablativus quia [illegible] genitivo ut pater est maior filio, id est maior filii, scilicet auctor filii.

Nota postea [illegible] quod spiritus sanctus est caritas [illegible] nobis invisibiliter [illegible] spiritus sanctus [illegible] nobis [illegible].

Nota [illegible]

Nota [illegible] id est dilectionem

nolens de hac re aperte loqui. In hoc intelligimus quoniam in ipso manemus et ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus ergo sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in deo manere et ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo deus dilectio. Ipse ergo significatur ubi legitur: Deus dilectio est. Ex his apparet quod spiritus sanctus caritas est.

Quod non est dictum per causam illud: Deus caritas est, sicut illud: Tu es patientia mea et spes mea.

Sed ne forte aliquis dicat illud dictum esse per expressionem cause: Deus caritas est, ideo scilicet quod caritas sit ex deo, non sit ipse deus, sicut dicitur deus patientia mea et spes, non quia ipse sit patientia et spes, sed quia ab eo sunt: occurrit Augustinus ostendens non hoc esse dictum per causam sicut illa, in xv. libro de Trinitate ita dicens: Non dicturi sumus caritatem non propterea esse dictam deum, quod ipsa caritas sit ulla substantia que dei digna sit nomine, sed quod donum sit dei, sicut dictum est de eo: Tu es patientia mea. Non utique ideo dictum est quod dei substantia est nostra patientia, sed quod ab ipso nobis est. Unde alibi: Ab ipso est patientia mea. Hunc enim sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale est enim: Tu es patientia mea, quale est: Tu es, domine, spes mea, et: Deus meus misericordia mea, et multa similia. Non est autem dictum: Domine caritas mea, aut: Tu es caritas mea, aut: Deus caritas mea, sed ita dictum est: Deus caritas est, sicut dictum est: Deus spiritus est. Hoc qui non discernit, intellectum a domino, non expositionem querat a nobis; non enim apertius quicquam possumus dicere. Deus ergo caritas est.

Ex predictis claret quod spiritus sanctus caritas est qua diligimus deum et proximum. Unde facile est nobis ostendere quomodo spiritus sanctus mittatur sive detur nobis.

Quomodo spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

Tunc enim nobis mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est ut faciat nos diligere deum et proximum, per quod manemus in deo et deus in nobis. Unde Augustinus hunc missionis modum insinuans in xv. libro de Trinitate ait: Deus spiritus sanctus, qui procedit ex deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum deum et proximum, et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde diligat deum nisi ex deo. Ecce quomodo datur vel mittitur nobis spiritus sanctus, et quod dicitur datum vel donum; quod donum Augustinus commendat, explanans aperte quomodo detur, in eodem libro: Dilectio, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris, ut ait apostolus, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nullum est isto dei dono excellentius. Solum est quod dividit inter filios regni et filios perditionis.

Quomodo spiritus sanctus dei [illegible] [illegible].

Dantur et alia per spiritum munera, sed sine caritate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuiquam spiritus sanctus ut eum dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transfertur ad dexteram. Nec spiritus sanctus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem, quam qui non habuerit, et si loquatur omnibus linguis et habuerit prophetiam et omnem scientiam et omnem fidem et distribuerit substantiam suam et tradiderit corpus suum ita ut ardeat, nichil ei prodest. Quantum ergo bonum est sine quo ad eternam vitam neminem tanta bona perducunt. Ipsa vero dilectio vel caritas (nam unius rei nomen est utrumque) perducit ad regnum. Dilectio igitur que ex deo est et deus est, proprie spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris dei caritas, per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus, cum sit deus, vocatur etiam donum dei. Quod donum proprie quid nisi caritas intelligendum est, que perducit ad deum, sine qua quodlibet aliud dei donum non perducit ad deum.

Predicte auctoritatis colligitur summa.

Ecce hic apertum est quod supra dictum est, scilicet quod caritas sit spiritus sanctus et donum excellentius, et quomodo hoc donum, id est spiritus sanctus, detur nobis, scilicet cum ita impertitur alicui, id est ita habetur in aliquo ut eum faciat dei et proximi amatorem. Quod cum facit, tunc dicitur dari sive mitti alicui, et tunc ille dicitur habere spiritum sanctum.

Verum inquirendum sit an spiritus sanctus augeatur in homine et magis vel minus habeatur et detur.

Hic queritur, si caritas spiritus sanctus est, cum ipsa augeatur et minuatur in homine et magis et minus per diversa tempora habeatur, utrum concedendum sit quod spiritus sanctus augeatur vel minuatur in homine et magis vel minus habeatur. Si enim in homine augetur et magis vel minus datur et habetur, mutabilis esse videtur; deus autem omnino immutabilis est. Videtur ergo quod vel spiritus sanctus non sit caritas, vel caritas non augeatur vel minuatur in homine.

An spiritus sanctus detur non habenti vel habenti.

Item caritas non habita datur ut habeatur, et habita ut plenius habeatur. Si ergo spiritus sanctus caritas est, et non habita datur ut habeatur et habita ut plenius habeatur, quomodo datur non habenti, cum ipse ut deus sit ubique et in omnibus creaturis totus, et quomodo plenius datur habenti sine sui immutatione?

Responsio ad primam questionem.

His ita respondentes dicimus quod spiritus sanctus sive caritas penitus immutabilis est, nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit magis vel minus, sed in homine vel potius homini augetur et minuitur, et magis vel minus datur vel habetur. Sicut deus dicitur magnificari et exaltari in nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Unde propheta: Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur deus. Super quem locum ait auctoritas: Deus non in se, sed in corde hominis grandescit. Sic et spiritus sanctus datur homini, et datur amplius, datur et augetur, magis ac minus habetur, et in se immutabilis existit.

Responsio ad secundam.

Cum utique ubique sit et in omni creatura totus, sunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent in quibus est, alioquin et irrationabiles creature haberent spiritum sanctum, quod fidei pietas non admittit.

Auctoritate confirmat utramque responsionem.

Ut autem certius fiat quod diximus, auctoritate confirmamus quod spiritus sanctus magis et minus

datur

per inhabitantem gratiam

In libro regum sic: Helias dixit ad Heliseum: Postula quid vis ut faciam tibi antequam tollar a te. Dixitque Heliseus: Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Quod sic exponitur: Helias spiritu prophetie et operatione miraculorum excellenter pollebat. Heliseus ergo gratiam qua Heliseus in magistro vigere cognoscebat sibi tribui rogavit. Ubi petere quod non esse discipulus super magistrum postulavit.

percipiatur ab homine augeatur vel non habenti detur vel habenti ut plus habeat. Augustinus ostendens super Iohannem dicens: Sine spiritu sancto constat quod nos non diligere Christum et eius mandata servare non posse, et id nos posse agere tanto minus quanto illum percipimus minus, tanto vero amplius quanto illum percipimus amplius. Unde non solum non habenti, verum etiam habenti non incassum promittitur: non habenti quidem ut habeatur, habenti autem ut amplius habeatur. Nam si ab alio minus, ab alio amplius non haberetur, sanctus Heliseus sancto Helie non diceret: Spiritus qui est in te duplo sit in me. Et hoc quod dictum est de Filio: Non enim ad mensuram dat Deus spiritum, Nemo enim sine gratia spiritus sancti est mediator Dei et hominum homo Christus. Quod enim est unigenitus Deus Filius equalis Patri, non est gratie sed nature. Quod autem in unitatem persone unigeniti assumptus est homo, gratie est non nature. Ceteris autem ad mensuram datur et iterum atque iterum datur donec unicuique pro modo sue perfectionis propria mensura compleatur. Hec expressissime docent Spiritum sanctum magis et minus dari et accipi ab hominibus et augeri vel haberi vel non haberi. Quod ideo dicitur quia Spiritus sanctus est caritas, que non habenti datur vel in habente augetur vel perficitur. Immo ut verius loquar, homo in ea proficit vel deficit aliquando, tunc ipsa dicitur proficere vel deficere, cum ipsa nec proficiat nec deficiat in se. Quod docet Augustinus in omelia ix. super epistolam Iohannis, ubi probat se quisque quantum in illo profecerit caritas, ut potius quantum ipse in caritate profecerit. Nam si caritas Deus est, nec proficit nec deficit. Sic ergo dicitur proficere in te caritas, quia tu in ea proficis. ¶ Hoc etiam modo intelligendum credo quod dicitur Spiritus sanctus augeri in nobis, quia nos in eo proficimus, sic et alia huiusmodi.

Quod aliqui dicunt Spiritum sanctum non esse caritatem qua diligimus Deum et proximum.

Supradictis est quod Spiritus sanctus ea caritas est Patris et Filii qua se invicem et nos diligunt, et nos ipse idem est ea caritas que diffunditur in cordibus nostris ad diligendum Deum et proximum. Hoc autem ideo catholici concedunt, scilicet quod Spiritus sanctus sit caritas Patris et Filii; quod autem ipse idem sit caritas qua diligimus Deum et proximum, aperte negantes dicunt: cum enim Spiritus sanctus sit caritas Patris et Filii, et una est eadem, ergo caritas est qua Deus nos diligit et qua nos diligimus eum.

Auctoritates quibus videntur posse fieri.

Hec autem sane auctoritates negare videntur. Dicit autem Augustinus in libro de spiritu et littera: Ubi est dilectio nisi ubi ipsa fides et spes? Non enim esset in nobis si diffunderetur in cordibus nostris per spiritum. Caritas autem Dei dicta est diffundi in cordibus nostris non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Sicut iustitia Dei dicitur qua nos iusti eius munere efficimur, et Domini salus qua nos salvat, et fides Christi qua nos fideles facit. ¶ Hic videtur monstrari distinctio inter caritatem qua Deus diligit et qua nos diligimus. Sicut iustitia una dicitur Dei, non qua ipse sit iustus, sed qua ea nos iustos facit, similiter et fides et salus. Sic videtur dicta caritas Dei que est in nobis, non quod ipse ea diligat, sed quod ea nos diligere facit. De hoc etiam idem Augustinus in libro xv de Trinitate ait: Cum Iohannes commemoraret Dei dilectionem, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos et misit Filium suum litatorem pro peccatis nostris etc. ¶ Ecce hic manifeste dividere dilectionem qua nos diligimus Deum ab ea qua ipse diligit nos. Si ergo inquiunt Spiritus sanctus dilectio est qua Deus diligit et qua nos diligimus, duplex dilectio est vel in duo divisa est, quod absurdum esse a vero longe est. Non est ergo dilectio qua diligimus, sed qua Deus tantum diligit.

Responsio ad predicta. Determinatio auctoritatis.

His respondemus predictarum auctoritatum verba determinantes hoc modo: Caritas Dei dicitur diffundi in cordibus nostris, non qua ipse diligit nos, sed qua nos diligere facit etc. ¶ His verbis non videtur divisa ostendi caritas qua Deus diligit ab ea qua nos diligimus, sed potius quod sit una eadem caritas, et dicatur ipsa Dei caritas duabus de causis, vel cum ubi Dei caritas appellatur in scriptura ostenditur. Dicitur enim Dei caritas, non ut qua ea diligat Deus nos, sed quia nos ea sui dilectores facit.

Determinatio prime auctoritatis.

Cum ergo ab apostolo dicitur caritas Dei diffundi in cordibus nostris, non sic dicitur est Dei caritas qua diligit nos, sed qua facit nos diligere, id est non ibi appellatur caritas Dei quod Deus nos ea diligat, sed eo quod nos ea sui dilectores facit. Et quod ea ratione possit dici caritas Dei quod nos ea diligere facit, ex similitudine locutionis ostendit, sicut dicitur iustitia Dei qua nos iustificat, et Domini salus qua nos salvat, et fides Christi qua nos fideles facit.

Determinatio secunde.

Similiter et aliam exponimus auctoritatem, ubi Iohannes dicitur dilectionem Dei commemorare non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos, ac si diceret: commemorat dilectionem Dei non secundum quod ea nos diligimus Deum, sed secundum quod ipse ea diligit nos.

Aliud obiciunt.

Sed aliud est inquiunt quod magis urget. Dicit enim supra Augustinus quod dilectio est a spiritu sancto a quo fides. Dicitur ergo fides non esse spiritus sanctus a quo est, ita nec caritas. Quo-

Hadria. Hadria.

Hec caritas duo [illegible] dilectio [illegible] quidem [illegible]

Caritas fides [illegible] caritas [illegible] modo enim caritas Spiritus Sanctus est, si ab ipso est. Nam si ab ipso est, et ipse est; ergo Spiritus Sanctus a se ipso est.

Responsio

Ad quod dicimus Spiritum Sanctum quidem a se ipso non esse, sed tamen et a se ipso datur nobis, sicut supra dictum est. Dat enim se ipsum nobis Spiritus Sanctus, et ex hoc sensu dictum est quod caritas ab ipso est in nobis, cum tamen ipsa sit Spiritus Sanctus. Fides autem est a Spiritu Sancto, et non est Spiritus Sanctus, quia donum vel datum solummodo est, et non Deus dans.

Rationes inducte rationes [illegible] ad idem probandum.

lias quoque inducunt rationes ad id ostendendum, scilicet quod caritas non sit Spiritus Sanctus, quia caritas affectio mentis est et motus animi; Spiritus Sanctus vero non est affectio animi vel motus mentis, quia Spiritus Sanctus immutabilis est et increatus; non est ergo caritas.

Quod caritas est motus vel affectio animi.

Quod autem caritas sit affectio animi et motus mentis, auctoritatibus confirmant. Dicit enim Augustinus in III libro De doctrina christiana: **au** Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, et se ac proximo propter Deum. Item in libro De moribus ecclesie catholice, tractans illud verbum Apostoli: Nec mors nec vita poterit nos separare a caritate Dei. **au** Caritas Dei, inquit, hic dicta est virtus, que animi nostri rectissima affectio est, que coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur quod caritas est affectus et motus animi, ac per hoc non videtur esse Spiritus Sanctus.

Responsio. Determinat auctoritates.

Ad quod dicimus hoc ita dictum esse, sicut Deus dicitur esse spes nostra et patientia nostra, quia facit nos sperare et pati. Ita caritas dicitur esse motus sive affectio animi, quia per eam movetur et afficitur animus ad diligendum Deum. Non autem mireris si caritas, cum sit Spiritus Sanctus, dicatur motus mentis, cum etiam in libro Sapientie dicatur de Spiritu sapientie, quod attingit a fine usque ad finem, qui est actus mobilis, certus, incoinquinatus; quod non ideo dicitur quia ipsa sit mobile aliquid vel actus aliquis, sed quia sui immobilitate omnia attingit, non localiter motu, sed ubique semper sit, nullo loco inclusa teneatur. Sic ergo caritas dicitur motus animi, non quod ipsa sit motus vel affectio vel virtus animi, sed quia per eam quasi esset virtus afficiatur mens et moveatur. Sed si caritas Spiritus Sanctus est, qui operatur in singulis prout vult, cum per eum mens hominis afficiatur et moveatur ad credendum et sperandum et huiusmodi, sicut ad diligendum, quare non dicitur caritas motus vel affectio vel virtus ad credendum vel sperandum, sicut ad diligendum? Ad quod sane dici potest quia alios actus atque motus virtutum operatur caritas, id est Spiritus Sanctus, mediantibus virtutibus quarum actus sunt, utpote actum fidei, id est credere, fide media, et actum spei, id est sperare, media spe; per fidem enim et spem predictos operatur actus; diligendi vero actum per se tantum, sine alicuius virtutis medio operatur, id est diligere. Aliter ergo hunc actum operatur quam alios virtutum actus. Sed differenter de hoc et de aliis loquitur Scriptura, que istum specialiter caritati tribuit. Est ergo caritas vere Spiritus Sanctus. Unde Augustinus super premissum Apostoli verbum tractans, in eodem libro caritatem dicit esse donum quo nihil melius, et per hoc Spiritum esse Deum significat dicens: Si nulla res alia a caritate nos separat, quid esse non solum melius sed etiam certius hoc bono potest? Hoc dicit, quia caritate nichil est melius. Caritas ergo Spiritus Sanctus est, qui est Deus et donum Dei sive datum, qui dividit singulis fidelibus dona, nec ipse dividitur, sed indivisus singulis datur. Unde Augustinus super Iohannem dicit: Non ad mensuram Christo datur Spiritus; ceteris vero dividitur, non quidem ipse Spiritus, sed dona eius.

An concedendum sit quod per donum dentur dona.

ic queritur, cum Spiritus Sanctus, per quem dividuntur dona, ipse etiam sit donum, utrum concedendum sit quod per donum dividantur ac dentur dona. Ad quod dicimus quia per donum quod est Spiritus Sanctus singulis propria dividuntur, et ipsum commune omnes boni habent. Unde Augustinus in XV libro De Trinitate: **au** Per donum quod est Spiritus Sanctus in commune omnibus membris Christi multa dona que sunt quibusque propria dividuntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, illi alia, quamvis ipsum donum a quo cuique propria dividuntur omnes habeant, id est Spiritum Sanctum. ¶ Aperte dicitur per donum dona dari.

Utrum Spiritus Sanctus eadem ratione dicatur donum et datum vel donatum. Cur [illegible]

reterea diligenter considerandum est, cum Spiritus Sanctus dicatur donum et datum, utrum eadem ratione utrumque nomen ei conveniat, quod utrumque videri potest. Cum enim idem sit Spiritum Sanctum dari et Spiritum Sanctum donari, ex eadem ratione utrumque Spiritui Sancto dicitur, datum et donum. Hoc etiam videtur Augustinus significare in XV libro De Trinitate, cum ait: **au** Spiritus Sanctus in tantum donum Dei est in quantum datur eis quibus datur; apud se autem Deus est, etsi nemini detur. ¶ Hic aperte dicit Spiritum Sanctum donum appellari quia datur. Si autem ex eo tantum appellatur donum quia datur, non ab eterno fuit donum, quia non datur nisi ex tempore.

Responsio. Quod datum et donatum dicitur Spiritus Sanctus.

Ad quod dicimus quod Spiritus Sanctus et donum dicitur et datum sive donatum; sed datum sive donatum ex eo tantum dicitur quia datur vel donatur, quod fit temporaliter ex tempore.

Hic quod donum.

Donum vero dicitur non ex eo tantum quod donetur, sed ex proprietate, quia fuit ab eterno. Unde et ab eterno fuit donum. Sempiterne enim donum fuit, non quia daretur, sed quia processit a Patre et Filio.

Quod dicitur Filio esse a Patre et Spiritui Sancto.

Unde Augustinus in IIII libro De Trinitate: **au** Sicut natum esse est Filio a Patre esse, ita Spiritui Sancto donum Dei esse est a Patre procedere et a Filio. ¶ Hic aperte ostenditur quod Spiritus Sanctus eo donum est, quod procedit a Patre et Filio, sicut Filius eo est a Patre quod natus est ab eo. Non est enim idem

D. xviii.

D. xviij

· i · datum

notionalis

filio esse a patre et spiritum sanctum, non tamen pariter. Filius dicitur esse a patre, quia spiritus sanctus. Nam filius dicitur esse a patre quia genitus est ab eo. Spiritus sanctus vero dicitur esse a patre et a filio, quia spiritus sanctus est donum patris et filii, id est quia procedit ab utroque; eo enim dicitur spiritus sanctus donum quo procedit. Unde Augustinus in V libro de Trinitate: Spiritus sanctus, qui non Trinitatis sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus relative dicitur, cum et ad patrem et ad filium refertur, quia spiritus sanctus et patris et filii spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine; apparet autem cum dicitur donum Dei. Donum enim est patris et filii, quia et a patre procedit et a filio. Ecce his verbis aperte ostenditur eadem relatione dici spiritum sanctum et donum, quia donum a quo procedit a patre et a filio. Processio ergo qua dicitur spiritus sanctus et donum processio ipsa est, de qua post plenius agemus cum aliis. Cum ergo ab aeterno processerit ab utroque, et ab aeterno donum fuit. Non ergo spiritus sanctus eo tantum dicitur donum quia donatur; nam et antequam donaretur donum erat. Unde Augustinus in V libro de Trinitate: Semper procedit spiritus sanctus, non ex tempore, sed ab aeternitate procedit; sed quia sic procedebat ut esset donabile, iam donum erat antequam esset cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum. Nam donum potest esse etiam antequam detur; donatum autem nisi datum fuerit nullo modo dici potest. Sempiterne ergo spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatum. Ecce his verbis aperte ostenditur quod sicut spiritus sanctus ab aeterno procedit, ita ab aeterno donum est, non quia donaretur a patre et filio, sed ab aeterno, quia ab aeterno processit donabilis.

Quod spiritus sanctus eo donum quo procedens. Donum quia procedens.

Quod spiritus sanctus semper procedit.

Queritur cui donabilis.

Sed queritur cui donabilis, utrum patri et filio, an tantum nobis, qui non donum erimus. Si autem non erat donabilis patri et filio, sed tantum nobis, et ideo donum erat, quia donabilis procedebat, videtur quod filius eadem ratione semper donum fuerit, quia a patre processit ab aeterno donabilis nobis in tempore. Nam et de filio legitur quod datus est nobis. Ad quod dicimus quod spiritus sanctus nobis tantum donabilis processit, non patri et filio donabilis processit, sicut et nobis tantum datus est. Et filius vere datus est nobis, et ab aeterno processit a patre, non tamen ut donabilis, sed ut genitus, qui et donari posset; processit enim ut genitus et donabilis. Sed spiritus sanctus non procedit ut genitus, sed tantum ut donum; donum autem semper fuit, non solum quia donabilis, sed quia ab utroque processit et quia donabilis fuit. Unde Augustinus in V libro de Trinitate: Eo ipso quo daturus erat eum Deus, iam donum erat etiam antequam daretur. Vel ad donabilis, sed aliter donabilis quam filius. Nam ratione datus et aliter processit quam filius; filii enim processio genitura est vel nativitas, spiritus sancti vero processio nativitas non est, ut inferius [illegible] fabulis est.

Quod filius processit non genitus ut donabilis, spiritus sanctus ut donum. Donum est quia procedit ab utroque et quia donabilis.

Quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius sed et essentiam, ita spiritus sanctus procedendo accepit non tantum ut esset donum sed etiam ut esset essentia.

Et notandum est quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut filius sit, sed omnino ut sit, et ut ipsa substantia sit, ita spiritus sanctus a patre et filio procedendo accepit non tantum ut spiritus sanctus sit vel donum, sed etiam ut omnino sit, et ut substantia sit, quia utrumque non accepit ex eo quod datur. Unde donum non detur nisi ex tempore, sed habet eo quo datur, accepisset ergo ex tempore ut esset. Unde Augustinus in V libro de Trinitate: Filius non hoc tantum habet nascendo ut sit filius, sed omnino ut sit. Queritur ergo utrum spiritus sanctus eo quo datur habeat non tantum ut donum sit, sed omnino ut sit; quod si non est nisi quia datur, sed habet esse nisi eo quo datur, sicut filius nascendo habet non tantum ut sit filius, quod relative dicitur, sed omnino ut sit ipsa substantia, quomodo iam spiritus sanctus erat ipsa substantia cum nondum ipsi daretur qui esset et daretur? Sed non eo quod datur, sed procedendo habet ut sit donum et ut sit essentia, sicut filius non eo quo datus est, sed nascendo accepit non tantum ut sit filius sed ut sit essentia. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate: Sicut filio praestat essentiam sine initio temporis, sine mutabilitate naturae de patre generatio, ita spiritui sancto praestat essentiam sine ullo initio temporis, sine ulla mutabilitate naturae de utroque processio.

Hoc [illegible] nascendo [illegible]

Questio ex predictis orta quod filius non tantum sit filius nativitate sed et essentia, et spiritus sanctus processione.

Hic oritur questio: si filius nascendo non tantum habet ut sit filius, sed ut sit essentia, et spiritus sanctus procedendo non tantum ut sit donum, sed ut sit essentia, ergo et filius nativitate essentia est, et spiritus sanctus processione essentia est. Cum alibi dicatur quod nec pater eo pater est quo deus, nec filius eo filius quo deus, nec spiritus sanctus eo donum quo deus. Quod ait Augustinus in VII libro de Trinitate: his nominibus relativa eorum ostenduntur, non essentia. Unde post plenius agemus.

Au. est pater, filius, donum

Responsio.

Ad quod breviter respondentes dicimus quia nec filius nativitate essentia est, sed tantum filius, nec spiritus sanctus processione essentia est, sed tantum donum. Tamen per illo nascendo, illo procedendo accepit ut esset essentia. Non enim, ut ait Hylarius in V libro de Trinitate, per defectionem aut protensionem aut per derivationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturae in naturam eandem nativitate subsistit filius, et ex virtute naturae in naturam eandem processione subsistit spiritus sanctus.

Hylarius. non per derivationem [illegible] a fonte [illegible] natura [illegible] eiusdem naturae cum illo

Exponit verba Hylarii.

Expositionem confirmat verbis hylarii

Hinc etiam intelligi potest, ex patre qui est ingenitus, ingenitum natum, quia hoc est ei esse quod filius natum nativitate, id est nascendo, et spiritus sanctus processione, id est procedendo habet. Unde ipse idem a patre eloquens quod dixerat aperuit, subdens: Illa nativitas inquit dei non potest non eam de qua profecta est tenere naturam. Non enim aliud quam deus subsistit quod aliunde quam de deo subsistit. Ecce his verbis aperit quomodo acceperit sit illud de patre generando. Sic et eternitatem filio et de utroque processio spiritui eternitatem spiritui sancto, quod ille eternus sit filius, iste eternus spiritus sanctus, in modo proprietatis personalis; quod ille nascendo, iste procedendo eternam habet eandem naturam que in patre est.

Quod spiritus sanctus dicitur donum et datum et duos processionis modos

Ex predictis patet quod spiritus sanctus sempiternum donum est et temporale datum vel donatum, ex quo apparet illa distinctio ac gemine processionis de qua supra egimus. Illam vero alteram processionem dicitur donatum vel datum, secundum alteram vero dicitur donum.

Sed hoc quod donum est refertur ad patrem et filium et hoc quod datum et ad eum qui dedit et ad eos quibus dedit

Et sciendum in hoc quod sempiternum donum est refertur ad patrem et filium; hoc vero quod dicitur datum vel donatum et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus datur. Dicitur enim donum eius qui dat et illorum quibus datur. Unde augustinus in v libro de trinitate: Quod datum est et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus dedit. Itaque spiritus sanctus non tantum patris et filii qui dederunt, sed etiam noster dicitur qui accepimus. Spiritus sanctus datus est et dedit et noster qui accepimus.

Quod aliter spiritus sanctus dicitur noster aliter spiritus natura

Non ille spiritus noster quo sumus, quia ipse spiritus est hominis qui in ipso est, quemadmodum illum spiritum hominis dicimus, utrumque accepimus. Sed aliter noster dicitur; aliud est enim quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Quod autem spiritus sanctus noster dicatur scriptura ostendit. Scriptum est enim de iohanne quod in spiritu helye veniret. Et dictus est helie spiritus, scilicet spiritus sanctus, quem accepit helias. Et moysi dixit dominus: Tollam de spiritu tuo et dabo eis, id est dabo illis de spiritu sancto quem iam tibi dedi. Hoc in hic dictus est spiritus moysi, sicut et quia spiritus sanctus noster dicitur spiritus, sic quod nobis datus est et datus ut sancti per eum essemus; spiritus vero creatus ad hoc est datus ut essemus.

An filius eum sit nobis datus possit dici noster ut spiritus sanctus

Hic queritur utrum filius, cum sit nobis datus, dicatur vel possit dici noster. Ad quod dicimus quod filius dicitur noster ut noster parvulus, noster redemptor et huiusmodi. Sed non dicitur filius noster, quia filius dicitur relative tantum ad illum qui genuit, et ideo non potest dici filius nisi patris tantum. Secundum autem quod dicitur datus et ad eum qui dedit et ad eos quibus datus est refertur sicut spiritus sanctus, qui etiam noster in scriptura ut predictum est dicitur spiritus noster vel spiritus eius, sicut illud de moyse et helya dictum est. Nusquam tamen in scriptura occurrit ita dici spiritus sanctus noster vel eius, sicut illud. Sed spiritus noster vel eius spiritus vel illius, quia spiritus sanctus eo dicitur quo donum utrumque relative dicitur ad patrem et ad filium. Et exemplo hoc declaratur: si vel aliquid dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato vel dato; sicut vero donum accipitur eo modo quo spiritus sanctus donum dei patris et filii dicitur, non hominis. Ita et filius sub hac appellatione non potest dici noster. Sed non dicitur filius noster, sicut nec dicitur spiritus sanctus noster; et tamen de filio dicitur parvulus noster et de spiritu sancto spiritus noster. Ille noster parvulus quia nobis datus, iste noster spiritus quia nobis infusus ab ipso et filio et nobis spiritualiter unitus. Unde augustinus in v libro de trinitate: Quod de patre natum est ad patrem solum refertur cum dicitur filius, et ideo filius patris est et non noster. Dicimus tamen parvulum nostrum datum nobis, sicut dicimus spiritum nostrum.

Utrum spiritus sanctus ad se ipsum referatur sive datur

Post hec queritur utrum spiritus sanctus ad se ipsum referatur; hoc enim videtur ex predictis posse probari. Si enim quod datur refertur ad eum qui dat et ad eum cui datur, et spiritus sanctus dat se ipsum ut predictum est, ergo refertur ad se ipsum.

Hic non solvit hic sed differt in sequentibus

Huius questionis determinationem in posterum differimus, donec tractemus de his que relative dicuntur de deo ex tempore, in quibus datum et donatum continentur.

Hic de equalitate trium personarum

Nunc postquam coeternitatem trium personarum pro modo facultatis nostre insinuavimus, iam de earum personarum equalitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica has coeternas tres et coequales tres personas asserit. Equalis est enim in omnibus pater et filius et spiritus sanctus, ut ait augustinus in libro de fide ad petrum, breviter aperiens quomodo intelligatur equalitas, docet: Nullus horum alium aut precedit eternitate aut excedit magnitudine aut superat potestate. Quia nec filio nec spiritu sancto quantum ad nature divine unitatem pertinet aut anterior aut maior est pater, nec filius spiritu sancto. Eternum quippe et sine initio est quod filius de patris natura exivit; eternum ac sine initio est quod spiritus sanctus de natura patris filii quoque procedit. Ob hoc ergo tres unum recte credimus, quia omnino deus, quia una prorsus eternitas, una immensitas, una naturaliter trium personarum divinitas. Hec augustinus, in quo trium personarum ostendit esse equalitatem, scilicet quia alia aliam non excellit aut eternitate aut magnitudine aut potestate.

De eternitate et magnitudine et potentia

Cumque enumerentur ista, eternitas divina simplex et incommutabilis. Unde augustinus in vi libro de trinitate: In deo est unum, licet ponantur quasi diversa.

processione

Hoc dicitur spiritus noster sicut iohannes in spiritu helie

i. anima

q. est ... est spiritus sanctus

v. anima

filius dicitur spiritus noster

temporalis

Hoc patris et filii et spiritus sancti coequales coeterni non magnitudine ... tamen ... patebit

xix

XIX

Quod magnitudo est dei essentia.

Aug. Non alio magnus, alio deus est; sed eo magnus quo deus, quia non aliud illi est magnum esse, aliud deum esse; eadem ergo est eius magnitudo que virtus, et eadem essentia que magnitudo; pater et filius simul una essentia, una magnitudo; Quod potentia dei deus est. Ita etiam et potencia dei essentia divina est; unde Aug. Augustinus in vii libro confessionum: Voluntas et potencia dei deus ipse est; eternitas quoque dei Quod eternitas dei deus est essentia divina est, quod Augustinus ostendit super illum locum psalmi: In generatione Aug. generationum anni tui, dicens: est generatio generationum que non transit, collecta de omnibus generationibus, id est seculis; in illa erunt anni dei, qui non transeunt, id est eternitas dei; Non enim aliud sunt anni dei, aliud ipse; sed anni dei eternitas dei est; eternitas vero ipsa dei substantia est, nichil habens mutabile; Inconcusse ergo teneamus quod unum idemque est, id est essentia divina, dei eternitas, potentia, magnitudo, veritas, cum consueverit scriptura vocibus his similia quasi distincta ponere; Nichil ergo ubi sit tam equalitatem personarum ut complexus est Augustinus, qualiter alius alium nec eternitate nec magnitudine nec potencia superat; Supra egit de eternitate.

Quod autem eternitate alia trium persona aliam non excedat, supra ostensum est, ubi coeternitas trium personarum insinuata est; hic de magnitudine

Nunc ergo superest ostendere quod quod nec aliqua persona magnitudine vel potencia alia aliam non excedat, et primum de magnitudine dicitur videamus; Quod non est maior una persona alia, nec maius

Sciendum est ergo quod pater non est aliqua due simul maior filio, nec pater vel filius nec pater et filius maior spiritu sancto, nec maius aliquid due persone vel una sone simul sumpte quam una, nec tres simul maius aliquid quam due, nec est maior essentia in tribus quam in duabus, nec in duabus quam in una, quia tota est in singulis; Unde Iohannes damascenus: Iohannes damascenus. Confitemur deitatis totam omnem perfecte esse in singularium hypostaseon, id est personarum: totam in patre, totam in filio, totam in spiritu sancto. Ideoque perfectus deus pater, perfectus deus filius, perfectus deus spiritus sanctus. Quomodo dicatur pater

Et inde est quod pater dicitur esse in filio et filius in patre, et spiritus sanctus in utroque, et alius in alio et ipse singulus in singulis; Unde Augustinus in libro de fide ad Petrum: Propter naturalem unitatem totus pater in filio et spiritu sancto est, totus quoque spiritus sanctus in patre et filio est. Nullus quoque horum extra quemlibet ipsorum est, propter nature divine unitatem. Aug. ¶ Licet hoc aperte aliquatenus non enim plene potest tantum ab homine secretum archanum, ex qua intelligentia dicatur singula persona tota esse in aliis. Unde etiam Hylarius ista inter se perquirens in libro iii de trinitate ait: Hyl. plerisque obscuritatem sermo domini in eo videtur: Ego in patre et pater in me est. nec immerito. Natura enim intelligentie humane rationem dicti huius non capit, nec exemplum aliquod rebus divinis comparatio humana prestabit. Sed quod intelligibile est homini deum esse possibile est; Cognoscendum itaque atque intelligendum est quod sit illud: Ego in patre et pater in me est, si tamen comprehendere hoc ut est valebimus, ut quod natura rerum pati non posse estimatur id divine veritas consequatur; Patrem ergo Hyl. in filio et filium in patre esse: plenitudo in utroque divinitatis perfecta est, quia plenitudo deitatis in filio quod in patre est, hec et in filio est; quod ingenito hoc ingenito. Alter ab altero, et uterque unum. id est quod est, nichil habens quod non sit in eo a quo est; Non duo unus, sed alius in alio, quia non aliud in utroque; ut unum sint in sese nec uterque non unus, nec eundem utrumque. nec aliud confitemur quam deum ex deo natum, nec eius natalitas, nec aliud esse permittit quam fidem et in utroque virtutis similitudinis deitatis plenitudinem confitemini, quia virtus dicitur. Ego in patre et pater in me est. Omnia enim filius accepit a patre, nam si pater est eundem qui genuit accepit. Neuter ergo imperfectus est, deest enim et unde accessit. nec plenitudo in eo erit qui ex portione constiterit. Neuter ergo perfectus est Si plenitudinem suam et qui genuit amittit et qui natus est consequitur. fateamur ergo quod pater est in filio et filius in patre deus in deo. Ut item Hylarius Hyl. ait in vii libro de trinitate: Non per dupli- Hec verba cem convenientium generum coniunctionem diligenter insitivam capacioris substantie naturam, attende sed per nature unitam similitudinem, per nativitatem viventis nature ex vivente natura, dum res non differt, dum natura dei non degenerat nativitas, dum non aliud aliquid ex deo quam deus nascitur, dum nichil in his novum est, nichil alienum, nichil separabile. ¶ Hec hylarius sub obscuro ut humana permittit infirmitas, sic intelligi potest: quo sensu Christus dixerit se esse in patre et patrem in se, hoc eodem etiam sensu intelligitur spiritus sanctus esse in utroque et singula personarum in singulis, quia scilicet in singulis est eadem plenitudo divinitatis et natura similitudo nature, quia non est maior natura divina in aliqua harum personarum, sed unius et indifferentis nature sunt hee tres persone; Ideoque altera in altera esse dicitur ut predictum est; Unde Ambrosius predictorum verborum sensum nobis aperiens super epistolam ad Corinthios ait: Ambr. Per hoc intelligitur pater esse in filio et filius in patre, quia una est eorum substantia; Ibi est enim unitas, ubi nulla est diversitas. ¶ Licet dubius illustrium virorum testimoniis scilicet Augustini, Hylarii atque Ambrosii in idem concurrentibus.

ad divinum pertinet eternitatis cum pater est in filio

filium esse in patre et spiritum sanctum esse eiusdem essentie cum patre et filio modo exponit illud patrem esse in filio hoc est summa [illegible]

id est propter naturam divine unitatis

intelligitur

id est deo donante hoc cognoscitur [illegible] volunt

id est ambo sunt una essentia

naturalis non [illegible] esse eundem [illegible] alius

ipse est

id est natura

vel quomodo [illegible] conveniant

id est substantia

ipse quam hee persone differant sed non sunt diverse

id est natus filius

ambro

reuelatione spiritus sancti intelligas loquitur pie credere volentibus ostendit tamen quod per speculum et in enigmate aliquid accipiendum sit cum dicitur pater in filio esse et filius in patre et spiritus sanctus in utroque.

Ad id quod exceperat redit. ut ostendat scilicet quod magnitudine alia non superat aliam.

Sed iam nunc ad propositum redeamus. et quod insistimus ostendentes quod magnitudine nulla trium personarum aliam superat. quia nulla maior est aliis. nec maius aliquid sunt due quam una. nec tres quam due. vel maior deus quam singuli eorum. quia singulus illorum perfectus est. nec est quo crescat illa perfectio.

Quod nulla personarum pars est trinitatis.

Nec est aliqua trium personarum pars dei vel divine essentie. quia singula harum verus et plenus deus est. et tota et plena divina una essentia est. Vnde nulla illarum trium trinitatis pars est. Vnde Augustinus in libro ii. contra Maximinum hereticum sic ait.

Quid tenebat hereticus ponit Augustinus. et respondet.

Ait. Putas dominum patrem cum filio et spiritu sancto unum deum non posse esse. times enim ne pater sit pars unius dei. qui constat ex tribus. Noli hoc timere. Nulla enim fit partium indecentia in unitate divinitatis. Vnus est deus pater et filius et spiritus sanctus. id est ipsa trinitas unus est deus. Ergo inquis deus pater est pars dei. Absit. tres enim persone sunt pater et filius et spiritus sanctus. et hii tres quia unius substantie sunt. unum sunt et summe unum sunt. ubi nulla naturarum

Quod tres persone dicuntur summe unum.

nulla est diuersitas uoluntatum. Si enim natura unum essent et consensione dissentirent. non summe unum essent. Si vero natura dispares essent. unum non essent. Hii ergo tres quia unum sunt propter ineffabilem coniunctionem deitatis qua ineffabiliter copulantur. unus deus est. Pars ergo trinitatis esse non potest quicumque unus in tribus. In trinitate ergo quia deus est et pater deus est et filius deus est et spiritus sanctus deus est. et simul hii tres unus deus. nec huius trinitatis tertia pars est unus. nec maius est aliquid duo quam unus est ibi. nec maius aliquid sunt omnes quam singuli. quia spiritalis non corporalis est illa magnitudo. Qui potest capere capiat. qui autem non potest credat et oret ut quod credit intelligat. Verum est enim quod per prophetam dicitur. Nisi credideritis non intelligetis.

Hic ubi aperte ostendit indifferentiam magnitudinis trium personarum incidenter.

Argumentatio Augustini contra hereticum quod ostendit patrem et filium et spiritum sanctum non esse tres trinitate.

Tu nempe dixisti unum deum non ex partibus esse compositum. et hinc patrem vis intelligi. Ille inquis unus est ingenitus simplex. Tamen in hac simplici virtute multa nobis commemorare cum dicis. Deus deum genuit. bonus bonum genuit. sapiens sapientem. clemens clementem. potens potentem. Numquid ergo bonitas et sapientia et clementia et potentia partes sunt unius virtutis quam simplicem esse dixisti. Si dixeris partes sunt. simplex ergo non est.

Ait.

ex partibus constat. et simplex illa virtus esse desinit. unus deus est. ergo deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico inquis. non sunt ergo partes. Si ergo in una persona patris illa inuenis que plura videntur. et partes non inuenis quia una virtus simplex est. quanto magis pater et filius et spiritus sanctus propter individuam deitatem unus deus est. et propter uniuscuiusque proprietatem tres persone sunt. et propter singulorum perfectionem partes unius dei non sunt. Virtus est pater. virtus est filius. virtus est spiritus sanctus. hoc verum dicis. Sed quod virtutem de virtute genitam. et virtutem de virtute procedentem non vis eandem habere naturam. hoc falsum dicis.

Ait.

hoc est contra fidem rectam et catholicam dicis.

Hic ubi aperte docet quod tres ille persone non sunt partes dei vel divine essentie. Nulla ergo earum trinitatis pars dicenda est. nec una maior aliis.

Cum dicimus tres personas esse unam essentiam. nec ut genus de speciebus. nec ut speciem de individuis predicamus. quia non essentia genus et persone species. vel essentia species et persone individua.

Hic adiciendum est quod tanta est equalitas trium personarum atque indifferens magnitudo. quod cum dicimus tres personas unam esse essentiam vel substantiam. non ut genus de speciebus. neque ut speciem de individuis predicamus. Non enim essentia divina genus est. et tres persone species. vel essentia divina species. et tres persone individua. quod Augustinus rationibus probabilibus atque irrefragabilibus aperte demonstrat in libro vii. de trinitate dicens.

Probat quod nullo modo ut genus de speciebus.

Si essentia genus est. species autem persona. ut nonnulli sentiunt. oportet appellari tres substantias. ut appellantur tres persone. Sicut cum sit animal genus et equus species. appellantur tres equi. eademque tria animalia. Non enim species ibi pluraliter dicitur. et genus singulariter. ut si diceretur. tres equi sunt unum animal. Sed sicut tres equi speciali nomine. ita tria animalia nomine generali dicuntur. Cum ergo tres personas unam fateamur esse essentiam. non tres essentias. cum tres equi tria animalia dicantur. non unum. patet nomine essentie non significari genus. nec nomine persone speciem.

Hic probat quod non dicitur ut species de individuis.

Si vero dicunt nomine persone non speciem significari. sed aliquid singulare atque individuum. nomine essentie speciem intelligi. ut persona non dicatur sicut homo. sed quomodo dicitur hic homo. velud Abraham. Isaac. Iacob. vel quis alius qui etiam digito presens demonstrari possit. sic et illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicuntur Abraham. Isaac et Iacob tria individua. ita tres homines et tria animalia. Cur ergo

scriptura. scil.

pater et filius et spiritus sanctus. Sed si secundum genus et speciem et individuum ista dixerimus, non ita dicuntur tres essentiae ut tres personae.

Alio modo probat idem.

Alio quoque modo idem probat Augustinus, quod essentia divina non est genus, nec personae species; et essentia non est species, nec personae individua. Si vero, inquit, essentia non est species sicut unum animal, sed hic species unius essentiae est, quia illi tres sunt tres species unius essentiae, quae divina est, et essentia quae non est. Si vero species esset essentia divina, et individua sic tres personae, individua ut Abraham, Isaac et Iacob. Sicut essentia species est, sic homo; sic non dicitur unus homo esse Abraham, Isaac et Iacob; ita non diceretur una essentia esse tres personae. Non itaque secundum genus et speciem ista dicimus.

Nec secundum materialem causam dicuntur tres personae una essentia.

Notandum etiam quod essentia divina non est materia trium personarum, ut Augustinus in eodem libro docet, [† tamquam] secundum communem eandem materiam tres personae dicantur esse una essentia, sicut ex eodem auro si fierent tres statuae, diceremus tres statuas unum aurum. Non autem sic Trinitatem, id est tres personas, dicimus unam essentiam et unum Deum, tamquam ex una materia tria quaedam subsistant. In statuis enim aequalibus plus auri est tres simul quam singulae, et minus auri est una quam duae; in illa vero essentia Trinitatis nullo modo ita est. Non ergo secundum materialem causam tres personas unam dicimus esse essentiam, sicut tres statuae dicuntur unum aurum.

Nec ita dicuntur tres personae una essentia ut tres homines unius naturae vel unius naturae.

Hic quoque addendum est quod tres personas non ita dicimus esse unam essentiam, ut Augustinus in eodem ait, et unius essentiae, sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus et eiusdem temperaturae corporis et eiusdem animi, unius esse naturae. Nam in his rebus tantum est unus homo quantum tres homines simul, et plus aliquid sunt homines duo quam unus homo, sicut in statuis aequalibus; in Deo autem non ita est. Non enim maior essentia est Pater et Filius simul quam solus Pater vel solus Filius; sed tres simul illae personae aequales sunt singulis. Ex premissis patet quod tres personae dicuntur divina essentia, nec secundum materialem causam, ut tres statuae unum aurum, nec secundum complexionis similitudinem, ut tres homines unius naturae, nec ut genus praedicatur de speciebus, vel ut species de individuis, vel continens de contentis, vel maius de minoribus.

Quod videntur adversari praedictis.

Hic autem videntur adversari quae quidam sacrae scripturae tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt, in quibus significare videntur quod essentia divina sit quoddam commune et universale, velut species; tres vero personae sunt tria particularia et quasi individua numero differentia. Unde Iohannes Damascenus, inter Graecorum doctores magnus, in libro quem de Trinitate scripsit, quem papa Eugenius transferri fecit: Communia et universalia praedicantur de subiectis sibi ipsis particularibus. Commune ergo substantia est, particulare vero hypostasis, id est persona. Particulare autem dicitur, non quoniam partem naturae habet, sed particulare numero, ut athomum, id est individuum.

Iohannes Damascenus

diligenter attende.

Numero enim, non natura, differre dicuntur hypostases. Item in eodem: Substantia significat communem et circumplectivam speciem omoeideon, id est similium specie hypostaseon, id est personarum, ut puta Deus, homo; hypostasis autem individuum demonstrat, scilicet Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, Petrum, Paulum et huiusmodi. Haec autem dicere videntur substantiam esse commune et universale, hypostasim vero particulare; et quod Deus est species sicut homo, et quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt individua sicut Petrus, Paulus, et quod numero differunt. Quae praemissis sententiis Augustini penitus contradicere videntur.

Verba Augustini tenenda dicit.

Quid ergo dicemus ad haec? Hoc utique dicere possumus atque debemus, quod ea quae Augustinus tradidit superius sine omni haesitatione tenenda sunt. Haec autem quae hic dicuntur, licet in sermonis superficie aliquid a fide alienum resonare videantur, sane tamen intelligi possunt. Pro quibus lectorem ac intellectorem pluribus flagitamus, in quorum explanatione mallem silens alios audire quam loquendo malivolis detrahendi occasionem praestare. Videtur tamen ita posse accipi, cum ait: substantia est commune, hypostasis est particulare. Non ita haec accepta sunt cum de Deo dicuntur, ut accipiuntur in philosophica disciplina.

Quod sane possint intelligi quae Iohannes dicit, et quo modo ostendit.

Sed per similitudinem eorum quae a philosophis dicuntur locutus est, ut sicut ibi commune et universale dicitur quod praedicatur de pluribus, particulare vel individuum quod de uno solo, ita hic essentia divina dicta est universale, quia de omnibus personis simul et de singulis separatim dicitur; particulare vero singula quaelibet personarum, quia nec de aliis communiter, nec de aliqua alia persona singulariter praedicatur. Per similitudinem ergo praedicationis substantiam dixit universale, et personas particularia et individua.

Ex quo intellectu dixerit quod substantia dicta sit species et universale, hypostasis individua.

Propter hoc idem etiam eandem divinam essentiam dixit esse speciem communem et circumplectivam similium specie personarum, quia sicut haec species homo de suis praedicatur individuis, velut de Petro et Paulo aliisque, quae natura non differunt sed numero, ita Deus de tribus praedicatur personis, quae in divinitate non differunt, sed per omnia conveniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas et res tempo tales perpendens Iohannes et in multis alterius [illegible] particularitatis nomina quae rebus temporalibus propria erant, ad res aeternas transtulit; Augustinus vero magnam inveniens dissimilitudinem earum quae sunt in tradicionem inter res praedicabilis excellentia trinitatis praedicamenti nomina removit.

[illegible]

Ex quo sensu dicat personas differre numero.

Quod autem Iohannes dicit hypostases differre numero, non in natura, id est quod non differant natura, verissime et sine scrupulo loquitur; sed ubi dicit differre numero, cavendum est quomodo intelligatur; duobus enim modis dicitur aliquid differre numero.

Qualiter modis dicatur differre numero, et secundum quem modum possit [illegible] personis.

Dicuntur enim aliqua differre numero quae ita differunt ut nec hoc sit illud, nec hoc [illegible] quod illud est vel ipsum est, qualiter differunt Socrates et Plato, et haec quae apud philosophos dicuntur individua vel particularia; iuxta quem modum non possunt dici tres personae differre numero. Dicuntur etiam differre numero quae in enumeratione sui computatione sibi adiunguntur, sed a se invicem discernuntur, ut cum de aliquibus rebus loquentes dicimus: una, duae, tres. Et secundum hunc modum recte dixit Iohannes hypostases vel personas differre numero. Possumus enim dicere: pater est unus, et pater et filius sunt duo, et pater et filius et spiritus sanctus sunt tres; sic et de eis: haec persona est una, et haec et illa sunt duae, et haec et illa et alia sunt tres. Convenienter ergo tres illae personae proprietatibus distingui dicuntur, ex quarum distinctione hypostases in sequenti tractabitur. Nunc vero ad inceptum redeamus, quae dicta sunt repetentes, ut sensui lectoris familiarius innotescant.

[illegible]

Quod una persona non est maior alia, nec tres simul quam una; et hoc ratione ostendit catholica.

Sciendum est quod tantam aequalitatem esse in trinitate dicit Augustinus in VI libro de Trinitate, ut non solum pater non sit maior quam filius, sed nec pater et filius simul maius aliquid sint quam spiritus sanctus, aut quaelibet persona tantum aliquid sit quam ipsa trinitas. Quod autem ita sit, aliquo modo fieri potest demonstrandum est; quantum ergo ipse creator adiuvat intendamus. Inquit Augustinus in eodem: quomodo in hac trinitate duae vel tres personae non sunt maius aliquid quam una earum.

Ratione subtilis sumpta intenditur ad ostendendum quod supra [illegible].

Quod ibi magnum dicitur, alicunde magnum non est quam eo quod vere est, quia ibi magnitudo ipsa veritas est. Non ergo ibi maius est quod verius non est. Non autem verius est pater et filius simul quam pater solus vel filius solus; non ergo maius aliquid utrumque simul sunt quam singulus eorum. Et quia aeque vere est etiam spiritus sanctus, nec pater et filius simul sunt aliquid maius quam ipse, quia nec verius.

Iterum aliter probat idem.

Item in eodem: in aeterna veritate hoc est verum esse quod est esse, et hoc est esse quod est magnum esse; hoc est ergo magnum esse quod verum esse. Quod igitur ibi aeque verum est, aeque magnum est. Quod ergo ibi plus veritatis non habet, non habet plus magnitudinis. Plus autem veritatis non habet quod verius non est. Non est autem verior una persona alia, vel duae quam una, vel tres simul quam singulae. Non ergo plus veritatis habet una quam alia, vel tres simul quam singula. Sic ergo ipsa trinitas non est maius aliquid quam unaquaeque ibi persona, sed tam magnum quam singula. Non enim ibi maior est quae verior non est, ubi ipsa veritas est magnitudo. Ecce iam convenienti ratione catholica ostensum est quomodo indifferens sit magnitudo trium personarum, quia nec una maior est alia, nec duae quam una, nec tres simul maius aliquid quam singula.

Quod deus non est dicendus triplex sicut trinus. Augustinus.

Propterea cum deus dicatur trinus, non tamen debet dici triplex. Ibi enim non est triplicitas, ubi summa est unitas et indifferens aequalitas. Unde Augustinus in libro VI de Trinitate ait: non quoniam deus trinitas est, ideo triplex putandus est; alioquin minor erit pater solus vel filius solus quam simul pater et filius, cum ipsi tamen et solus pater et solus filius et solus spiritus sanctus semper est, sicut pater et filius et spiritus sanctus; nullo modo triplex dicendus est deus. Non enim pater cum filio et spiritu sancto maior deus est quam singuli eorum, quia non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est et pater et filius et spiritus sanctus, et perfectus deus singulus eorum, et ideo trinitas potius quam triplex dicendus.

Quod non ita est in rebus corporeis sicut in trinitate.

In rebus corporeis non tantum est una quantum tres simul sunt, et plus sunt duae quam una res. In summa autem trinitate non sic; tantum est una persona quantum tres simul, et tantum sunt duae quantum una. Et in se infinitae sunt, quia non est finis magnitudinis earum. Ideo per hoc apparet quod supra diximus, scilicet quomodo et singula sunt in singulis, et omnia in singulis, et singula in omnibus, et omnia in omnibus, et unum omnia.

Ad ostenso qualiter persona alia non superet aliam magnitudine, nunc ostenditur qualiter non excellat alia potentia.

Ecce iam ostendimus sufficienter qualiter in trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

Nunc ostendere restat quomodo alia qua hac persona aliam non excellat potentia, ut sicut una et indifferens est magnitudo trium, ita una et indifferens monstretur potentia trium. Sciendum est igitur quod non est potentior pater filio, nec filius vel pater spiritu sancto, nec maiorem potentiam habent duo vel tres simul quam singuli eorum, quia nec plus possunt pater et filius quam solus spiritus sanctus, nec hi tres simul plus possunt quam singuli eorum, quia omnipotentiam habet pater, et filius accepit nascendo, et spiritus sanctus procedendo. Quod Augustinus rationibus et auctoritatibus probabiliter astruit in libro contra Maximinum, qui dicebat patrem potentiorem ac meliorem filio.

XX D

Nota [illegible] libero

Nota contra arrianos

Filius dixit in evangelio Iohannis

Contra arrianos

Nichil inquit in patre minus habet ille qui dixit: Omnia que habet pater mea sunt. Nam si minus habet in potestate quam pater, non sunt eius omnia que habet pater. Sed eius sunt omnia que habet pater: tantam ergo habet potestatem filius quantam pater. Equalis ergo est, in illo ergo quod accepit equalis ei est qui dedit.

Quod omnipotens filius equalis patri.

Ponit falsam rationem hereticorum.

Cum autem hoc de potencia asserit quod potens sit filius sicut pater, contenderunt heretici ut dicerent non omnipotentem potentem potuisse gignere, et non omnipotens omnipotentem; habet ergo pater omnipotenciam quam non habet filius. Sed hoc est falsum, quia ait filius: omnia que habet pater mea sunt.

Hoc vero fatebatur hereticus ex [illegible] quo [illegible] eludit ad [illegible]

Sed inquis pater a nemine habet potenciam accepit, filius autem a patre. Fatemur et nos filium accepisse potenciam a patre; sed eo modo quo natus est potens, pater vero potenciam filio dedit quia potentem eum genuit; gignendo enim dedit pater potenciam filio, sicut omnia que habet in substancia sua gignendo dedit ei quem genuit de substancia.

Quomodo Augustinus confutat hereticum.

Sed querendum utrum tantam quanta ipse est potenciam pater filio dederit, an minorem. Si tantam, non solum potentem sed etiam omnipotentem genuisse omnipotens intelligitur; si vero minorem, quomodo omnia que habet pater filii sunt? Si patris omnipotencia filii non est, non omnia procul dubio que habet pater filii sunt. Sed omnia filii sunt: omnipotencia ergo patris et filii est; non est ergo pater potencior filio.

Alia probat filium equalem patri.

Item alio modo probat filium equalem patri contra maximum illorum dictum. Tu dicis quod pater genuit filium minorem se ipso, aliquid patri derogas.

Si pater non potuit vel noluit gignere equalem filium, vel infirmus vel invidus.

Et filium unicum minorem gignere voluit, aut non potuit aut noluit gignere equalem. Si autem dicis quia non voluit, invidum esse dixisti; si autem non potuit, ubi est omnipotencia dei patris? Per hunc articulum res colligitur: ut deus pater equalem sibi gignere filium aut non potuit aut noluit. Si non potuit, infirmum; si noluit, invidum invenimus. Sed utrumque hoc falsum est. Patri ergo filius vere equalis est. Genuit ergo pater sibi equalem filium, et ab utroque procedit utrique equalis spiritus sanctus. Sicut enim formam suam, ut ait Augustinus, eundem pater in unico filio plenam gignere potuit, non tamen plenam genuit sed minorem, cogimini in patre invidum dicere. Plenum ergo deum equalem genuit filium.

Per simile ostendit quod non minorem pater filium genuit.

Hoc autem per similitudinem humanam ita esse demonstrat inquiens: homo qui non minorem pater si potuisset equalem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere quod hoc omnipotens deus non potuit? Addo etiam quod si posset homo maiorem et meliorem quam se ipse gigneret filium, homo maior vel melius esse quam magnum esse non potuit deus quod eum coequalem ut ait genuit filium, cui nec anni necessarii fuerunt per quos adimpleretur equalitas, nec omnipotencia defuit. An forte noluit? Ergo equalis sit invidus; sed non invidit: equalem ergo genuit filium. Credendum ergo ei filium esse equalem.

Opinionem heretici ponit ut destruat.

Sed forte dicetis: ideo maior est pater filio, quia de nullo genitus genuit tamen equalem. Ad quod ego respondebo: Immo ideo non est maior filio pater, quia equalem genuit. Origo enim questio est illa, cuius de quo sit; equalitatis autem qualis aut quantus sit. Quod est dicere: ad originem pertinet questio qua queritur quis de quo sit, ad equalitatem vero illa qua queritur qualis aut quantus quis sit. Hoc enim dicit: filius a patre genitus ostendit non inequalitatem substancie, sed ordinem nature, non quo alter prior esset altero, sed quo alter est ex altero. Non ergo secundum hoc quod pater genuit et filius genitus est, vel spiritus sanctus ab utroque procedit, equalitas vel inequalitas consideratur, quia non secundum hec alia personaliter equalis vel inequalis dicitur. Hec equalitas trinitatis in una eademque substancia, quantum ad potenciam demonstrata est in superioribus, quia nulla aliqua trium personarum quamlibet aliam nec eternitate nec magnitudine nec potencia excellat.

XXI D

Quomodo possit dici solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus, cum sint inseparabiles.

Hic oritur questio trahens originem ex predictis. Dictum est enim supra quod tantum est solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus quantum simul illi tres; ergo due vel tres persone simul non sunt maius aliquid quam una sola, sicut ait Augustinus in vi libro de trinitate. Quomodo hoc sane dici possit, cum nec pater sit solus nec filius nec spiritus sanctus, sed semper et inseparabiliter et filius cum patre et pater cum filio et spiritus sanctus cum utroque; inseparabiles enim sunt hee tres persone. Ad quod ita respondet Augustinus in eodem: Solum patrem dicimus, non quia separatur a filio vel spiritu sancto, sed hoc dicentes significamus quod illi simul cum eo non sunt pater. Solus enim pater pater est, quod non dicitur quod ipse sit solus, id est sine filio vel spiritu sancto, sed quia nec filius nec spiritus sanctus a paterni nominis consortio excluduntur. Item cum dicitur solus filius filius est, vel solus spiritus sanctus spiritus sanctus est, non dividitur filius a patre vel spiritus sanctus ab utroque, sed a consortio filialis proprietatis excluduntur pater et spiritus sanctus, et a consortio processibilis proprietatis pater et filius. Cum ergo dicitur tantum est solus pater quantum simul illi tres, per hoc quod dicitur solus intelligitur pater ab aliis. Vel hic est sensus: Solus pater, id est pater qui ita pater est quod nec filius nec spiritus sanctus est, etc. Similiter intellige cum dicitur solus filius vel solus spiritus sanctus. Solus ergo pater dicitur, ut ait Augustinus in eodem, quia non nisi ipse ibi pater est, et solus filius quia non nisi ipse ibi filius est, et solus spiritus sanctus quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est.

Et filio et spiritu sancto

In fine

Utrum possit dici solus pater est deus, solus filius est deus, solus spiritus sanctus est deus, et pater est solus deus, filius est solus deus, spiritus sanctus est solus deus.

Post hec queritur utrum sicut dicitur solus pater est pater vel solus filius est filius, ita possit dici solus pater est deus vel solus filius est deus, et ita de spiritu sancto; aut pater est solus deus, filius est solus deus. Ad quod dicimus quia pater et filius et spiritus sanctus dicitur et est unus deus, et hec trinitas simul pariter dicitur esse solus deus, sicut et solus sapiens, solus potens. Sed non videtur debere dici quia nolentibus nostris [illegible], ubi sermo auctoritatis occurrit: Solus pater est deus, vel pater est solus deus; eadem de filio et spiritu sancto dicuntur. Unde Aug. in VI libro de trinitate: Cum ostendimus quomodo non possit dici solus pater vel solus filius, considerandum est illa sententia qua dicitur: Non esse solum patrem deum verum solum, sed patrem et filium et spiritum sanctum.

Quod non dicitur solus pater deus.

Ecce hic ostenditur quod non solus pater dicitur deus, sed est cum solus verus deus, sed trinitas eadem.

Quod pater non solus deus sed trinitas.

Si quis interroget pater solus utrum sit deus, quomodo respondebitur? Non esse solum deum, nisi forte ita dicamus esse quidem patrem deum, sed non eum esse solum deum, sed esse illum solum deum dicam patrem et filium et spiritum sanctum. Ecce hic habes quia pater non debet dici solus deus, atque hic solum in parte subiecta trinitatis accipere quidam voluerunt, in parte vero predicati sic intelligunt quia pater est solus deus; sed ex libris Aug. ostenditur quod ipse solus deus dici debeat tota trinitas. Ut hic trinitas, ut ait Aug. contra Maximinum, intelligitur cum apostolus dicit: Beatus et solus potens, ubi soli sapienti deo, ubi etiam invisibili soli deo. Non enim de solo patre accipienda sunt, ut contendebat Maximinus et alii heretici, sed de trinitate. Sic et illud: Solus habet immortalitatem, quia et ipsa trinitas est unus solus deus. Beatus, potens, sapiens, invisibilis, ut ait Aug. in eodem. Cum unus deus sit trinitas, sit nobis soluta questione, ut intelligamus solum deum sapientem, solum potentem patrem et filium et spiritum sanctum, qui est unus et solus deus.

Quomodo trinitas dicatur solus deus, cum ipsa sit cum spiritualibus [illegible] animabus sanctis.

Sed et iterum queritur quomodo trinitatem esse trinitatem deum solum dicimus, cum sit cum spiritualibus et animabus sanctis. Ad quod respondet Aug. in VI libro de trinitate ita dicens: Trinitatem deum deum solum, quamvis semper sit cum spiritualibus et animabus sanctis, sed solum deum dicimus quia non aliud quam ipsa trinitas deus est. Non enim illi cum illa dii sunt vel aliqua alia, sed ipsa trinitas cum eis non illis vel aliud deus est.

Illa de patre solo predicari dicuntur, si non excluderetur filius et spiritus sanctus.

Verumtamen, ut ait Aug., et illa de solo patre predicta dicuntur, si non excluderetur filius vel spiritus sanctus, quia hi tres unum sunt. Sicut in apocalipsi de filio legitur quod habet nomen scriptum quod nemo scit nisi ipse, non enim inde separatur pater vel spiritus sanctus. Et cum dicitur: Nemo novit patrem nisi filius, non inde separatur pater vel spiritus sanctus, quia inseparabiles sunt. Aliquando enim nominatur pater et filius et tacetur spiritus sanctus, sicut veritas ad patrem loquitur: Ut cognoscant te et quem misisti Iesum Christum esse unum verum deum. Cur ergo, inquit Aug., tacuit de spiritu sancto? Quia consequens est ut ubicumque nominatur unus, sicut pater et filius, tamen pace unum adherens intelligatur et ipsa pax, quamvis non commemoretur. Uno ergo illorum nominato et reliqui intelliguntur, quod in pluribus scripture locis occurrit.

XXII D

De nominum diversitate quibus utimur loquentes de deo.

Post predicta disserendum nobis est de nominum diversitate quibus loquimur de unitate ac trinitate ineffabili trinitatis; deinde ostendendum est quibus modis de ea aliquid dicatur. Illud autem precipue teneamus, quedam nomina distincte ad singulas personas pertinere, ut ait Aug. in VII libro de trinitate, que de singulis proprie dicuntur personis; quedam vero unitatem essentie significantia sunt, que de singulis singulatim et de omnibus communiter dicuntur; alia vero sunt que translative et per similitudinem de deo dicuntur. Unde Ambrosius in II libro de trinitate: Quo planius intueatur fidei tue veritas, adhibenda distinctio. Sunt enim quedam nomina que evidenter proprietatem divinitatis ostendunt, et sunt quedam que perspicuam divine maiestatis exprimunt unitatem, alia vero sunt que translative per similitudinem de deo dicuntur. Proprietatis itaque indicia sunt generatio, filius, verbum et huiusmodi; unitatis vero essentia, sapientia, virtus, veritas et his similia; similitudinis splendor, character, speculum et huiusmodi.

Prius sic additur: Quedam etiam nomina que ex tempore deo conveniunt et relative dicuntur.

His adiciendum est quod quedam etiam nomina sunt, ut ait Aug. in V libro de trinitate, que ex tempore deo conveniunt et relative ad creaturam dicuntur; quorum quedam de omnibus dicuntur personis, ut dominus, creator, refugium; quedam autem non de omnibus, ut donatus, datus, missus.

De hoc nomine trinitas additur.

Preterea est unum nomen quod de nulla persona singulatim dicitur, sed de omnibus simul, id est trinitas, quod non dicitur secundum substantiam, sed quasi collectivum pluralitatem designat personarum.

De aliis nominibus que temporaliter congruunt et non relative dicuntur.

Sunt etiam quedam nomina que ex tempore deo conveniunt, non relative dicuntur, ut incarnatus, humanatus et huiusmodi. Ecce nominum distinctionem assignavimus quibus utimur loquentes de deo, de quibus singulis agendum est.

communibus

epistola ad romanos

epistola ad timotheum

a. salvator

nomina indicantia proprietatem

quod dicitur de filio et spiritu sancto

Aug. ad maximinum. non quod pater solus
[illegible] verus deus, sed quia ipsa trinitas sit
solus verus deus.

Quod illa nomina que ad singulas pertinent personas proprie relative dicuntur; illa que unitatem essentie significant ad se dicuntur et de singulis et de omnibus communiter dicuntur personis et singulariter, non pluraliter in summa accipiuntur.

Sciendum est etiam quod illa nomina que proprie ad singulas pertinent personas relative ad invicem dicuntur, sicut Pater, Filius, et Donum Spiritus sanctus. Illa vero que unitatem essentie significant ad se dicuntur; et que ad se dicuntur substantialiter utique dicuntur de omnibus communiter et de singulis sigillatim dicuntur personis, et singulariter non pluraliter accipiuntur in summa, ut Deus, bonus, potens, magnus, et huiusmodi. Que autem relative dicuntur, substantialiter de singulis non dicuntur. Unde Augustinus in V libro de Trinitate ait: Quicquid ad se dicitur prestantissima illa et divina sublimitas substantialiter dicitur; quod autem ad aliquid dicitur non substantialiter sed relative dicitur. Tantamque vim esse eiusdem substantie in Patre et Filio et Spiritu sancto, ut quicquid de singulis ad se ipsos dicitur non pluraliter in summa sed singulariter accipiatur. Quemadmodum enim Pater est Deus, Filius est Deus, et Spiritus sanctus est Deus, quod secundum substantiam dici nemo dubitat; non tamen dicimus summam ipsam Trinitatem esse tres deos, sed unum Deum. Ita dicitur Pater magnus, Filius magnus, et Spiritus sanctus magnus, non tamen tres magni sed unus magnus. Item omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, non tamen tres omnipotentes sed unus omnipotens. Quicquid ergo ad se ipsum dicitur Deus, et de singulis personis simul dicitur et simul de ipsa Trinitate, non pluraliter sed singulariter dicitur. Non enim aliud est Deo esse et aliud magnum esse, sed hoc idem est illi esse quod est magnum esse. Propterea sicut non dicimus tres essentias, sic nec dicimus tres magnitudines, sed unam essentiam et unam magnitudinem.

Quod magnus ea magnitudine que ipse est; et de bonitate et de omnibus que secundum substantiam dicuntur.

Deus enim non est magnus ea magnitudine que non est hoc quod ipse, ut quasi particeps eius sit; alioquin maior esset illa magnitudo quam Deus. Deo autem non est aliquid maius. Ea ergo magnitudine magnus est que ipse est. Ideoque non tres magnitudines dicimus, sed unam magnitudinem, nec tres magnos sed unum magnum; quia non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed se ipso magno magnus est, quia ipse est sua magnitudo. Ita et de bonitate et eternitate et omnipotentia Dei dicendum est, et de omnibus omnino que de Deo possunt pronuntiari substantialiter, quibus ad se ipsum dicitur, non translate ac per similitudinem, sed proprie, si tamen de illo proprie aliquid ore hominis dici potest.

¶ Ecce aperte docuit quod nomina unitatem divine maiestatis significantia et ad se dicuntur de Deo, id est sine relatione, et de omnibus personis communiter et de singulis distincte dicuntur, nec pluraliter sed singulariter in summa accipiuntur. Illa vero nomina que proprie ad singulas pertinent personas relative non substantialiter dicuntur. Secundum que ipse singula in Trinitate proprie dicuntur, ut ait Augustinus in eodem: Nullo modo ad se ipsum, sed ad aliam invicem vel ad creaturam dicuntur; et ideo relative non substantialiter dici manifestum est.

XXIII D.

De hoc nomine quod est persona, quod cum secundum substantiam dicatur, tamen pluraliter non singulariter in summa accipitur.

Predictis adiciendum unum est, quod cum omnia nomina que secundum substantiam de Deo dicuntur singulariter non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis, ut supra ostensum est, est tamen unum nomen, scilicet persona, quod secundum substantiam dicitur et de singulis personis pluraliter non singulariter in summa accipitur. Dicimus enim: Pater est persona, Filius est persona, Spiritus sanctus est persona, et hoc secundum substantiam dicitur; nec tamen dicitur Pater et Filius et Spiritus sanctus sunt una persona, sed tres persone. Hoc ergo nomen excipitur a predicta regula nominum que secundum substantiam de Deo dicuntur, quia cum ad se dicatur et secundum substantiam, pluraliter tamen non singulariter in summa accipitur.

Quomodo nomen persona ad se dicatur et secundum substantiam.

Quod autem persona secundum substantiam dicatur, Augustinus ostendit in libro VII de Trinitate dicens: Non est aliud Deo esse et aliud personam esse, sed omnino idem. Item: In hac Trinitate cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus quam substantiam Patris. Quocirca ut substantia Patris ipse Pater est, non quo Pater est sed quo est, ita et persona Patris non aliud quam ipse Pater est. Ad se quippe dicitur persona, non ad Filium vel Spiritum sanctum, sicut ad se dicitur Deus et magnus et bonus et iustus et huiusmodi. Et quemadmodum hoc illi est esse quod Deum esse, quod magnum esse, quod bonum esse, ita hoc est illi esse quod personam esse.

¶ Ecce expresse hic dicit quod persona secundum substantiam dicitur; ut cum dicitur Pater est persona, hic sit sensus: Pater est essentia divina. Similiter cum dicitur Filius est persona, Spiritus sanctus est persona, id est essentia divina.

Cur Pater et Filius et Spiritus sanctus non dicantur una persona, ut una substantia.

Decernitur hic questio difficilis quidem sed non inutilis, qua queritur cur non dicantur hi tres una persona, sicut una substantia et essentia et unus Deus. Quam questionem Augustinus diligenter tractat atque congrue explicat in VII libro de Trinitate dicens: Cur non hec tria simul unam personam dicimus, sicut unam essentiam et unum Deum, sed dicimus tres personas, cum tres deos aut tres essentias non dicamus? Solutio.

Quia volumus vel unum aliquod vocabulum servare huic significationi qua intelligitur Trinitas, ne omnino taceremus interrogati quid tres, cum tres esse fateremur. Cum ergo queritur quid tres, ut ait Augustinus in V libro de Trinitate, magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen tres persone, non ut illud diceretur, sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet. ¶ Ecce ostendit quod necessitate dicatur pluraliter persone, videlicet ut hoc uno nomine querentibus de tribus responderemus.

Quia necessitate dictum sit tres persone, tamen non tres essentie vel hypostases vel substantie.

id est de una persona vel alterius.

cum sint talia non sunt plura nomina equaliter simul.

Nota quod magnus dicitur de Deo [illegible] dicit quod magnus sit et Deus quia non sit Deus, quia non reciperet quod Deus sit dignitatis Deo, quia illa magnitudo participaret a Deo esse efficaciter et essentialiter divine, et Deo vero dignitate suo effectu sed ipso contrario, et id dignitatis Deo quod sunt.

Nota quod signant divina essentiam et nullam notant distinctionem.

id est substantiali.

Tamen est excipitur quod magnus significat divinam essentiam et non distinctionem, et ideo pluraliter dicitur de personis.

quod nomen persona

quod hoc vocabulum persone est de [illegible]

Quod necessitate non solum latini sermonis sed etiam graeci eadem pene super hac re laborantis nomen inventum persone vocabulum. Unde Augustinus quod a graecis et a latinis necessitate [illegible] dicens in vii libro de trinitate: Loquendi causa de ineffabilibus ut fari aliquo modo possemus quod effari nullo modo possumus dictum est a graecis una essentia tres substantie, id est una usia tres hypostases. Aliter enim graeci accipiunt substantiam quam latini. A latinis autem dictum est una essentia vel substantia tres personae, quia non aliter in sermone nostro, id est latino, essentia quam substantia solet intelligi. Et ut intelligatur saltem in enigmate, placuit ita dici ut diceretur quid cum quaereretur quid tria sint, que tria esse fides vera pronuntiat, cum et patrem non dicit esse filium et spiritum sanctum, quod est donum dei, nec patrem dicit esse nec filium. Cum ergo quaeritur quid tria vel quid tres, conferimus nos ad inveniendum aliquod nomen quo complectamur haec tria; neque occurrit animo, quia supereminentia divinitatis usitati eloquii facultatem excedit. Quod verius cogitatur quam dicatur et verius est quam cogitatur.

Verius enim cogitatur deus quam dicitur, et verius est quam cogitatur. Pater ergo et filius et spiritus sanctus quoniam tres sunt, quid tres sint quaeramus et quid commune habeant. Non enim possunt dici tres patres quia pater ibi non est nisi pater, nec tres filii cum nec pater ibi sit filius nec spiritus sanctus, nec tres spiritus sancti quia spiritus sanctus propria significatione qua etiam donum dei dicitur nec pater est nec filius. Quid igitur tres? Si tres personae, commune est eis id quod persona est. Certe enim quod pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est persona, ideo dicuntur tres personae. Propterea ergo dicimus tres personas quia commune est eis id quod persona est. ¶ Ex predictis aperte intelligi potest quia necessitate dicendi sit dictum tres personae, cum persona secundum substantiam dicatur, unde in tribus commune est id quod persona est.

Sed quaeritur hic cur non dicamus patrem et filium et spiritum sanctum esse tres deos, sicut dicimus tres personas, quia commune est eis quod persona est, id est quia pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est persona. Cur non dicimus similiter tres deos, cum pater sit deus et filius sit deus et spiritus sanctus sit deus? Quia illud scriptura contradicit, hoc autem, id est dicere tres personas, non contradicit. Quare non dicimus tres deos sicut patrem et filium et spiritum sanctum dicimus tres personas, cum quilibet eorum sit deus. Unde Augustinus movens hanc quaestionem atque diffiniens in libro vii de trinitate ait: Si ideo dicimus patrem et filium et spiritum sanctum esse tres personas quia commune est eis id quod persona est, cur non etiam tres deos dicimus? Certe enim quia pater est persona et filius persona et spiritus sanctus persona, ideo tres personae dicuntur; quia ergo pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus, cur non dicuntur tres dii? ¶ Ecce proposuit quaestionem. Attende quid respondeat subdens: An ideo non dicuntur tres dii quia scriptura non dicit tres deos? Sed nec tres personas alicubi scriptura nostra commemorat, et tamen licuit loquendi et disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia scriptura non contradicit. Si autem diceremus tres deos, contradiceret scriptura dicens: Audi Israel, deus tuus deus unus est. ¶ Ecce absolutio huius quaestionis, quare potius dicamus tres personas quam tres deos, quia scilicet illud non contradicit scriptura. Alia quaestio: cur non dicimus tres essentias sicut tres personas, cum scriptura non contradicat.

Verum adhuc hic alia emergit quaestio, quam Augustinus consequenter adnectit dicens: Cur, inquit, et tres essentias non licet dicere, quod similiter scriptura sicut non dicit, ita non contradicit? Nam si dicatur propter unitatem trinitatis non dici tres essentias sed unam essentiam, quaero cur non propter eandem unitatem trinitatis dicatur una persona et non tres personae. Ut enim est illis commune nomen essentiae, ita ut singulus quisque dicatur essentia, sic illis commune est personae vocabulum. Quid ergo restat nisi ut fateamur loquendi necessitate a graecis et latinis parta haec vocabula ad usus insidias vel errores haereticorum? Cum enim conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus quod in secretario mentis de deo tenet sive per piam fidem sive per qualemcumque intelligentiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa aequalitate ulla diversitas. Rursum non esse tria quaedam non poterat dicere, quod dicendo Sabellius in haeresim lapsus est. Quaesivit ergo quid tria diceret, et dixit tres personas sive tres substantias secundum graecos. Sicut nos dicimus tres personas, ita graeci tres substantias, quas dicunt hypostases, aliter accipientes substantiam quam nos.

Quod enim de personis secundum nostram, hoc de substantiis secundum graecorum consuetudinem oportet intelligi. Sic enim illi dicunt tres substantias unam essentiam, id est tres hypostases unam usiam, quemadmodum nos dicimus tres personas unam essentiam vel substantiam. Quamquam illi si vellent, sicut dicunt tres substantias tres hypostases, possent dicere tres personas tria prosopa. Illud autem maluerunt dicere quod forte esset secundum linguae suae consuetudinem aptius diceretur. Quod in trinitate non est diversitas nec singularitas vel solitudo, sed unitas et trinitas, et distinctio et identitas.

Iam sufficienter ut puto ostensum est quia necessitate dicamus unam essentiam et tres personas, et quare non similiter et tres essentias, quod sic in alio obviat scripturam. In quo nomine diversitas intelligitur, quod ibi nulla penitus est diversitas, sicut nec singularitas vel solitudo, sed unitas et trinitas. Unde Augustinus in libro vii de trinitate: Humana inopia quaerens quid diceret tria, dixit tres personas vel substantias, quibus nominibus non diversitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit, ut non solum

Nota quando sit auctoritas sacre scripture

Sabelli

Questio

ibi unionis intelligentia. Ex eo quod dicitur una essentia, significatur unitas; ex eo quod dicuntur tres personae, trinitas. Hylarius quoque in libro vii. de trinitate: Deus dicitur, qui ne unicus videatur, et — patrem. Cum hoc dicitur, excluditur singularitatis atque unici intelligentia. Nam nec solitarium sermo significat, et indifferentem tamen naturam professio docet. Unius est enim in filio patris per naturae unitatem similitudinis. Unum sunt enim natura generis, non tamen unus sunt; neque unus. Non itaque solitarius filius est nec singularis, nec dispar. Item in eodem: Sicut in patre et filio credere duos deos impium est, ita patrem et filium singularem deum praedicare sacrilegum est. Nihil in his novum, nihil diversum, nihil alienum, nihil separabile est. Dicit etiam Augustinus in libro quaestionum veteris ac novae legis: Unus est deus, sed non singularis. Item Ambrosius in libro de trinitate: Quod unus est, sine separari non potest, et unum sit singularitatis, sed unitatis. Deus unus cum dicitur, nequaquam deitatis trinitatem excludit, ut ostendat singularitatis sed quod unitatis est praedicat. ¶ Ecce ex praedictis ostenditur quod nec singularis nec diversus nec unicus vel solitarius confitendus est deus. Quia singularitas vel solitudo personarum pluralitatem excludit, et diversitas unitatem essentiae tollit. Diversitas inducit separationem divinitatis, singularitas adimit distinctionem trinitatis. Ideo Ambrosius in i. libro de trinitate ait: Non est divisa nec singularis aequalitas, nec iuxta Sabellianos patrem filiumque confundentes, nec iuxta Arrianos patrem filiumque secernentes. Pater enim et filius distinctionem habent, non separationem. Ideo non habent, ut in eodem ait: Pater et filius divinitate unum sunt, nec est ibi substantiae differentia nec ulla diversitas. Alioquin quomodo unum deum dicimus? Diversitas enim plures facit. ¶ Constat ergo ex praedictis quia in trinitate nulla est diversitas. Sed tamen aliquando in scriptura invenitur dictum tres diversae personae, et huiusmodi. Diversas dicit distinctas. Quod divisae dicuntur aliquando personae vel distinctae. Quod non debet dici deus multiplex, sed triplex.

Et sicut in trinitate non est diversitas, ita nec multiplicitas. Unde non est dicendus deus multiplex, sed trinus et simplex. Unde Ambrosius in primo libro de trinitate: Est in patre et filio non discrepans, sed una divinitas, nec confusum quod unum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex ergo deus non est.

XXIIII D.

Hic diligenter inquiri oportet, cum in trinitate non sit diversitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus, scilicet unus vel una, duo vel duae, tres vel tria, plures et pluralitas, distinctae et distinctio, cum dicitur unus deus, duae personae, vel tres personae vel plures personae, distinctae sunt personae; vel cum dicitur distinctio personarum, pluralitas personarum, trinitas personarum et huiusmodi. Videntur enim haec dici secundum numerum quantitatis, et ad multitudinem vel multiplicitatem inde posita. Quid ergo ista ibi significent, ipso de quo loquimur aperte insinuare curemus. Quid significetur his nominibus: unus, duo vel duae, tres, trina vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distinctae, cum his utimur de deo loquentes. Magister: Illa dicuntur ad excludendum ea quae non sunt in deo, non ad ponendum aliqua.

Sed diligenti perquisitione auctoritatum intendimus ut dictorum intelligentiam capiamus. Magis videtur horum usus introductus ratione removendi atque excludendi a simplicitate deitatis quae ibi non sunt, quam ponendi aliqua. Quid per unum significatur.

Cum enim dicitur unus deus, multitudo deorum excluditur, nec numerus quantitatis in divinitate ponitur, tamquam si dicatur deus est, et non sunt plures dii. Unde Ambrosius de fide: Cum unum deum dicimus, unitas exclusit numerum deorum, nec quantitatem in deo ponit, quia nec numerus nec quantitas ibi est. Quo sensu dicitur unus est pater vel unus est filius.

Similiter cum dicitur unus est pater, unus est filius, et huiusmodi, hoc dicitur quod non sunt multi patres vel multi filii. Item de similibus. Ex qua intelligentia dicantur personae plures.

Item cum dicimus plures esse personas, singularitatem atque solitudinem excludimus, et diversitatem vel multiplicitatem ibi ponimus; sed ostenditur sine solitudine ac singularitate personas confiteri. Unde Hylarius in iiii. libro de trinitate ait: Dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Quaero nunc, an solum deum sibi locutum existimes, an hunc sermonem esse intelligas ad alium extitisse. Si solum fuisse dicis, ipsius voce arguere dicentis faciamus et nostram. Sustulit enim singularitatis ac solitudinis intelligentiam professio consortii, quia ad consortium esse non potest ipsi solitario, neque solitudo solitarii recipit faciamus, nec alienus a se dicet nostram. ¶ Attende lector his verbis, et vide quia nomine consortii pluralitatem significat. Professio vero consortii est professio pluralitatis, quam professus est dicens: Faciamus et nostram. Per consortium quoque dicit: si hac professione pluralitatis non diversitatem vel multitudinem posuit, sed solitudinem vel singularitatem negavit. Sic ergo cum dicimus plures personas vel pluralitatem personarum, singularitatis et solitudinis intelligentiam excludimus. Quid per trinitatem significetur cum dicitur tres personae.

Sic etiam cum dicimus tres personas, nomine trinitatis non quantitatem numeri ibi ponimus

¶ Ubi agitur in euangelio Iohannis — hyla.

¶ In personis ideo deitate

¶ Contra arrianum — hyla.

¶ Contra sabellianum

amb.

¶ amb. — Sabellium — Arrium

ab.

¶ Hoc quod dicit tales fuerint debent intelligi deus et unus et trinus.

¶ De essentiarum personarum

hyla.

aliquam diversitatem, sed intelligentiam non ad aliud nisi ad Patrem et Filium et Spiritum Sanctum diligendum significandum, ut sit hec dicti intelligentia: tres personae sunt, id est sunt tres, pater et filius et spiritus sanctus; nec tantum pater, nec tantum filius, nec tantum pater et filius intelliguntur sunt, sed etiam spiritus sanctus et non alius ab his. Similiter si non tantum est una persona vel illa vel hec et illa, sed hec et illa et illa non alia, sic forte intelligendum. Augustinus satis ostendit dicens quia illo nomine non diversitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit.

Quid per [illegible] duo eidem duae personae vel pater et filius duo sunt

Similiter cum dicimus duo sunt pater et filius, sic numeralem quantitatem ibi ponimus, sed hoc significamus quod non est tantum pater vel pater et filius, nec tantum filius, sed pater et filius, et hic non est ille, et ille non est iste, et huiusmodi. Ita et cum dicimus pater et filius sunt duae personae, hoc significamus quod non tantum pater est persona, nec tantum filius est persona, sed pater est persona et filius est persona, et hic non est ille.

Ex quo sensu dicantur tres personae

Cum autem dicimus distinctae sunt personae vel distinctio est in personis, confusionem atque permixtionem excludimus, et hanc ibi esse illam significamus. Cum quoque dicimus distinctae sunt tres personae, proprietatibus differentiis personalibus aliam esse hanc personam et aliam illam vel illas proprietatibus significamus; et cum dicimus aliam et aliam, non diversitatem vel alienationem ibi ponimus, sed confusionem Sabellianam excludimus.

distinctio vel personae distinctae tres — Quomodo ibi accipiatur discretio vel distinctio

Ubi etiam cum dicuntur discretae personae, vel cum dicitur discretio esse in personis, eandem intelligentiam facimus; sic enim ibi accipitur distinctio quo discretio, et congrue dicitur ibi esse discretio, ut distinctio, non diversitas vel divisio sive separatio. Unde Ambrosius in I libro de Trinitate: Non enim idem est pater qui filius, sed inter patrem et filium expressa distinctio est.

Quomodo tres intelligantur accipiatur

Quoniam vero dictum est quid significari ibi, id quod significatur cum dicitur tres personae, vel [illegible] tres personae vel filii, accipiatur est tres personae, ita non debeat dici pater est trinitas vel filius est trinitas.

quod non contrarium superiori

Hic non est praetermittendum quod cum supra dictum sit Deum non singularem nec multiplicem esse, ostendendum id quod secundum auctoritates sic confirmatur. In memoriam venit scriptura Ysidori dicentis: Deus quidem non est in trinitate unitas, sed est unitas simplex et singularis, trinitas vero multiplex et numerabilis, quod est contra fidem. Sed tamen dicere Deum singularem et trinitatem multiplicem et numerabilem, sed ad hoc Deum singularem accepit sicut et alii accipiunt unicum, multiplicem vero innumerabilem sicut alii dicunt trinitatem.

Quod significetur cum dicitur pluraliter tres personae vel duae personae

Praeterea considerandum est cum hoc nomen persona ita

positum est secundum similem dicendi quae sit intelligentia dicti cum pluraliter proferuntur tres personae vel duae personae, vel cum dicitur alia est persona patris, alia persona filii, alia persona spiritus sancti. Sicut enim his locutionibus personae vocabulum essentiae intelligentiam facit, plures essentias esse videntur et ita plures dii. Si vero essentiae significationem ibi non teneat, qua est huius nominis ratio cum dicitur pater est persona, filius est persona, et alia cum dicitur pater et filius et spiritus sanctus sunt tres personae, vel cum dicitur alia est persona patris, alia filii et huiusmodi?

Quod videtur secundum essentiam dici alia persona patris, alia filii, sive tres personae, ut esse dicatur

Persona enim, ut supra ait Augustinus, ad se dicitur, idemque est Deo esse personam quod esse, sicut idem est ei esse quod Deum esse; unde manifeste colligitur quod essentiam divinam praedicavit dicens: pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona, id est persona vel essentia [illegible] unum idem significat nomine persona, essentia divina. Cum dicitur pater est [illegible] filius est persona, significato nomine divino dicitur spiritus sanctus est deus, filius est deus, et ideo significatur nomine persona essentia divina intelligi.

Pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona

Quod nomine personae dicitur significari essentia

Quod tamen secundum substantiam dicitur, et unum non dicitur pater et filius et spiritus sanctus sunt tres personae. Quid nomine personae significatur, an essentiam? Hoc enim videtur supra posita verba Augustini diligenter sequentibus; supra enim dixit quod ideo tres personas dicimus, quia id quod persona est commune est eis. Item cum pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est persona, et tres personae dicuntur, videtur quod eandem rem significamus hoc nomine persona cum dicitur tres personae quam hic cum dicitur pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona. Quia ut ostendit Augustinus, hoc dicitur tres personae propter illud quod commune est eis; id ergo quod commune est patri et filio et spiritui sancto, videtur significari nomine personae cum dicitur tres personae.

Quod nomine personae dicitur essentia: pater est deus

Aliter videtur posse ostendi quod non essentia

Aliter etiam potest ostendi quod in nomine personae significetur essentia cum dicitur tres personae; ut enim supra dicit Augustinus, ea necessitate dicimus tres personas, ut respondeamus quaerentibus quid tres; quod tres quasi ut quaerentes respondeamus personae. Hoc autem esse tres quid quaeratur, per quod de essentia quaeritur. Non enim invenitur quod illi tres sint in essentia. Si ergo quaeritur recte respondendum, oportet ut respondendo essentiam significemus; aliud non ostenditur quod tres sunt. Dicunt respondentes essentiam significari, ipsam essentiam personae nomine intelligentes cum dicitur tres personae.

Opinio quorundam putantium essentiam significari nomine personae cum dicitur tres personae

Quibusdam videtur quod nomine personae significetur essentia cum dicitur tres personae, specialiter quia Augustinus dicit ideo dici tres personas

Ratio

Attende hunc librum

Justonola

potest dici [illegible]

Ysidorus

IV D

quod commune est eis id est quod persona. ut sit talis intel-
ligentia. pater et filius et spiritus sanctus sunt tres persone id est
sunt tres, quibus commune est quod est persona, id est tres quo-
rum quisque est persona vel essentia. Sed quomodo
iuxta hanc intelligentiam dicetur: alia est persona
patris, alia filii? Et hoc etiam ita volunt intel-
ligi: id est alius est pater, alius filius, id tamen commune est his
quod est persona. Idque confirmare nituntur auctoritate
Augustini qui in vii. libro de Trinitate ait: Si persona secundum
essentiam. et tres personas unam essentiam dicimus.
tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi a-
liud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona. Hac
auctoritate evidentius videtur asserere, quod hoc
nomen persone essentiam significet. Sed quid responde-
bunt ad id quod idem Augustinus in libro de fide ad Petrum
dicit: quod alius est pater in persona, alius perso-
naliter filius, alius personaliter spiritus sanctus.
Quo dicit alius ... personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus
si vero omnino queruntur, ut si persona
essentie tantum intelligentiam facit. Sed nobis videtur ali-
ter posse dici congruentius iuxta catholicorum doc-
torum auctoritates. Ad hoc nomen persona triplicem in-
Sciendum est igitur quod hoc nomen telligentiam ac-
persona in trinitate triplicem facit intelligentiam et hec est ita
unam essentie intelligentiam. sicut Hilarius ait et catholica
ista dicta vero intelligentia dictorum ex causis doctrina de
est assumenda dicendi. quia non sermoni res sed rei persona
sermo est subiectus. Discernentes ergo et perso-
dicendi causas, tria nomine plurali persone signi- nis
ficationem distinguimus. Dicimus ergo quod hoc nomen
persona aliquando secundum substantiam dicitur, id est essentiam significat. sicut
supra ostendit Augustinus, cum dicitur deus est persona, pater
est persona. Quandoque tamen necessitate, ut supra dixit
Augustinus, translatum est hoc nomen ut pluraliter dice-
retur tres persone, cum quereretur quid tres vel
quid tria. Unum significat essentiam, id est summam divinam
que communis est tribus. et subsistentias vel hyposta-
ses secundum grecos. Greci quippe Quid significet cum
ut supra dixit Augustinus aliter accipiunt dicitur tres persone
substantiam id est hypostasim, aliter nos. Nos et tres subsistentie
enim substantiam dicimus essentiam sive naturam vel tres
naturam. personas autem dicimus sicut illi dicunt essentie tres
substantias vel hypostases. Sic quoque nos ita accipi essentie
mus personas ut illi accipiunt substantias vel hypo-
stases. Sicut illi aliter accipiunt hypostasim quam nos substantiam, ita
quoque nos aliter accipimus personam quam substantiam. Cum quoque dicimus tres per-
sonas non ibi persone nomine essentiam signifi-
camus. Quid ergo dicimus cum dicimus tres persone, id est
tres subsistentie vel tres subsistentes, pro quo greci
dicunt tres hypostases. ostendit verba Augustini que

Et hic sensus adiuvatur ex illis ante huic
Augustini premissis, si tamen recte intelli- sententie
gantur, quia cum pater est persona, id est

essentia, et filius persona, et spiritus sanctus persona, id est dicuntur
tres persone id est tres subsistentie, et tres essentie. Non
enim possent dici tres subsistentie et tres essentie, nisi singu-
li per se essent persona vel essentia. Una ergo eis commune est
id quod est persona vel essentia. ideo recte dicuntur tres persone
id est subsistentie vel subsistentes. Ut sicut essentia quod est
eis communis, ita ad se dicitur, ita illi tres ita ad se dicuntur sub-
sistentie vel essentie intelligantur. Ideoque Augustinus catholicos dice-
re tum discernens dicere tres personas esse unam
essentiam vel eiusdem essentie, non ex eadem essentia,
ne aliud intelligatur ibi esse persona, aliud es-
sentia. Tres enim persone vel subsistentie una sunt
essentia, vel unius essentie. Non autem sunt una persona
vel unius persone. Licet persona secundum substantiam ali-
quando dicatur. Nam si hoc diceretur, confusio fie-
ret in personis. obiectionem illorum hic respondet quia

Ad hec autem quod illi dicunt, scilicet quod tunc proba-
retur quid tres vel quid tria dicerentur re personis es-
tia quereretur, quia non invenerunt quid illi sententia con-
tres sint nisi essentia. per hoc volentes tra quosdam
nos inducere ut nomine persone essentiam predicti
tam intelligamus cum respondemus tres personas quod tres
tres dicimus. Indubitabiliter verum est quia non inve- quod
niretur unum aliquid quod illi tres sint, vel essentia vel quod
vere enim sunt illi tres, id est essentia divina. Unde Au- gustinus
trinitas ait: Ego et pater unum sumus. Sed tamen cum queritur
quid tres vel quid tria, non fide essentia queritur, nec ibi
quid ad essentiam refertur. Sed cum fides catholica
tres esse profiteretur, sicut Iohannes in epistola canonica ait:
Tres sunt qui testimonium perhibent in celo, que-
rebatur quid illi tres essent, id est an essent tres res,
atque tres res, et quo nomine ille tres res significarentur.
Unde loquendi necessitate inventum est ad respon-
dendum hoc nomen persona, et dictum est tres persone.

Non autem te moveat quod diximus quod tres res
tres res. Non enim hoc dicimus de illis unam rem di-
rimus tres res numerum ponentes in trinitate. Sic tamen citur
tres res dicimus, ut eandem esse quandam sum-
mam rem confiteamur. Unde Augustinus in i. libro de doc-
trina christiana sic ait: Res quibus fruendum est, Au.
nos beatos faciunt. Res ergo quibus fruendum est
pater et filius et spiritus sanctus. Eademque trinitas una quedam
summa res est communisque omnibus fruentibus ea. Si tamen
res et non rerum omnium causa. Si tamen causa. Non enim facile
potuit nomen inveniri quod tante excellentie conveniat
nisi quod melius dicitur trinitas hec unus deus. Sic Au.
ergo tres res dicuntur et hee sunt una res, ita tres
subsistentie dicuntur et hee sunt una substantia. Sicut
ostensum est que sit intelligentia huius nominis per-
sona cum dicimus tres personas. Hic quo sensu di-

Nunc inspiciamus inter secundam catur alia persona
rationem et quam dicatur alia patris, alia filii
est persona patris, alia filii, alia alia spiritus sancti

b

Opinio alius est personaliter pater alius personaliter
filius alius personaliter spiritus sanctus

¶ Opinio sententiarum magistri

hilarius

tertius

3ª c. p. b.

¶ ali... ...

iiii

sps

spiritus sancti; quod ita congrue intelligi potest, ut sit sensus: talis alia est subsistentia, id est hypostasis patris, alia subsistentia filii, alia subsistentia spiritus sancti, et alia subsistentia pater, alia filius, alia spiritus sanctus. Quomodo haec intelligantur.

Deinde quaeritur utrum secundum eandem rationem alius in persona accipiatur, cum dicitur: alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona spiritus sanctus; sive alius personaliter pater, alius personaliter filius, et alius personaliter spiritus sanctus. Ad quod dicimus: quia ista possent eodem modo accipi congruenter cum expositione dicti; aliter tamen intelligi valet, ut hic personae nomine proprietates personae intelligantur, ut sit sensus talis: alius est in persona, id est personali proprietate, quia alia proprietate sua pater, alius quam filius sua proprietate, et alius filius sua proprietate quam pater; personali enim proprietate distinguitur hypostasis patris ab hypostasi filii, et hypostasis filii filiali proprietate discernitur a patre, et spiritus sanctus ab utroque distinguitur processibili proprietate. Quod secundum hunc modum etiam in praedictis locutionibus potest accipi.

Hoc etiam modo sane potest accipi persona in praemissis locutionibus, cum dicitur: alia est persona patris, alia filii, alia est proprietas qua pater est pater, alia qua filius est filius, alia qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Ita etiam nomine personae quidam proprietates intelligi volunt, cum dicitur: tres personae. Sed magis est ut subsistentias vel hypostases intelligamus, cum dicimus tres personas. Summam dictorum colligit.

Ex praedictis colligitur quod nomen personae in trinitate triplicem tenet rationem, et est vel facit intelligentiam essentiae, et est vel facit intelligentiam hypostasis, et est vel facit intelligentiam proprietatis. Auctoritatibus sanctorum ostendit.

Quod autem secundum substantiam dicatur et essentiam significet, superius ex dictis Augustini aperte ostendimus; quod vero pro hypostasi atque proprietate accipiatur, ex auctoritatibus sanctorum ostendi oportet, ne contrarium vel aliquid a nobis dictum videatur. De hoc Ieronimus in expositione fidei catholicae ad Alipium et Augustinum episcopos: Ier. Non est, inquit, prius aliquis in trinitate gradus, nec quod inferius superiusve dici possit, sed tota deitas sui perfectione aequalis, ut exceptis vocabulis quae proprietatem indicant personarum, quicquid de una persona dicitur de tribus dignissime possit intelligi; atque ut confutantes Arium unam eandemque dicimus trinitatis esse substantiam, et unum in tribus personis fatemur deum, ita impietatem Sabellii declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus, nec ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritum sanctum credimus, sed aliam patris, aliam filii, aliam spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantum modo sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel ut Graeci exprimunt hypostases, id est subsistentias confitemur. Nec pater filii aut spiritus sancti personam aliquando excludit, nec filius aut spiritus sanctus patris nomen personamque recipit; sed pater semper pater, et filius semper filius, et spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Ecce hic aperte dicit Ieronimus proprietates esse personas, et personas esse subsistentias. Unde manifestum fit quod diximus, scilicet personae nomine significari et hypostasim et proprietatem. Iohannes etiam Damascenus personas dicit esse hypostases. Iohannes Damascenus. Tres enim, inquiens, in deitate unam naturam confitemur, et tres hypostases, scilicet unitatem et trinitatem personas;

Nunc de proprietatibus personarum, De proprietatibus personarum, quas frequenter in hoc tractatu commemoravimus, aliquid nobis loqui oportet. Sed prius de hoc nomine hypostasis. Sed prius audiamus quid de hoc nomine quod est hypostasis Ieronimus dixerit, qui sub hoc nomine venenum latere dicit, sed hoc ideo dicit quia haeretici eo intendunt, ut simpliciter dicerent tres personas et pro essentia, ut sive dicerent una tantum hypostasis sive tres, invenirent quod calumniarentur. + hic [illegible]

Cum enim esset hoc nomen tunc apud catholicos vulgatum, nec tamen eius significatio determinata ut modo, ideo Ieronimus dicit hoc nomine venenum latere sine distinctione sive expositione. Tunc enim cum haereticis contendebatur. Ier. Unde scribens de fide catholica ad Damasum papam: Ab Arianorum parte hypostaseon novellum nomen a me homine Romano exigitur; interrogamus quid per tres hypostases arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus, ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus: si quis tres hypostases, id est tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Si quis autem hypostasim usiam intelligens non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est. Qui sunt tres hypostases dicentes sub nomine pietatis tres naturas conantur asserere? Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas perfectas, aequales, coaeternas. Taceantur tres hypostases, si placet, et una teneatur. Non bonae suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiunt. Aut si rectum putamus tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus. Sed mihi:

+ sicut dictum est sumitur pro persona et essentia

Lxxvi

credere: venenum enim sub melle latet, transfigurat enim se angelus sathane in angelum lucis. Hylarius vero negat interdum esse hoc nomine ypostasis, sed hereticos eo premere illos ostendens contra quos agere laborabat, indistinctione significationum aliquando sibi contradicere videtur, qui sub tres ypostases confitetur.

de proprietatibus personarum et de nominibus earum relatiuis

Iam de proprietatibus personarum videamus, que etiam notiones sive relationes in scriptura plerumque dicuntur, et in illa trinitate secundum que in quibus relative perhibentur, ut tuo cordi veracius infigatur. Ait Augustinus in libro de fide ad Petrum: Aliud est genuisse quam natum esse, aliudque procedere quam genuisse vel natum esse. Unde manifestum est quod alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Est enim proprium solius

quod sit proprium patris

patris, non quod non est natus ipse, sed quod unicum filium genuit; proprium quoque solius filii, non quod ipse genuit,

quod sit proprium filii

sed quod de patris essentia natus est; proprium vero spiritus sancti est, non quod nec natus

quod sit proprium spiritus sancti

est ipse nec genuit, sed quod solus de patre filioque procedit. Ecce breviter assignavit tres proprietates trium personarum, quarum una non est alia; has enim significavit cum dixit: Aliud est genuisse quam natum esse, et aliud quam procedere. Et alia proprietas sive notio est generatio, et alia nativitas, alia processio, que aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio.

hic de nominibus relatiuis que notant proprietates

Has proprietates designant nomina illa relativa que personarum sunt, pater, filius, spiritus sanctus, que relativa sunt, notant enim ad se invicem dici, et notant relationes que non sunt accidentales, sed in ipsis personis ab eterno sunt immutabiliter, ut non tantum appellationes sint relative, sed etiam ipse relationes sive notiones sint in ipsis personis.

Que nomina quedam de deo dicantur secundum substantiam, quedam secundum relationem, nichil tamen secundum accidens.

Quocirca sciendum est, quod de deo dicuntur secundum substantiam, quedam dicuntur secundum relationem, que non est accidens, quia non est mutabilis, ut Augustinus in V libro de trinitate docet: Nichil secundum accidens dicitur, quia nichil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. In rebus enim creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur. In deo autem nichil quidem secundum accidens dicitur, quia nichil in eo mutabile est aut amissibile. Nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur; dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium et filius ad patrem, quod non est accidens, quia et ille semper pater et ille semper filius; et non ita semper quasi ex quo natus est filius, nec cepto umquam esse filius; quod si aliquando esse cepisset aut aliquando desineret esse filius, secundum accidens diceretur. Si vero quod pater non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius, et filius non dicitur filius nisi ex eo quod habet patrem, non secundum substantiam hec dicuntur, sed ad invicem relativa dicuntur, neque tamen secundum accidens, quia et quod dicitur pater et quod dicitur filius eternum atque incommutabile est eis. Hic ex his verbis aperte ostenditur quedam dici de deo secundum substantiam, quedam secundum relationem, nichil tamen secundum accidens. Ostenditur etiam proprietas patris esse quod habet filium, et proprietas filii quod habet patrem, quod cum dixit eternum et incommutabile esse quod pater dicitur et quod filius dicitur, intelligi voluit proprietatem qua pater est pater, et proprietatem qua filius est filius, eternam esse et incommutabilem, quia et pater semper pater et filius semper filius. Unde Hylarius proprietates personarum assignans in XII libro de trinitate ait: Si semper patri proprium est quod semper est pater, necesse est semper filio proprium esse quod semper est filius. Ubi enim semper pater est, semper et filius est. Ergo cui

Hylarius proprietates patris et filii determinat.

semper pater est, ei semper genuit, sed in eodem nato deo manifestum est proprium esse quod filius est.

Quomodo dicatur proprium esse unigeniti quod filius est dei, cum et homines filii dei dicantur.

Hic queritur quomodo dicatur proprium esse proprium nato deo quod est dei filius et genitus ex deo, cum etiam homines filii dei dicantur, sicut Israel, filii excelsi omnes, et ad Moysen de Israel dominus ait: Filius meus primogenitus Israel. Sed magna est differentia: homines enim sunt filii dei facti, non nati.

Solutio.

Nativitatis proprietate deus autem filius originis proprietate filius est, id est nativitate, non facture vel adoptione; illi quidem autem sunt quod filii dei sunt, sed fuerunt ei filii, non nascuntur filii dei, ut ait Hylarius.

Auctoritate firmat solutionem.

Solum deum natum originis proprietate dei filium ostendens, distinctionem inter ipsum et homines filios dei evidentissime distinguit in XII libro de trinitate dicens: Vero patri soli semper ex eo nasci, id est filium esse. Nos quidem filii dei sumus, sed per facturam; aliquando enim aliquando filii ire eramus, sed filii dei per adoptionem effecti sumus potius quam nascimur, et quod erimus, quod sumus, non fuimus; nam antequam fieret, non fuit: filii non fuissemus efficimur, antea enim filii non eramus, sed per gratiam facti sumus, non nati sed acquisiti; acquisivit enim nos deus, per hoc dicitur nos genuisse; genuisse enim deum filios nuncupamus, cum proprietatis significatione cognoscamus dici. Ex adoptione enim homo est filius dei, non ex generatione; in eo proprietas est, sed nuncupatio. Ac per id non ille filius est, quod non proprie natus dicitur nec semper filius fuit.

Aperta distinctio inter deum filium et homines filios, quia ille natus filius, isti facti filii.

Hylarius.

Unigenitus autem deus nec fuit aliquando non filius, sed fuit aliquando nunquam filius, nec quemadmodum ipse homo filius, atque ita qui semper est filius inuisibilitatis proprietate ac veritate filius est eius solius qui genuit; et ille tantum qui genuit pater ipsius est, quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione.

Ubi homo dicitur filius trinitatis.

Homo vero qui filius dei est factus, non tantum patris sed filii et spiritus sancti filius, et ideo trinitatis; et trinitas ipsa pater ei dici potest.

Trinitas potest dici pater hominum.

au. Unde Augustinus in v. libro de trinitate: Non sic deus est tanquam pater, ut forte translative accepta dicatur, propter adoptionem filiorum. Quod vero scriptum est: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est, nequaquam excepto filio aut spiritu sancto oportet intelligi, quem unum dominum deum nostrum recte dicimus et patrem nostrum per gratiam suam nos regenerantem. De hoc etiam Hylarius in vi. libro de trinitate: Omnibus per fidem deus est pater, quibus est pater per eam fidem qua Ihesum Christum dei filium confitemur.

Hoc ostensum est quare proprium dicitur esse deitatis quod filius est, quia scilicet ipse solus natura proprie dicitur. Unde Hylarius in iii. libro de trinitate: Dominum dicens clarificari filium tuum, non solo nomine testatus est se esse filium, sed proprietate; nos filii dei sumus, sed non talis hic filius; hic enim verus et proprius est filius origine, non adoptione, veritate, non nuncupatione, nativitate, non creatione.

Quod spiritus sanctus proprie dicitur donum dei, quia proprietate est donum, ut filius nativitate. Utrumque vero dicitur relative. Eadem relatione.

Ita etiam et de spiritu sancto dicendum est, qui ita proprie dicitur donum dei, cum tamen et alia plura sint dona dei; sed spiritus sanctus ita proprietate incommutabili aeterna donum dicitur, sicut filius proprietate filius; eo enim donum dicitur quo spiritus sanctus, utrumque utique nomine relative dicitur, eademque relatione dicitur spiritus sanctus et donum, licet ipsa relatio non tam appareat in hoc nomine spiritus sanctus sicut in hoc nomine donum. Unde Augustinus in v. libro de trinitate: Spiritus sanctus qui non trinitas est sed in trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus relative dicitur, cum et ad patrem et ad filium refertur, quia spiritus sanctus et patris et filii spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine, apparet autem cum dicitur donum dei. Donum enim est patris et filii, quia et a patre procedit et a filio. Ergo spiritus sanctus ineffabilis quaedam patris filiique communio est, et ideo fortasse sic appellatur, ter tam dictum, nec tenuit piget: quia patri et filio potest eadem appellatio convenire. Nam hoc ipse proprie dicitur quod illi communiter, quia et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod utrique convenit utriusque communio significetur, vocatur donum amborum spiritus sanctus.

Hoc licet sciatur spiritus sanctus proprie dicatur donum et quod relative dicitur sive donum sive spiritus sanctus, et quod nomen spiritus proprium teneat quod commune patri et filio convenit, sed dissimiliter. Hoc est sciendum quod aliquando pater et filius dicitur spiritus sive sanctus, et neutrum relative dicitur, sed per se similiter.

An pater et filius et trinitas ipsa possit dici spiritus sanctus.

Hic quaeri potest utrum pater vel filius vel etiam ipsa trinitas possit dici spiritus sanctus, sicut dicitur unctus dicitur spiritus et sanctus. De hoc Augustinus in v. libro de trinitate: Trinitas nullo modo potest dici filius, spiritus vero sanctus potest secundum universalem dicendi modum, quod scriptum est: Quoniam deus spiritus est. Itaque pater et filius et spiritus sanctus quoniam unus est deus, utique deus sanctus est et deus spiritus est; potest appellari trinitas et spiritus sanctus, sed tamen tunc spiritus sanctus relative non dicitur, sed secundum eam qua ipse spiritus sanctus qui non est trinitas sed in trinitate dicitur relative.

Quidam putant spiritum sanctum non dici relative ad patrem et filium, quia non vicissim respondent sibi vocabula. Sed falso.

Quidam tamen putant spiritum sanctum vel donum non dici relative ad patrem vel filium. Sicut enim in quibusdam haec relative ad se dicuntur, cuncta sua vicissim sunt respondentia vocabulis, ut sicut dicitur pater filii et filius patris, ita dicatur pater spiritus sancti vel doni, pater et spiritus vel donum patris, spiritus vel donum. Sed non ita est in omnibus relativis. Non enim omnia quae relative dicuntur habent ad se vicissim respondentia vocabula. Unde Augustinus hanc eorundem opinionem in v. libro de trinitate: Non moveat, inquit, quod diximus spiritum sanctum non trinitatem sed in trinitate, eum qui est in trinitate, relative dici, licet non ei vicissim respondeat vocabulum eius ad quem refertur. Dicimus enim spiritum sanctum patris, sed non vicissim dicimus patrem spiritus sancti, ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. Item dicimus spiritum sanctum filii, sed non dicimus filium spiritus sancti, ne pater eius intelligatur spiritus sanctus. In multis enim relativis hoc contingit, ut non inveniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Sicut ergo dicimus donum patris et filii, non quidem possumus dicere patrem doni aut filium doni; sed ut haec vicissim respondeant, dicimus donum donatoris et donatorem doni, quia hic potuit inveniri usitatum vocabulum, illic non potuit. Donum ergo donatoris, et donator doni est; dicuntur relative utrumque ad invicem dictum. Donator tamen non fuit deus ex tempore, cum spiritus sanctus sit donum etiam ab aeterno.

An easdem proprietates assignet Augustinus et Hylarius, et quae illae sint quae dicuntur paternitas, filiatio, processio.

Hic quaeri potest utrum proprietates quas Hylarius

Sp. unitati patris

d. xxvii.

supra assignavimus, scilicet quod pater semper est pater, et filius semper est filius. Sunt illae hae eaedem proprietates quas Augustinus superius distinxit dicens: Proprium est patris quod genuit filium, et proprium filii quod genitus est a patre, et spiritus sancti quod ab utroque procedit. Ac de istis sunt illa quae dicuntur paternitas, filiatio, processio.

Quod non videtur hae eaedem proprietates quas proponit Hilarius et Augustinus.

Videtur quod non sint hae eaedem proprietates quas ponit Hilarius illis quas ponit Augustinus. Si enim hae eaedem sunt, idem est ergo patri esse patrem et genuisse filium, quod utique quidam non concedunt. Si autem hoc est, cum Augustino convenit ut sit patri convenire genuisse filium. Natura quidem divina si pater esset, genuit filium; si non genuit, pater non est. Si quis audeat dicere quod ipsa genuit filium, dicat quod ipsa pater non sit. Si autem ipsa pater est, nec filium genuit, non est ergo idem dicere aliquid esse patrem et gignere filium. Ita non videtur una eademque esse proprietas.

Responsio ubi ostendit easdem proprietates.

Ad quod sine praeiudicio aliorum dicimus quod easdem proprietates notant utrique, sed diversis modis.

Quomodo intelligenda sint praedicta verba Hilarii.

Quod enim Hilarius ait, ita intelligi debet: Proprium patris est quod semper pater est, id est proprietas patris est qua semper pater est. Semper vero pater est quia semper genuit filium. Ita et proprium filii est quod semper filius est, id est proprietas filii est qua semper filius est. Filius vero semper est quia semper genitus est. Ergo proprietas qua pater pater est, quia semper genuit, et haec eadem dicitur paternitas vel generatio. Et proprietas qua filius semper est filius, quia semper genitus est a patre, et haec eadem dicitur filiatio vel genitura vel nativitas vel origo vel nascibilitas. Sic et proprietas qua spiritus sanctus est spiritus sanctus vel donum, quia procedit ab utroque, et haec eadem dicitur processio. In praemissis ergo locutionibus hae eaedem significantur proprietates.

Quod non est vero idem dicere aliquid esse patrem et genuisse vel habere filium. Ita de aliis.

Nec tamen nobis omnino idem esse dicere aliquid esse patrem et genuisse filium, vel aliquid esse filium et natum esse a patre, vel esse spiritum sanctum et procedere ab utroque. Alioquin pater non esset nomen hypostasis vel personae, sed proprietatis tantum; similiter filius et spiritus sanctus. Et ita non per ista nomina significarentur tres personae.

Haec nomina pater, filius et spiritus sanctus non relationes tantum, sed et hypostases significant, et sunt hypostasium.

Hoc quoque dicimus quod patris nomen non tantum relationem notat, sed etiam hypostasim vel subsistentiam significat; et similiter filius et spiritus sanctus.

Relationum vocabula sunt paternitas, filiatio, processio et procedere, quae relationes significant.

Relationum vero vocabula sunt paternitas, filiatio, processio, vel gignere, gigni, procedere, quae ipsas tantum relationes, non hypostases significant, sive habere filium et habere patrem.

Quo sensu dicatur deus est pater, vel deus est filius, vel deus est spiritus sanctus.

Ubi gratia exempli dicimus: deus est pater, nomine patris relationem notamus et divinam hypostasim significamus, ut sic intelligentia valeat: deus vel divina essentia est pater, id est ille qui genuit, scilicet hypostasis quae habet filium. Sic et deus est filius, id est hypostasis genita vel habens patrem. Ita etiam deus est spiritus sanctus, id est hypostasis procedens ab utroque, sive ille qui procedit. Cum vero nomina relationum ponuntur in praedicatione, notionem vel proprietatem tantum significamus, non hypostases, ut cum dicitur: deus genuit, id est habet filium; deus genitus est, id est habet patrem. Ubi oportet intelligi in subiectis hypostases, cum non essentiam, quae illis proprietatibus determinantur.

Quae proprietates determinant hypostases, sed non substantiam, id est naturam.

Illae enim proprietates singulae singulis propriae conveniunt personis, et per eas personae determinantur; tales invicem differentes, sed non recedunt. Unde Iohannes Damascenus: Non differunt ab invicem hypostases secundum substantiam, sed secundum characteristica idiomata, id est determinativas proprietates. Characteristica vero, id est determinativa, sunt hypostaseon, et non naturae; etenim hypostases determinant. Hoc quoque quidem in temporali et aeternali [illegible] divina illa hypostasis simplicem omnia habentem quae habet pater, non eius [illegible] vel consubstantialem. Nativitatis tamen [illegible] similitudine a paternali hypostasi differentem, nec tamen a paternali hypostasi recedentem.

Io. Damasc.

Hic distinguuntur proprietates a Io[hanne] personales.

Idem apertius exprimens personales proprietates, in quibus differentiam hypostaseon vel personarum intuemur, in his proprietatibus, paternali et filiali et processibili, cognoscimus. Inseparabiles autem ipsas hypostases et indistantes ab invicem unitas et inconfusibiliter [illegible]; tres enim sunt et sic unitae, divisae [illegible]. Singula persona est hypostasis propriam proprietatem [illegible] existentiae modum proprium possidet, sed unitae sunt et non distantes, et secundum paternalem hypostasim [illegible]. Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates, quae supra diversis significatae sunt modis et nominibus.

Quod talia nomina proprietates notant: genitus, genitor, filium, imago.

Hoc etiam est praeintendendum quod sicut pater et filius et spiritus sanctus nomina personalia sunt, ita [illegible] personales designant.

5

Ita etiam sunt et alia nomina personarum, id est que ipsas personas significant relative et proprietates denotant, eademque quasi nomina proprietatum. Unde relative dicuntur, scilicet genitor, genitus, verbum, ymago. Unde Augustinus in V libro De Trinitate: Videndum est, inquit, utrum hec significatio cum dicitur genitus, quod significatur cum dicitur filius. Ideo enim filius quia genitus, et quia filius utique genitus. Sicut autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorem refertur. Et sicut pater ad filium, ita genitor ad genitum. Idem in VI libro De Trinitate: Verbum quidem solus filius accipitur, non simul pater et filius, tamquam ambo sint unum verbum.

De nomine verbi et ymaginis.

Sic enim verbum dicitur quomodo ymago. Non autem pater et filius simul ambo ymago, sed filius solus est ymago patris, quemadmodum et filius. Idem in VII libro De Trinitate: Verbum solum quod sapientia est et essentia, hoc est quod pater; sed quod verbum non hoc est quod pater, quia verbum non est pater, et verbum relative dicitur sicut filius. Item in eodem: Sicut filius ad patrem refertur, ita et verbum ad eum cuius est verbum refertur cum dicitur verbum.

Quia non eo verbum dicitur quo sapientia.

Et propterea non eo verbum quo sapientia, quia verbum non ad se dicitur, sed tantum relative; sapientia ad eum cuius est verbum, sic filius ad patrem. Eo quippe filius quo verbum, et eo verbum quo filius; sapientia vero eo quo essentia. Et ideo pater et filius una essentia et una sapientia.

Quod non eo verbum dicitur quo filius.

Item in eodem: Non est pater ipse verbum, sicut nec filius et ymago. Cum autem absurde dicatur quod ymago ad se dicatur, hoc sine dubio relative dicitur. Relative filius, relative etiam dicitur verbum et ymago, et in omnibus his vocabulis ad patrem refertur; nichil autem horum pater dicitur.

Breviter summam colligit predictorum in colligere nam

Aperte ostensum est quod sicut filius et genitus relative dicitur ad patrem, ita verbum et ymago; et quod eo dicitur verbum filius et ymago quo filius, id est eadem proprietate sive notione dicitur verbum et ymago qua filius; sed non eo quo verbum dicitur sapientia vel essentia, quia non notione qua dicitur verbum dicitur sapientia; nam sapientia dicitur secundum essentiam, non secundum relationem.

Ponit regulam eorum que ad se et eorum que relative dicuntur, quecumque ad se sunt ambo dicuntur, sed non in pluralis relativis.

Est hic advertenda quedam generalis regula eorum que ad se dicuntur et eorum que relative dicuntur de patre et filio. Quicquid enim ad se dicuntur, ut ait Augustinus in VI libro De Trinitate, non dicitur alter sine altero, id est quicquid dicuntur quod substantiam eorum ostendat, ambo simul dicuntur; ergo simul pater est deus, sine filio nec filius sine patre, sed ambo simul deus; sed non ambo simul pater, nec ambo simul filius et verbum et ymago.

An secundum substantiam dicatur deus de deo et huiusmodi.

Hic queritur, cum dicitur deus de deo, lumen de lumine et huiusmodi, utrum dicantur secundum substantiam, an secundum relationem, cum constet ista non dici? Si vero secundum substantiam dicuntur, sicut ambo simul pater et filius possunt dici deus de deo, lumen de lumine, secundum predictam regulam.

Responsio, ubi nota substantie dicta aliquando poni pro personis.

Ad quod dicimus, quia licet deus et substantia dicantur, similiter sapientia et huiusmodi, nomina substantie dicta, tamen quandoque relative accipiantur: aliquando enim pro relativis, id est pro personis, relative accipimus, ut cum dicitur deus genuit deum, alterum pro patre, alterum pro filio ponimus. Sic et cum dicitur deus de deo, lumen de lumine. In talibus enim locutionibus sepe reperiuntur nomina essentie ad significationem personarum deducta, ut cum dicitur deus natus est, mortuus est deus, passus est, ubi filius tamen significatur. Ita et de solo filio intelligitur cum dicitur deus de deo. Unde Augustinus, querens quomodo hic dicatur, in VI libro De Trinitate ait: Quomodo deus de deo, lumen de lumine dicitur? Non enim simul ambo deus de deo, sed solus filius de deo, scilicet patre; nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre.

Quod nomen substantie dicitur de illo, sed non dicitur illud de illo; nota personarum.

Et est secundum quod supra notavimus. Est substantie nomen dicitur illud de illo, licet illa nomina substantiam non significent, sed tamen eadem nomina personas notant, ut cum dicitur illud de illo, sicut verbum de illo, vel filius de filio, quia hec nomina duabus personis convenire non possunt. Et Augustinus, licet obscure, in eodem libro tradit hoc solum de eis dici non posse, scilicet de illo quia simul sunt ambo, non tamen illo solo nomine non possumus uti, ut dicatur unum de uno, quia simul sunt ambo non convenit: sicut verbum de verbo dicitur, quia non sunt ambo verbum; nec ymago de ymagine, nec filius de filio, quia non sunt ambo simul filius vel ymago.

Quod nomina substantie aliquando trinitatis intelligentiam faciunt.

Et sic nomina substantie aliquando intelliguntur pro personis distincte, nunc tamen in medium totius trinitatis sunt. Unde Augustinus in eodem libro: Cum dicitur, in ipsius nomine ipse pater persona predicatur; sed in nomine ipse pater et filius et spiritus sanctus, ut cum dicitur nemo bonus nisi solus deus, quia trinitas est unus deus.

Quod etiam tres predicte proprietates sunt in personis, sed aliis et aliis significantur nominibus, ut ingenitus.

ſ·i· eſſentia

ſ·i· de patre

xxviii

Paternitas, filiatio, innascibilitas, spiratio, processio: hee sunt .v. notiones [illegible]

Innascibilis ingenitus [illegible] quia nullo [illegible] aliquis ab illo.

Quod alie sunt notiones [illegible]

Preterea considerari oportet quod cum tantum tres sint proprietates sive notiones in personis, ut supra dictum est, aliquae tamen earum aliis vocantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ingenitus relative dicitur de patre tantum, et aliam designat notionem quam pater vel genitor. Non enim idem est patrem esse et ingenitum esse. Nec ista notione pater dicitur qua ingenitus; pater enim, ut predictum est, dicitur secundum proprietatem generationis, ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Differt ergo pater a filio auctoritate generationis; differt etiam proprietate innascibilitatis, id est quia ingenitus. Unde Augustinus distinguit inter proprietatem qua dicitur pater et illam qua dicitur ingenitus, in v libro de Trinitate, sic ait.

De ingenito plena assignatio secundum quam relative dicitur, et alia est notio qua dicitur ingenitus, alia qua pater.

Augustinus. Non est hoc dicere ingenitum quod est patrem dicere, quia et si filium non genuisset, nichil prohiberet dicere eum ingenitum. Et si gignat quisque filium, non ideo ipse est ingenitus, quia geniti homines ex aliis hominibus gignunt alios. Non ergo idem dicitur pater quod ingenitus. Ideoque cum de deo patre intelligitur dici, alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, id est filium. Cum vero ingenitus dicitur, non quid sit, sed quid non sit dicitur.

Exemplum inducit ad hoc ostendendum.

Hoc exemplo planum faciendum est quod dicitur ingenitus, sed ostenditur quod non sit filius. Sed genitus et ingenitus commode dicuntur; filius autem latine dicitur, sed ut dicatur infilius non admittit loquendi consuetudo. Nichil tamen intellectui demitur si dicatur non filius, quemadmodum etiam si dicatur non genitus pro eo quod dicitur ingenitus, nichil aliud dicitur. Ideo non est in personis considerandum quid vel sinat vel non sinat dici usus sermonis nostri, sed quid rerum intellectus eluceat.

Quod tantum valet ingenitus quantum non genitus vel non est filius.

Non ergo iam tantum dicamus ingenitum quantum non genitum, vel ingenitum quod tantum valet. Non. Nam quid ergo aliud dicis quam filium negative? Porro particula illa non id efficit ut quod sine illa relative dicitur, eadem preposita substantialiter dicatur; sed id tantum negatur quod sine illa aiebatur, sicut in aliis predicamentis. Cum dicimus homo est, substantiam designamus; et ergo qui dicit non homo est, non aliud genus predicamenti enuntiat, sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio homo est, sic secundum substantiam nego cum dico non homo est. Et si tantum valet quod dicitur genitus quantum valet quod dicitur filius, tantundem ergo valet quod dicitur ingenitus quantum valet quod dicitur non filius. Relative autem negamus dicendo non filius; relative igitur negamus dicendo non genitus. Ingenitus porro quid est nisi non genitus? Non ergo receditur a relativo predicamento cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore sit, ita cum dicitur ingenitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur. Utrumque tamen relative dicitur; quod autem relative pronuntiatur non indicat substantiam. Ita quamvis diversum sit genitus et ingenitus, non tamen indicat diversam substantiam; quia sicut filius ad patrem et non filius ad non patrem refertur, ita genitus ad genitorem et non genitus ad non genitorem referatur necesse est.

Ecce evidenter ostendit Augustinus quod ingenitus relative dicitur et de solo patre accipitur, aliaque notio est qua dicitur ingenitus, alia qua pater. Atque tantum valet cum dicitur ingenitus quantum non genitus vel non filius.

Ideo solet queri utrum sicut solus pater dicitur ingenitus, ita ipse solus debeat dici non genitus vel non filius, ut non etiam spiritus sanctus possit dici non filius vel non genitus.

Utrum sicut solus pater dicitur ingenitus, ita debeat dici solus non genitus vel non filius.

Videtur autem quibusdam quod pater solus debeat dici non genitus vel non filius; sed non ita est: sicut non dicitur ingenitus, ita aliquando non est dicendus non genitus vel non filius. Debet quidem dici spiritus sanctus non esse genitus vel non esse filius, sed non debet dici non genitus vel non filius. Aliis autem videtur quod etsi spiritus sanctus non possit dici ingenitus, possit tamen dici non genitus vel non filius. Quod si Augustinus supra ait tantum valere cum dicitur ingenitus quantum cum dicitur non genitus vel non filius, ethimologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse, non rationem predicationis.

Que sit proprietas secundum quam dicitur ingenitus.

Si autem vis scire que sit proprietas secundum quam pater dicitur ingenitus, audi Hylarium ipsam vocantem innascibilitatem in iiii libro de Trinitate: Alienum est, inquit, a Sabellio ab ingenito genitus, proprietate utriusque innascibilitatis et originis. Significatur ergo inseparabilis personarum intelligentia et distinctio innascibilitatis nativitatisque; sed ita solitarius deus non est opinandus. Discretio ergo ut distinctio personarum inseparabilis potius est, in nullo alia nature distinctio.

Hoc etiam tacere non oportet, quod Arriani ex eo probare nitebantur alterius substantie esse patrem et filium, quia ille ingenitus, ille genitus dicitur, cum diversum sit esse ingenitum et esse ge[nitum]

Arriani nitebantur probare alterius substantie patrem et filium, quia ille ingenitus, ille genitus; quibus respondens Augustinus dicit se hoc nomen [illegible] binis.

Quidam opinio.

Aliorum opinio.

Hylarius

Vide quod [illegible]

Ambrosius natum. Unde Ambrosius contra eum quaestioni respondens dicit se in divinis scripturis hoc nomen ingenitus non legisse. Ita inquiens in .iii. libro de spiritu sancto. Cum audierint quidam dicentibus nobis filium dei qui genitus est patri qui genuit inaequalem esse non posse, quia sicut ille genitus sic ille genitor, quia genitus ex innato est, et adversus illam quaestionem vocem arbitrantur ac telum, si exclusa ratione damnabili in eodem loco vestigium intendunt ut patrem imitationem fieri quaestionis imitatione sermonis dicentes quomodo possunt ingenitus et genitus esse unius naturae atque substantiae. Ergo ut respondeam ad propositam quaestionem: Primo omnium in divinis scripturis ingenitum nusquam invenio, non legi, non audivi; cuius mutabilitatis sunt homines huiusmodi ut nos dicant ea usurpare quae non sunt scripta, cum ea quae scripta dicamus ipsi obiciant quod scriptum non sit, cum ne ipsi sibi adversantur et auctoritatem calumpniae suae derogantur. Quare Ambrosius noluit uti hoc nomine ingenitus. Attende lector quia hoc nomine ingenitus uti se posse nolebat Ambrosius propter hereticos, ita et nos propter hereticos subticere quaedam oportet propter calumpniantium insidias, quae catholicis ac piis lectoribus secure credi possunt. Regula pietatis secundum quam quaedam sunt quibus

Sunt enim quaedam quae dicimus sed Augustinus uti aliqua religionis et auctoritatis vel veritatis cum nos quibus liceret religiose oporteat semper confitendo ac recipiendo quaedam esse in servire vel etiam silentio premere quam alii sunt; hec vel tamen sunt pulsatoris semper eum operuit filii eius una librum habeamus. An diversum sit

Post praedicta quaeri solet, cum supra dictum sit esse patrem et esse patrem aliud est dicere ingenitum, esse filium aliud patrem, et quod diversum sit genitus, unigenitus ingenitum utrum filii diversum sit esse patrem et esse filium, an idem. Responsio non dicitur esse diversum esse patrem et esse filium.

Ad quod dicimus quia eodem sensu quo licet sit pater diversum genitum et ingenitum, et quo dicitur non est idem esse, non est idem dicere genitum et ingenitum, propter hoc dicitur non idem esse, id est diversum, esse patrem et esse filium et esse spiritum sanctum, quia alia notione pater est pater, alia qua filius est filius, vel qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Hoc ipso enim sensu concedimus quod aliud est esse patrem et aliud est esse filium, quia alia notio est qua pater est pater, alia qua filius est filius. Sed si distinctionaliter dicatur aliud est esse patrem et aliud filium esse, variatur sententia et ideo concedi non est, cum talis sensus ac si diceretur aliud est quo pater est pater quam quo filius est filius. Siquidem filius; sed est quod penitus falsum est, scilicet eo enim pater est quo pater deus est, id est per essentiam vel naturam; et filius eo deus est quo pater est deus, eo quoque filius est quo pater est. Ita idem est patrem esse et filium esse, sicut est idem esse patrem et esse filium. Unde Augustinus in .v. libro de trinitate: Quamvis diversum sit esse patrem et esse filium, non est tamen diversa substantia, quia hoc non secundum substantiam dicitur sed relative. Quod tamen relativum non est accidens quia non est mutabile.

Hic diversum esse dicit esse patrem et esse filium, quod iuxta rationem praedictam accipi oportet, quia scilicet alia notione qua est pater, alia qua est filius. Non enim secundum essentiam pater dicitur pater vel filius filius, sed secundum relationem.

Quomodo dicatur sapientia genita vel nata, et an relative dicatur, et an secundum eandem relationem qua filius.

Sciendum etiam quod sicut solus filius dicitur verbum et imago, ita etiam ipse solus dicitur sapientia nata vel genita. Ubi quaeritur utrum hoc relative dicatur, et si relative dicatur an secundum eandem relationem qua dicitur verbum et imago. De hoc Augustinus in .vii. libro de trinitate ait: Sic dici accipiamus cum dicitur verbum, ac si dicatur nata sapientia, ut sit et filius et imago. Et in his duobus cum dicitur nata sapientia, in uno eorum, eo quod est nata, et verbum et imago et filius intelligatur. In omnibus his nominibus non ostenditur essentia, quia relative dicuntur; in altero quod est sapientia, et essentia demonstretur, quia et ad se dicitur. Sapientia enim sapiens est, et hoc est ei esse quod sapere. Unde pater et filius simul una sapientia, quia una essentia. Qualiter intelligenda sint praemissa verba Augustini.

Caute lector quae intelligas quod hic dicit Augustinus. Videtur enim dicere quod cum dicitur nata sapientia, ibi sapientia essentiam significet, et nata relationem notet. Quod si ita est, cogimur dicere essentiam dici esse natam, quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus quod in nativo vel in eo quod est nata ad notionem intelligitur, quae notatur cum dicitur verbum vel imago; in nato vero vel sapientia demonstratur essentia, id est demonstratur quod filius sit essentia, quia sapientia essentia dicitur. Vel cum dicitur nata sapientia intelligitur quod ipse qui natus est essentia est.

Ibi tamen sapientia non pro essentia sed pro hypostasi ponitur, ut sicut quando dicitur verbum vel filius intelligitur hypostasis cum sua proprietate, ita cum dicitur nata sapientia idem intelligatur, scilicet genita hypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligendum cum dicitur verbum et cum dicitur nata sapientia, id est eadem relatio, eadem quoque hypostasis, cui inest illa proprietas. Licet hoc adiuvat illud quod supra diximus, scilicet quod cum dicitur pater vel filius vel spiritus sanctus, nomina illa proprietates significant, ut cum dicitur paternitas.

Contra aliud exponitur [illegible]

genitus cuilibet est natus est genitore.

Idem tamen est patrem esse et filium esse; diversa tamen esse patrem et esse filium.

id est diversum esse patrem esse filium esse

id est ista duo dicuntur nata sapientia.

Cum ista tria nomina verbum imago filius ista cooperiunt filio.

Vide dicit in superioribus quod essentia non genita non genitur.

nota hoc [illegible] alii cap. [illegible]
et nocionalis et [illegible]

Dxxix. xxix D

[I]nsinuatio fit etiam compositis cum suis prepositionibus. Illud etiam sciri oportet quod cum

Quod imago ali

secundum dicitur sic et imaginem relative

quando dicitur

tive dicatur filius scilicet verbum vel filius, in

secundum esse

tentiam tamen reperitur vel substantiam dici. Unde Augustinus

tiam.

in libro de fide dicit: Una est sancte trinitatis essentialis divinitas et imago ad quam factus est homo. Hylarius in

hy. in

etiam in quinto libro de trinitate ait: Homo fit ad communem imaginem; non enim in discrepanti natura non differt. Una est enim ad quam homo creatus est species. Ex his ostenditur quod imago aliquando intelligentia essentie sumitur et relative dicitur in relativis.

de principio quod

Est preterea aliud nomen multiplicis relationis, scilicet principium. Dicitur enim principium semper ad aliquid. Dicitur pater principium et filius principium et spiritus sanctus principium, sed differenter. Nam pater dicitur principium ad filium et ad spiritum sanctum. Unde Augustinus in libro iiii de trinitate:

relative dicitur et multiplici cum notat relationem.

quoniam

Ad Pater est principium totius divinitatis vel si melius dicitur deitatis, quia ipse est principium a nullo. Non enim habet de quo sit vel de quo procedat, sed ab eo et filius est genitus et spiritus sanctus procedit. Non ergo dicitur principium totius deitatis quia vel sui vel divine essentie principium sit, sed quia principium est filii et spiritus sancti, in quibus singulis tota divinitas est.

pater principium totius divinitatis dicitur.

Filius vero dicitur principium ad spiritum sanctum. Spiritus vero sanctus non dicitur principium nisi ad creaturas, ad quas etiam pater dicitur principium et filius et etiam trinitas ipsa; sunt et singula persona principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio; filius principium de principio; spiritus sanctus principium de utroque, id est de patre et filio.

quoniam filius et ad quod dicatur vel principium ipse spiritus sanctus et trinitas.

Quod ab eterno pater est principium et filius et spiritus sanctus non

Et pater ab eterno principium filii est et pater et filius principium spiritus sancti. Sed non ante quam facta est creatura, et spiritus sanctus ab initio temporis, sed sic principium scilicet si ab eterno principium esset et esse cepit, quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creature esse ceperunt, et spiritus sanctus esse cepit principium earum; sed etiam pater et filius esse ceperunt cum spiritu sancto unum principium creaturarum, quod autem ceperunt esse proprie in illo et spiritus sanctus dicitur. Hii tres

cepit esse principium.

quoniam hii tres

sunt unum principium solum creature, quia uno eodemque modo principium creature sunt. Non enim alter sunt vel a patre et alter a filio, sed per eundem modum. Id aptius intelligens hanc trinitatem esse unum principium recordare: Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.

secundum creature principium.

Cum ergo audimus omnia esse ex deo, sicut Augustinus ait in libro de natura boni, omnes utique naturas intelligere debemus. Sic omnia que naturaliter sunt; non enim ex ipso sunt peccata, que naturam non servant sed vitiant, que ex voluntate peccantium nasci multipliciter testantur. Omnium ergo que naturaliter sunt unum principium est pater cum filio et spiritu sancto, et hoc esse cepit.

quomodo accipiatur dictum sit omnia esse ex deo

Quod ab eterno sit principium filii et pater et filius et spiritus sancti. au.

Ab eterno autem pater principium filii est generando; pater et filius ab eterno principium spiritus sancti. Unde Augustinus in v libro de trinitate ait: Dicitur relative pater, idemque relative dicitur principium; sed pater ad filium dicitur principium vel ad omnia que ab ipso sunt. Et principium dicitur filius. Cum enim diceretur ei: Tu quis es? respondit: Principium, qui et loquor vobis. Sed numquid patris principium est? Immo creaturam se voluit ostendere cum se dixit esse principium, sicut et pater principium est creature, quod ab ipso sunt omnia. Cum vero dicimus et patrem principium et filium principium, non duo principia creature dicimus, quia pater et filius simul ad creaturam unum principium est, sicut unus creator.

au.

hic de utroque. au.

Si autem quicquid in se manet et gignit vel operatur aliquid principium est ei rei quam gignit vel quam operatur, non possumus negare etiam spiritum sanctum recte dici principium, quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Et scriptum est de illo quod operetur, utique in se manens operatur. Non enim in aliquid eorum que operatur ipse mutatur et vertitur. Unum ergo principium ad creaturam cum patre et filio est spiritus sanctus, non duo vel tria principia. Hic aperte ostendit Augustinus patrem et filium et spiritum sanctum esse unum principium creature, id est uno eodemque modo esse principium; et illum modum satis aperuit quia operantur omnia. Et quia simul operantur, hii tres unum principium esse dicuntur.

de spiritu sancto quod et ipse est principium sr.

ipse

Deinde in eodem libro ostendit quomodo pater dicatur esse principium ad filium et ad spiritum sanctum ipse et filius, dicens: Id patrem esse principium filii quod genuit eum, patrem vero et filium esse principium spiritus sancti quod spiritus sanctus procedit vel datur ab utroque. Ait enim: Si gignens ad id quod gignit principium est, pater ad filium principium est, quia genuit eum. Utrum autem et ad spiritum sanctum principium sit pater, quia dictum est: De patre procedit, non parva questio est. Quod si ita est, iam principium erit ei rei non tantum quam gignit aut facit, sed etiam ei quam dat et que procedit ab ipso. Si ergo quod datur et quod procedit principium habet a quo datur

hic ostendit quomodo pater sit principium filii et ipse et filius principium spiritus sancti.

au.

xxx

unum

vel procedit. Fatendum est patrem et filium principium unum esse spiritus sancti, non duo principia. Sed sicut pater et filius ad creaturam relative unus creator et unus dominus dicitur, sic relative ad spiritum sanctum unum principium; ad creaturam vero pater et filius et spiritus sanctus unum principium sunt, sicut et unus creator et unus dominus. Ex his colligitur quod pater

¶ Ecce his ostenditur quod pater principium filii dicitur eo est principium quod genuit eum. Qua ergo notione filii quod genuit est pater, ea principium filii dicitur, id est generatione, generatione et eodem, sed qua etiam dicitur auctor filii. Unde Hilarius in libro etiam auctor iiii de trinitate ait: Ipso quo pater dicitur, eius quem genuit est filii auctor ostenditur, habens nomen quod neque ex alio profectum intelligatur, et ex quo is qui genitus est subsistere doceatur. Novit ecclesia unum innascibilem deum, novit et unigenitum dei filium; confitetur patrem ab origine liberum, confitetur et filii originem ab initio, non ipsum ab initio, sed ab ininitiabili, non per se ipsum, sed ab eo qui a nemine est natus, ab aeterno nativitatem habentem, ex paterna scilicet aeternitate sumentem.

¶ Eadem est Hieronymi fidei professio, sed pro Nota quod dicitur filium fessionis verba diligenter exposita est, ubi dicitur non esse ab initio dici est, sed quomodo intelligendum sit ostenditur tia sed ab filii originem esse ab initio, non ipsum esse ab initia initio, sed ab ininitiabili. Haec utique subdens de trinitate: quomodo accepit initium, inquiens, originem filii esse ab initio; ac si diceret: non ita intelligatur originem filii esse ab initio, quasi ipse filius habeat initium, sed quia ipse est ab ininitiabili, id est a patre, a quo est. Cumque quamvis liceat filius sit principium de principio, non est tamen concedendum quod filius habeat principium. Cumque filius sit principium de principio, et pater principium non de principio, non est principium de principio et principium sine principio, sicut filius non est pater, neque duo tamen principia sunt, sicut et pater et filius non duo creatores, sed unus creator;

Utrum autem principium sunt pater et filius Cum pater et filius sint non tamen creator, ut dictum est, alii et spiritus sancti unum principium, solent quaeri eadem notione unum spiritus sancti et pater sit principium spiritus sancti et filius, an sit alia notio an qua pater dicatur principium spiritus sancti, et alia qua eadem filius. Ad quod dicimus, cum pater dicatur principium notione spiritus sancti et filius, quia spiritus sanctus procedit vel datur ab utroque; notionaliter procedit vel datur a patre quam a filio. Sane intelligi potest patrem et filium eadem relatione vel notione dici principium spiritus sancti. Quae sit illa notio quae

¶ Si vero quaeritur quae sit illa notio qua ibi pater et filius dicuntur notari principium, non incongrue dici potest principium vel spiratio, id est communis notio qua datur spiritus sanctus.

que patris et filii est, qua ab aeterno pater et filius unum principium sunt spiritus sancti. Donatum autem ut praedictum est refertur ad patrem et filium ex tempore, sicut spiritus sanctus dicatur datum vel donatum. De his que temporaliter dicuntur

Sunt enim quaedam quae ex tempore de deo relative dicuntur de deo et relative secundum accidens quod de deo dicuntur ex tempore, quae temporaliter conveniunt sine sui commutatione et relative dicuntur, secundum de deo non est accidens, sed quod accidit deo, sed quod accidit creaturae, accidit sicut creator, dominus, refugium, datum vel donatum dicitur. De his agit in v libro de trinitate Augustinus: relative dicitur ad creaturam, sic dominus ad servum. ¶ Sed

Non moveat quod spiritus sanctus, cum sit coaeternus patri et filio, dicitur tamen ad eos ex tempore, velut hoc ipsum quod donum dicitur; nam sempiterne spiritus est donum, temporaliter autem donatum. Nam et si dominus non dicitur nisi cum habere incipit servum, et ista appellatio relativa ex tempore est deo. Non enim sempiterna creatura est cuius ille dominus est. Ergo dominus esse non sempiternum habet, ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere. Quia ille sempiterne non dominaretur, nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut autem non potest esse servus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet servum. Oppositio

¶ Sed hic aliquis dicet quod non ex tempore quod non ex tempore competit deo haec appellatio qua dicitur sed dominus quia deus dominus, quia non est tamen dominus rerum quae ex tempore quod non est tempore coeperunt, sed etiam ipsius temporis, quod utique ex tempore ex tempore vel in tempore non coepit, quod in tempore re- cipit autem tempus, quod non incepit; ideo non coepit esse

¶ Quando coepit tempus dominus ex tempore; ad quod dici potest dominus coepit esse dominus non quod non coepit ex tempore esse dominus, autem quod fuit dominus temporis coepit tunc esse dominus temporis, sed cum tempore non ex tempore, quod non semper fuit tempus, et ipsius horae vel in tempore quando initium ex tempore coepit esse dominus, autem fuit tempus. Unde Augustinus in v libro de trinitate ait: Quisquis extiterit qui au. aeternum deum solum dicat, temporalia non esse aeterna propter varietatem et mutabilitatem, sed tamen tempora non in tempore esse coepisse, quia non erat tempus antequam tempora esse coeperint, et ideo non in tempore accidit deo ut dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, quae utique non in tempore esse coeperunt, quid respondebit de homine qui in tempore factus est? Cuius utique dominus non erat, antequam esset ut dominus hominis esse ex tempore accidit deo. Et ut au. omnis tamen removeatur controversia, certe ut tuus dominus esset vel meus, qui modo esse coepimus, ex tempore huic

¶ Quomodo ergo obtinebimus quomodo intelligendum sit nihil nihil per accidens dici de deo, secundum accidens, et quod sit non quod ipsi nihil accidit accidentia relativa.

Hic aperit ex his sensum illa diceretur.

hy. trin.

Jero. hye.

Responsio.

interrogatio

Nota quod dicitur de deo ab eterno quod ex tempore convenit deo refugium quod dicitur non mutatio

i. donabile

Nota quod sunt celum empireum

Quo intelligitur ea sint accidentia relativa quae cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur accedunt, sicut amicus relative dicitur. Non enim esse amicus incipit nisi cum amare coeperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis ut amicus dicatur. Nummus vero cum dicitur pretium relative dicitur, nec tamen mutatus est cum esse coepit pretium, neque cum dicitur pignus, et si qua similia. Si ergo nummus potest sine ulla sui mutatione totiens dici relative, ut neque cum incipit dici neque cum desinit aliquid in eius natura vel forma qua nummus est mutationis fiat, quanto facilius de illa incommutabili Dei substantia debemus accipere, quod ita dicatur relative aliquid ad creaturam, ut quamvis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantiae Dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturae ad quam dicitur.

Quod dicitur Deus refugium relative ex tempore sicut nummus [illegible].

Qualiter etiam refugium nostrum dicitur. Refugium enim nostrum dicitur Deus relative; ad nos enim refertur, et tunc fit refugium nostrum cum ad eum refugimus. Numquid tunc fit aliquid in eius natura quod antequam refugeremus ad eum non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, quia ad eum refugiendo efficimur meliores; in illo autem nulla.

au.

Quod Pater dicitur relative.

Sic et Pater noster esse incipit cum per eius gratiam regeneramur, quia dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Substantia ergo nostra mutatur in melius, cum filii eius efficimur; simul et ille Pater noster esse coepit, sed nulla suae commutatione substantiae. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus quod antea non dicebatur, manifestum est relative dici, non tamen secundum accidens Dei quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid Deus incipit relative.

[illegible] de Deo intelligi [illegible]

Ex his aperte ostenditur quod quaedam de Deo temporaliter dicuntur relative ad creaturas sine mutatione deitatis, sed non sine mutatione creaturae; ita accidens est in creatura, non in Creatore. Et a relativo quo creatura relative ad Creatorem dicitur relativa est, et relationem notat quae est in ipsa creatura. Item ab relativo non illa qua Creator relative dicitur ad creaturam relativa quidem est, sed nullam notat relationem quae sit in Creatore.

Hic solvitur quod quaerebatur an Spiritus sanctus dicatur datum relative et ad se.

Hic potest solvi quod superius propositum et non absolutum fuit, cum Spiritus sanctus dicatur datum vel donatum, et quia datur refertur et ad eum qui dat et ad illum cui datur; et cum Spiritus sanctus det seipsum, utrum et ad seipsum relative dicatur, cum dicitur datum vel donatum.

Solutio.

Respondentes dicimus Spiritum sanctum dici datum vel donatum relative et ad dantem et ad illum cui datur. Dans autem sive donator est Pater cum Filio et Spiritu sancto. Nec tamen dicimus Spiritum sanctum referri ad se secundum relationem qua datum vel donatum refertur ad dantem et ad recipientem, quia non potest aliquid dici datum nisi ab aliquo et alicui datur. Licet autem Spiritus sanctus datur a se vel datus a se dicitur, relative quidem dicitur ad illum cui datur, non et relative ad se; et in illo cui datur mutatio fit, non in dante.

Quomodo dicatur Filius aequalis Patri, an secundum substantiam an secundum relationem, et quid sit.

Praeterea considerandum est, cum tres personae coaequales sint sibi, utrum relative haec dicantur an secundum substantiam, et si secundum substantiam an secundum relationem, an secundum essentiam consideranda sit aequalitas. Deinde quid sit ipsa aequalitas.

Ad quod dicimus quod sicut simile nihil sibi est — similitudo enim, ut ait Hilarius in libro de synodis, sibi ipsi non est — ita et aequale nihil sibi est, ac per hoc sicut simile, ita et aequale relative dicitur. Dicitur ergo relative Filius aequalis Patri, et Pater Filio, et uterque Spiritui sancto, et ille utrique; sed aequales secundum substantiam simplicitatem essentiae sive naturae. Et aequalis est quidem Filius Patri secundum substantiam, non secundum relationem, ut ait Augustinus in v libro de Trinitate: Cum enim secundum quod aequalis Patri dicitur, non secundum hoc quod ad Patrem dicitur Filius aequalis est Patri, restat quod ita secundum id aequalis sit quod ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur. Restat ergo ut secundum substantiam sit aequalis; eadem est ergo utriusque substantia. Item in vi libro de Trinitate: Dicite unde nullo modo Filium aequalem esse Patri, si in aliquo quod pertinet ad significandam eius substantiam inaequalis invenitur. In omnibus ergo est aequalis Patri Filius, et est unius eiusdemque substantiae; aequalis est etiam Spiritus sanctus, et in omnibus aequales secundum simplicitatem unius substantiae. Ex his ergo perspicuum fit quod secundum substantiam Filius est aequalis Patri, et uterque Spiritui sancto, et appellatio tamen relativa est.

Quid sit aequalitas.

Aequalitas ergo Patris et Filii et Spiritus sancti est relatio vel notio secundum unitatem naturae indiscriminatam vel unitatis proprietatem.

Hic quomodo dicatur similis et de similitudine.

Hoc idem etiam dicimus de similitudine. Similis etiam dicitur Filius Patri relative, et quidem dicitur; sed similis est Patri per unitatem essentiae. Est ergo appellatio quidem relativa.

Quod dicitur quod in nominibus aequalitatis vel similitudinis non ponitur aliquid sed removetur.

Similitudo vero est in personis divinis unitas. Quod in quibusdam non incongrue videtur, nomine aequalitatis vel similitudinis non aliquid poni, sed removeri, ut ea ratione dicatur Filius aequalis Patri, quia nec maior est eo nec minor, et hoc per unitatem essentiae. Ita et similis dicitur, quia nec diversus nec alienus nec in aliquo dissimilis, et hoc propter essentiae simplicitatem. Non ergo secundum quod Filius est genitus aequalis vel inaequalis est Patri vel similis.

hyl.

au. v.

Nota quod dicitur quod appellatio relativa est.

[illegible]

et dissimilis, sed equalis et similis. Sic hylarius ut supra.

De sentencia sancti hylarii qua in trinitate propria [illegible] ostendit.

Non est hic pretereundum quod illustris uir hylarius tres proprietates personarum assignans dicit eternitatem esse in patre, speciem in ymagine, usum in munere. Que tante difficultatis sunt uerba ut in eorum intelligentia atque expositione uenerandus laborauit Augustinus in sexto libro de trinitate ita dicens:

Augustinus de hylario quam eternitas est in patre, species in ymagine, usus in munere.

Quidam cum uellet breuissime singularum in trinitate personarum insinuare propria, eternitas est, inquit, in patre, species in ymagine, usus in munere. Et quia non mediocris auctoritatis in tractatione scripturarum et assertione fidei uir extitit (hylarius enim hoc in libris suis posuit), horum uerborum, id est patris et ymaginis et muneris, eternitatis, speciei et usus, abditam scrutatus intelligentiam,

Quo sensu illa dicta sint uerba hylarii. Hic doctor ait ipse est in patre eternitas tribuitur.

non eum secutum arbitror in eternitatis uocabulo nisi quod pater non habet patrem de quo sit. Filius autem de patre est ut sit, atque ut illi coeternus sit. Ymago enim si perfecte implet illud cuius ymago est, ipsa coequatur ei, non illud ymagini sue.

hic quare ymaginem speciem

In qua ymagine speciem nominauit, credo propter pulchritudinem, ubi iam tanta congruentia est et prima equalitas et prima similitudo, nulla in re dissidens et nullo modo inequalis et nulla ex parte dissimilis, sed ad identitatem respondens ei cuius ymago est. Ubi est prima et summa uita, cui non est aliud uiuere et aliud esse, sed idem est esse et uiuere, et primus ac summus intellectus, cui non est aliud uiuere et aliud intelligere, sed idem est unum, tanquam uerbum perfectum, cui non desit aliquid, et ars quedam omnipotentis et sapientis dei, plena omnium rationum uiuentium et incommutabilium, et omnes unum in ea, sicut ipsa unum de uno cum quo unum. Ibi nouit omnia deus que fecit per ipsam.

hic de spiritu sancto quare usus dicatur.

Ille ergo ineffabilis quidam complexus patris et ymaginis, qui non est sine perfruitione, sine caritate, sine gaudio. Ita ergo illa dilectio, delectatio, felicitas uel beatitudo, si tamen aliqua humana uoce digne dicitur, usus ab illo appellata est breuiter, et est in trinitate spiritus sanctus, non genitus, sed genitoris genitique suauitas, ingenti largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Itaque illa tria et a se inuicem determinari uidentur et in se infinita sunt.

Qui uidet hoc ex parte uel per speculum in enigmate, gaudeat cognoscens deum et sicut deum honoret et gratias agat; qui uero non uidet, tendat per pietatem ad uidendum, non per cecitatem ad calumpniandum, quoniam unus est deus, sed tamen trinitas.

Ecce his [illegible] qualiter illa hylarii premissa accipienda sunt, licet tante sint profunditatis ut etiam ad plenum exponi uix ualeant.

Quod non illa uerba hylarii. Sic explanatio. Sensus [illegible] obscuritate.

Aliquatenus tamen ea intelligere ualeat humanus sensus, cum ipsa eorum explanatio quam hic adiecimus plurimum illius tollat difficultatis et ambiguitatis.

Quare expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum trium.

Non enim secundum premissam expositionem distinguuntur hic tres ille proprietates supra assignate, scilicet paternitas et processio, distincte ad inuicem monstrantur.

De nomine eternitatis legitur in illa notio qua notat ingenitus.

Eternitatis enim nomine eadem uidetur designata proprietas quia notat hic nomen ingeniti. Sed uideamus quid sit quod ait:

Et quo sensu dicitur [illegible] ymago species [illegible].

Ymago si perfecte implet illud cuius ymago est, ipsa coequatur ei, non illud ymagini sue. Ubi euidenter dicit quod filius qui est ymago patris coequatur patri, non pater filio. Cum

Hylarius in libro de synodis: ymago est ad quam ymaginatur species indifferens est. Nam cum ipse quo ymago est sit cum eo cui ymago est, necesse est ut ymago de modo tractet. Ymago enim est rei ad rem coequandam ymaginata et indiscreta similitudo. Et quia pater est et filius, et ymago patris est filius, et qui ymago est ut uere ymago sit, speciem necesse est natiuam et coeternam habere, sed quia ymago est ipse habet auctoris.

filius dicatur equalis patri in scriptura et pater filio, sed filius habere aperte ut sic equalis patri dicatur, non hic a filio. Et tamen filius plene ac perfecte equalis est patri, id est ymago ei cuius est ymago.

Quod dicit hylarius supra propria assignasse uel ab patre [illegible] sic exposuisse proprietates.

Proprietates personarum in predictis assignasse dicitur hylarius, quia relatiua nomina personarum posuit, scilicet patris, ymaginis, muneris, que relatiue dicuntur, sicut ex ipsis de personis proprietates notantur quibus distinguuntur persone. Ita enim dicitur spiritus sanctus munus relatiue sicut donum. Verum ipsas proprietates aliis nominibus non significauit iuxta predictam Augustini expositionem, nec solo nomine eternitatis, quo non ipsam paternitatem sed eam uoluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

ad. hyl.

personas [illegible]

ad.

[illegible]

ad.

ad.

¶ Augustinus l.

¶ Collo uolunt

¶ q. d. cum sit ibi ymago patris et filii et ymago sui manifestum est quod dicat trium personarum.

¶ Sed hic eternitas. species. usus.

Quomodo per distinctionem notetur ab Augustino aliquarum ubi sunt expositae trinitatis [illegible]

Illud etiam sciri oportet quod eandem trinitatis personarum distinctionem Augustinus ostendere volens sine expositione illarum tunc praetermissarum superius commemoravit in I libro de doctrina christiana sic: In patre est unitas, in filio aequalitas, in spiritu sancto unitatis aequalitatisque concordia. Et tria haec unum omnia propter patrem, aequalia omnia propter filium, connexa omnia propter spiritum sanctum. Itaque pater et filius ac spiritus sanctus, et singulus quisque horum deus est, et simul omnes unus deus; et singulus quisque horum plena substantia est, et simul omnes una substantia. Pater nec filius est nec spiritus sanctus; filius nec pater est nec spiritus sanctus; spiritus sanctus nec pater est nec filius; sed pater tantum pater, et filius tantum filius, et spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. Eadem tribus aeternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In his verbis aperte insinuatur personarum trium distinctio.

Quare patri attribuitur unitas et filio aequalitas et [illegible]

Sed plurimos movet quod patri attribuit unitatem, filio aequalitatem. Sic enim unitas dicitur secundum substantiam, et filio et spiritui sancto non tamen in patre est, sed in filio et in spiritu sancto. Et aequalitas una est patris et filii et spiritus sancti. Cur ergo patri attribuitur unitas et filio aequalitas? Forte eadem ratione attribuitur patri unitas, qua Augustinus supra eidem aeternitatem, secundum Hilarium, quia videlicet pater non est ab alio, et a quo filius genitus unum secum deum, et spiritus sanctus ab eo procedit unum cum eo deum. Unitas ergo in patre esse dicitur quia non est aliquid aliud a quo sit; non enim ab alio est, nec ab eo aliquid vel aliquis est a quo non unum cum eo non sit. Filius enim et spiritus sanctus unum sunt cum patre. Unde veritas ait: Ego et pater unum sumus.

Quod pater et filius dicuntur esse unum vel unus deus, sed non unus. Et recte non ita recte praedicatur unum simpliciter et cum adiectione. Res vero diversae naturae non possunt dici unum.

Hic dici oportet quod pater et filius et spiritus sanctus recte dicuntur esse unum et unus deus, sed non unus. Res enim duae vel plures recte possunt dici unum esse si sunt unius essentiae et earum una sit natura. Unde Hilarius ait in [illegible]:

Hilarius in libro de trinitate: Si quis innascibilem et sine initio dicat filium, quasi duo sint principia et duo innascibilia et duo innata dicens, duos faciat deos, anathema sit. Caput enim quod est principium omnium filius. Caput autem quod est principium Christi deus. Sic enim ad unum innascibilem deum omnia per filium universitate referuntur. Ferentes filium innascibilem confitentur, impius sensus est. Iam enim non erit unus deus, quod in unum praedicari non [illegible] unus innascibilis deus exigit. Cum ergo deus unus sit, duo innascibiles esse non possunt; et ideo unus deus sit, quia et pater deus sit et filius deus sit, quia innascibilitas sola penes unum sit. Filius autem idcirco deus, quia ex innascibili essentia natus existat. Caput enim omnium filius est, sed caput filii deus est; et ad unum deum omnia hoc gradu et hac confessione referuntur, cum ab eo sumat principium cuius ipse principium sit.

Idem in eodem: Omnibus [illegible] sublimis unitas dei attulit; sed si filio deus ex impassibili ac non nata substantia perfecta nativitas. Talia enim cum de [illegible] sit, quia ita esse deus voluit. Filius autem natus ex deo substantia talis, quia et deus est; si dissimilis substantiae sui eodem [illegible] ex substantia degeneris naturae per originem attulit, non per creationis voluntatis existentiam.

Non dicatur de diversis universaliter, non ad quod unum dicatur: quid unum vel una quo additio recte praedicatur de rebus unius et diversae substantiae. Unde Augustinus in VI libro de trinitate ait: Nescio utrum inveniatur in scripturis dictum unum esse quorum est diversa natura. Si autem et aliqua plura eiusdem naturae sunt et diversa sentiunt, non sunt unum in quantum diversa sentiunt. Nam si iam ex hoc unum essent quod homines erant, non diceret: ut sint unum sicut et nos unum sumus. Sed quia addidit ad unum, planum dicitur eos non tamen esse unum, deus neque dissentientes sed unitate. Exemplum ponit. Unde Paulus et Apollo, qui et ambo homines erant et idem sentiebant, unum esse dicuntur: Cum dicitur qui plantat et qui rigat unum sunt. Cum vero additur quid unum, potest aliquid significari ex pluribus unum factum quamvis diversis naturae, sicut anima et corpus non sunt unum utique dici unum. Quid enim tam diversum? nisi addatur vel subintelligatur quid unum, videlicet unus homo. Unde apostolus: Qui adhaeret domino unus spiritus est. Non dixit unus est vel unum sunt, sed addidit spiritus. Diversum enim natura spiritus hominis et spiritus dei, sed inhaerendo fit spiritus hominis unus spiritus cum deo, quo participante fit unitatis et beatitudinis [illegible]. Si ergo de his quae diversae substantiae sunt recte dicitur quod sint unus spiritus, quanto magis quae unius substantiae sunt recte dicuntur unus deus esse? Pater ergo et filius unum sunt, utique secundum unitatem substantiae, et unus deus.

Unde de heresi arrij.

Arriana heresis damnatur, quae patrem et filium et spiritum sanctum, ut ait Augustinus in libro de heresibus, non vult esse unius eiusdemque substantiae aut naturae, vel ut expressius dicatur essentiae, quae graece dicitur usia, sed filium

Quod hic [illegible] principali [illegible] deus principium et filius [illegible] [illegible] patre et filio [illegible]

Hilarius in evangelio [illegible]

praedicando

significando

heresis Sabelliana

esse creaturam. ¶ Hoc non in. De heresi Sabellii. Sabelliana, que, ut Augustinus ait in libro de heresibus, dicit eundem ipsum esse patrem et filium et spiritum sanctum, ut esset trinitas nominum sine subsistentia personarum. Veruntamen, ut ait Augustinus super Iohannem: Audi utrumque dicentem: Ego et pater unum sumus. Utrumque audi, et unum et sumus, et a Caribdi et a Scilla liberaberis. In duobus his verbis, quod dixit unum liberat te ab Ario, quod dixit sumus liberat te a Sabellio. Si unum, ergo non diversum; si sumus, ergo et pater et filius. Sumus enim non diceret de uno, nec unum diceret de diversis. Erubescant ergo Sabelliani qui dicunt ipsum esse patrem qui est filius, confundentes personas, qui et dicti sunt Patripassiani, quia dicunt patrem fuisse passum. Arriani vero dicunt aliud patrem esse, aliud filium, non unam substantiam, sed dicunt patrem maiorem, filium minorem. Noli hec dicere, tu catholice. In medio ergo ita incedas, utrumque periculosum latus devitans, ut dicas patrem esse et filium, et filium esse alium, patrem alium, filium sed non aliud, immo unum ipsum coequalem deo. Hoc ostensum est quare unitas esse in patre dicatur, cum tres illi unum sint.

[illegible]

Confundit hic personas dicens quod [illegible] [illegible]

In patrem dicunt esse passum [illegible]

Quare dicitur equalitas esse in filio, cum sit una equalitas trium.

Nunc videamus quomodo equalitas dicatur esse in filio, cum una et summa sit equalitas trium. Hoc ideo forte dictum est quia filius genitus est a patre equalis gignenti, et donum quod ab utroque procedit non illa ratione dicitur esse equale, sicut filius. Filius enim a patre ita est ut sit equalis, et spiritus sanctus ab utroque habet ut sit equalis utrique. Hanc sine assertione sententiam silentio, in maioris intelligentie [illegible] dicimus, domini maiestatis inceptione [illegible] clausula sermonum ypocresi audire, quam aliquid aliis insinuare.

Quomodo hic deum separaverit in [illegible] et eodem capitulo.

[illegible]

Hilarius tamen in libro de synodo minus forte expresse videtur de indifferenti similitudine patris et filii fidei locuta esse, cum de patre et filio et spiritu sancto tam sensero significatam in nominibus, quam unicuique nominatorum substantiam et ordinem et gloriam, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum. Volens ergo aggregata sanctorum synodus impietatem illam perimere que unitatem patris et filii ~~spiritus~~ et spiritus sancti nominum numero eluderet, ut non subsistente causa uniuscuiusque nominis triplex nuncupatio obtineret, subsistentem nominum unionem, id est pater solus atque unus idem ipse haberet et spiritus sancti nomen et filii, tres personas subsistentium esse dixerunt, per substantias edocentes non substantiam patris et filii diversitate dissimilis essentie separantes. Quod autem septum est: ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum, non habet calumpniam, quia congruo nomine spiritu, id est paraclito, consonantie potius quam essentie per similitudinem substantie predicatur convenientem unitatem. Hoc in eodem. Cum dicimus patrem confiteri et Christum dei filium predicamus, et inter hec duorum decretum sit inreligiosa confessio, non possunt secundum nature indifferentiam et nomen indifferens non unum esse. In essentie genere quorum essentie nomen non licet esse nisi unum, ut unica ac singularis dei substantia per unionem nominis intelligatur, cum utriusque nomen unum, id est unus deus, ob indiscrete in utroque nature indissimilem substantiam predicetur.

ab.

Quod autem dicitur in spiritu sancto esse unitatis equalitatisque concordia, concordia, ideo per connexionem eum omnia connexa, sacius est intelligenda nobis premissa ad memoriam revocantibus. Supra enim per auctoritates sanctorum determinatum est quod spiritus sanctus amor est quo pater diligit filium et filius patrem. Recte ergo spiritus sanctus dicitur connexio et concordia patris et filii, et per eum omnia connexa. Unde Augustinus in xv. libro de trinitate: quod communis sit ambobus, patri scilicet et filio, amborum spiritus sanctus est. Idem in vi. libro de trinitate: est summa caritas utrumque coniungens nosque subiungens.

D xxxii

In differentia hic ponit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] diligit [illegible] [illegible] et filium.

Hic oritur questio ex dictis deducta. Utrum pater vel filius spiritu sancto diligat, cum diligere id sit deo quod esse. Dictum est enim supra atque sepius testimoniis ostensum quod spiritus sanctus est amor patris et filii, et amor quo pater et filius se invicem diligunt. Ideo querit utrum pater vel filius per spiritum sanctum, vel spiritus sanctus diligit. Quod utique videtur oportere dici secundum auctoritates supra positas, quibus ostenditur spiritum sanctum esse quo genitus a gignente diligitur genitoremque suum diligit. Sed econtra, si pater et filius dicatur diligere per spiritum sanctum, videtur esse per spiritum sanctum, quia non est aliud deo esse et aliud diligere, ut ait Augustinus in xv. libro de trinitate: quicquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligendum, ut bonus, magnus, immortalis.

Quod spiritus sanctus communiter procedit a patre et filio.

au. Secundum nota [illegible] [illegible] sapiens, diligens, et huiusmodi, licet superius pater et filius diligere per spiritum sanctum, id est per spiritum sanctum dicatur; neque tamen essentia sua diligit, sed etiam dono.

Hic quaestio insolubilis quantum humanum superans sensum, iuxta quod ait Augustinus libro ac... [illegible]

Huic quaestioni cum altitudinem nimiae profunditatis contineat, id solum respondemus quod Augustinus significare videtur, scilicet quod pater et filius se diligant, unitatem servantes non solum essentia sua sed suo dono, id est spiritu sancto; quod licet supra positum sit, tamen non pigeat repetere quod ibi expedit. Ait ergo Augustinus in vi libro de trinitate: Spiritus sanctus commune aliquid est patris et filii; quidquid ille est, ita aliquid duorum est, quo invicem coniungitur, quo genitus a gignente diligatur genitoremque suum diligat. Sunt ergo non participatione sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio servantes (id est diligentes se) unitatem pacis.

Aperte dicit quod pater et filius diligunt se essentia et dono.

Ecce hic dicit quod essentia sua et dono suo diligunt, servantes unitatem pacis. Item in xv libro de trinitate: In illa trinitate quis audeat dicere patrem nec se nec filium nec spiritum sanctum diligere nisi per spiritum sanctum. Hic aperte ostendit patrem non tantum per spiritum sanctum diligere; non autem simpliciter dicit patrem non diligere per spiritum sanctum, sed non solum per spiritum sanctum.

Utrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut diligit amore qui ab ipso procedit.

Praeterea diligenter investigari oportet utrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, quae tamen filius est, quod videtur a simili posse probari. Sicut enim pater diligit amore qui ab ipso procedit, cur non et sapientia vel intelligentia quam genuit sapit vel intelligit? Hanc quaestionem urgere videtur, ita ait Augustinus in vii libro de trinitate: Quod scriptum est apostolo dicente: Christum dei virtutem et dei sapientiam. Unde quaeritur utrum ita sit pater sapiens ut sapientia sit genitor, et sapientia sapiens sit quam genuit, et hac virtute potens quam genuit. Sed absit ut ita sit, quod si ita est, ubi esse quod sapere, non per illam sapientiam quam genuit sapiens est pater; alioquin non ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Sicut enim sapientia quam genuit causa est illi ut sapiens sit, ita et ut sit ipsa illi causa est, quod fieri non potest nisi gignendo eum aut faciendo; sed nec genitricem nec conditricem patris illo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius?

Hic deterius (?) dicens patrem non esse sapientem ... [illegible]

Augustinus in libro lxxxiii quaestionum: Cum sapiens deus dicatur et sapiens est ea sapientia dicitur sine qua eum vel fuisse aliquando vel esse posse nefas est credere, non participatione sapientiae sapiens dicitur, sicut anima quae et esse et non esse sapiens potest, sed quod eam ipse genuit qua sapiens dicitur sapientiam. Ad quod intellectum patrem dicit sapientem genita sapientia, quod aliis obviat testimoniis. Verum hoc corrigit Augustinus in libro retractationum, inde eius dicti in libro lxxxiii quaestionum de patre quod eam ipse genuit qua sapiens dicitur sapientiam. Sed melius istam quaestionem in libro postea de trinitate tractavit de sapientia ingenita.

Utrumque dicitur anima sapiens participatione

Ergo pater ipsa sapientia est et qua sapiens est; filius hic dicitur sapientia patris et virtus patris, non quod pater per eum sit sapiens vel potens, sed quod filius sapientia et virtus sit de patre sapientia et virtute. Ex his patet quod pater non est sapiens sapientia genita, sed se ipso sapientia ingenita.

Utrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita.

Post haec quaeri solet a quibusdam utrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita. Sicut enim non est sapiens sapientia genita, nec se ipso sapiens est; si vero ipsa sapientia genita sapiens est, videtur esse sapiens sapientia ingenita, et ita non videtur esse sapiens a patre, cum a patre habeat omnia.

Responsio.

Ad quod dici potest quia una est sapientia patris et filii et spiritus sancti, sicut et una essentia, quia sapientia in illa natura simplicitate est essentia. Ita filius tamen est sapientia genita, et pater sapientia ingenita, et sapientia genita est de sapientia ingenita vel a sapientia ingenita. Et cum idem sit ibi esse quod sapientem esse vel intelligentem, ut sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia dei tamquam ipse solus sit intelligens vel sapiens sibi et patri et spiritui sancto, quia ut ait Augustinus in xv libro de trinitate: Si solus dei filius intelligit et sibi et patri et spiritui sancto, ad illam reditur absurditatem ut pater non sit sapiens de se ipso sed de filio, nec sapientia sapientiam genuit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quam genuit. Ubi enim non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ac per hoc si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est deo esse quod sapere, et ea illi essentia est quae sapientia, non filius a patre, quod verum est, sed a filio potius pater. Hoc enim omnino quod absurdissimum est atque falsissimum. Est ergo deus pater sapiens ea qua ipse est sua sapientia, et filius sapientia patris est sapiens de sapientia quae est pater, de quo est genitus filius. Et ita

Pater est sapiens ea qua ipse est sapientia, et ideo filius genitus et sapiens illa ingenita, sed genita una cum sapientia.

Pater et filius diligunt se spiritu sancto. De hoc dicunt diversimode quidam. Quidam ablativum notare signum non causam; alii sic exponunt: spiritu sancto, id est dilectione et caritate quae spiritus sanctus; ut sic: diligunt se spiritu sancto, id est spiritum sanctum dilectione [illegible] ... omnia [illegible] opposita omnia.

Ecce innuitur quod pater et filius se diligunt spiritu sancto.

Scriptura [illegible]

Scriptura ad [illegible]

Non autem spirando simplex.

Utrum pater sit sapiens sapientia [illegible] pater est intelligens ea qua ipse est sua intelligentia. Non enim esset sapiens qui non esset intelligens. Filius autem intelligentia patris de intelligentia genita est, que est pater, de qua intelligens est. Ipse ipsa est sapientia, et filius sapientia, et utrumque una sapientia; et solus pater est ingenita sapientia, et filius solus genita sapientia; nec tamen alia sapientia est pater, alia filius, sed una eademque; sicut pater est deus ingenitus, et filius deus est genitus; nec deus genitus est deus ingenitus, non tamen alius deus est pater, alius filius, sed unus deus utrumque. Non autem dicimus: alius est unigenitus, alius est ingenitus, sed non alius deus; immo utrumque unum dicimus deum. Sic utique non est sapientia genita sapientia ingenita, sed alia est sapientia genita, alia ingenita; nec est tamen alia sapientia, sed una eademque sapientia.

An filius sit sapiens se ipso, ut per se ipsum.

Ex predictis constat quod filius non est sapiens a se, neque de se, sed a patre, id est de patre. Queri autem solet utrum filius sit sapiens de ipso vel per se ipsum. Solutio secundum quosdam.

opinio — Quidam dicunt multiplicem hic fieri intelligentiam, propter quod illi ingerendum fore, ita ut cum dicitur filium esse sapientem se ipso vel per se ipsum, secundum naturam et essentiam sapientem intelligatur, verum sic intelligatur. Si vero a se ipso vel de se ipso sapientem esse intelligatur, falsum sit; subtrahunt hanc intelligentiam. Aliorum determinatio.

opinio — Alii vero simpliciter et absque determinatione concedunt has locutiones: filius est sapiens per se, sed non a se vel de se; et filius est deus per se, et est per se, sed non a se vel de se. Hoc confirmantes verbis Hylarii, qui filium non a se, sed per se agere dicit in libro viii de trinitate, ait: Natura, inquit, cui contradicis heretice, huiusmodi est, ut ita per se agat filius, ne a se agat, et ita non a se agat, ut per se agat. Intelligite filium agentem et per eum patrem agentem. Non a se agit filius, cum pater in eo manens monstratur. Per se agit, cum secundum nativitatem filii agit ipse que placita sunt. Infirmitatem sit, si non a se agendo nihil agit ipse; non sit in unitate, si quae agit et que placent non ipse agit. Sic ergo, inquiunt, filius per se agit, sed non a se; ita filius debet dici sapiens per se, sed non a se. Sic et per se deus esse vel existens dicendus est, ut aiunt, sed non a se vel de se.

hylarius

ut auctor.

sua auctoritate

An una tantum sit sapientia patris.

Post hec a quibusdam queri solet utrum una tantum sit sapientia patris. Quod non esse nituntur probare hoc modo: Quoniam, inquiunt, filius inquiunt, probare quod non una tantum est sapientia patris. sapientia patris genita, qua pater sapiens non est; ergo aliqua sapientia patris qua sapiens non est. Est autem et sapientia patris ingenita, et ea pater sapiens est; est ergo quedam sapientia patris qua sapiens est, et ipsa non est illa sapientia patris qua pater sapiens non est. Non est ergo una tantum sapientia patris. Item: sapientia ingenita est sapientia patris, et sapientia genita est sapientia patris; non est autem sapientia ingenita sapientia genita; non est ergo una tantum sapientia patris. Quod responsione hominis digna sunt et indigna.

Hec et his similia tamquam sophistica et a ratione longinqua cunctisque in theologia pietatis peritiam alicuius responsione indigna iudicantes, hoc tamen dicentes quod una tantum est sapientia patris, sed non uno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quam genuit, et sapientia patris dicitur ea qua sapiens est. Diversa est ergo ratio dicendi. Illa enim dicitur patris quia eam genuit, et ita dicitur patris quia ea sapiens est. Una est tamen sapientia patris, quia sapientia genita est eadem sapientia que et ea qua sapiens est. Sicut ea qua sapiens est intelligitur persona patris, sive essentia patris, quia persona patris, que intelligitur cum dicitur sapientia ingenita, et persona filii, que significatur cum dicitur sapientia genita, una eademque sapientia est, que essentia divina intelligitur communis tribus personis. Ut in trinitate est dilectio que est trinitas, tamen spiritus sanctus est dilectio que non est trinitas, nec ideo due sunt dilectiones; ita et de sapientia est dicendum.

Et sicut in trinitate dilectio est que est pater et filius et spiritus sanctus, que est ipsa essentia divinitatis, et tamen spiritus sanctus dilectio est que non est pater vel filius, nec ideo due dilectiones sunt in trinitate, quia dilectio que ipse spiritus sanctus est, essentia est, et dilectio que trinitas est; non tamen ipsa trinitas est ille spiritus sanctus, est essentia que trinitas est, non tamen ipse trinitas est; ita in trinitate sapientia est que est pater, filius, spiritus sanctus, que est divina essentia, et tamen filius est sapientia que non est pater vel spiritus sanctus; nec ideo due sapientie sunt, quia sapientia que ipse est filius est sapientia que est trinitas; ipsa tamen non est trinitas, sicut filius est essentia que est trinitas, ipse tamen non est trinitas. Quare pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, eadem ratione videtur debere dici quod pater non sit diligens spiritu sancto vel filius dilectione que ab utroque procedit.

Preterea diligenter notandum est quod ea ratione qua pater non dicitur esse sapiens sapientia quam genuit, videtur fore dicendum quod pater non diligat filium vel filius patrem ea dilectione que ab utroque procedit, que ipse spiritus sanctus est. Sicut enim idem est

post hoc capitulum debet ordinari illud Augustinus in libro xv capitulo vii et c.

oppositione ad oppositum

Quod differt

deo sapere quod esse, ita idem est ei diligere quod esse. Sed quemadmodum
sicut negatur pater esse sapiens sapientia quam ge
nuit, quia si ea diceretur sapiens, non ipsa sapientia ab eo
sed ipse ab ea intelligeretur esse, ita videtur non debere con
cedi quod pater vel filius diligat ea dilectione que tantum spiritus
sanctus est, quia si ea diligit pater vel filius, non spiritus sanctus videtur
esse a patre et filio, sed pater et filius a spiritu sancto, cum idem sit ei diligere
quod esse. Et supra definitum est. Aug. in vi. li. de trinitate.
atque auctoritate sanctorum Augustini in vi. li. de trinitate
quod in trinitate tantum sunt unus diligens illum qui de illo est,
et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio.
Que non est aliquis eorum duorum quo genitor genitum
diligit, et genitum genitorem suum diligit, quibus verbis
aperte significatur patrem et filium et filium patrem diligere
ea etiam dilectione que non est aliquis eorum, scilicet spiritu
sancto. Sed cum idem sit illi diligere quod esse, quomodo
dicitur pater vel filius non esse ea dilectione qua alter alterum di
ligit, sicut ideo pater negatur sapere sapientia quam ge
nuit ne ea esse intelligatur. Ad hoc quod inexpli

Difficile est et fateor hic me cabilis est que
questionem solvere perspicue cum ex excellentissimi
dictis oratque sensus vix habere tam tractatores
tionem quod mee intelligentie excedit homi
denis infirmitatis hebetat, cupiens magis ex nis.
dictis sanctorum referre quam asserere. hylarius in i. li. de trinitate

Optimus enim lector est inquit hylarius libro i. de trinitate
qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis po
tius quam imponat, et retulerit magis quam attu
lerit, nec cogat id videri dictis contineri quod ante lec
tionem presumpserit intelligendum. Cum ergo de rebus
dei sermo est, concedamus deo sui cognitionem,
dictisque eius pia veneratione famulemur. Investi
get ergo diligentius pius lector dictorum rationem, si
forte dictorum aliquam valeat reperire certam, qua
cognita premissa questio aliquatenus explicari va
leat. Ego autem hanc questionem non absolvens, sed errorem
excludens, profiteor non ita deum esse patrem dili
gere filium vel filium patrem ea dilectione que ab
utroque procedit, que non est aliquis eorum sed tantum
spiritus sanctus, tamquam ea dilectione pater sit vel filius. Sed sic
ea pater diligit filium et filius patrem, ut etiam pro
per se dicatur quod ipse est dilectione diligere. Sic et fi
lius. Non autem sic ut pater per se non diligat et filius, sed
per eam tantum. Cuius hoc in illa trinitate inquit
aug. opinari vel affirmare plurimum sunt
tam questionem lectorum diligentie plenius discu
tiendam atque solvendam relinquimus. Ad hec

mus sufficientes. Utrum proprietates personarum sint ipse

Post supradicta inter cetera magis quod persone vel divina
prietatibus inquiri oportet utrum essentia.
proprietates personarum quibus ipse persone determinantur sint
ipse persone, item utrum deus vel divina essentia, an ita sint
in personis ut non sint persone, de quibus hoc videtur divina
essentia. Quod enim in personis sint proprietates nemo
inficiari audet, cum aperte clamet auctoritas
quod in personis est proprietas et in essentia unitas. Su
perius quoque multis sanctorum testimoniis astruximus personas pro
prietatibus distingui atque determinari. Quod proprie
ipsas quoque proprietates etiam ipsas personas expressimus videri tates sint
bulis. Cum ergo ipse proprietates ab eterno fuerint quibus persone
ipse determinantur persone et differunt, quomodo non esse
si inessent non essentie, quomodo in ea essentia ipse persone non essent,
quia ibi esset multiplicitas. Quocirca sicut proprie
tates esse in personis, ita etiam esse personas confitemur,
sicut supra auctoritate probatur. Nec pigeat revocare
ad mentem predictam suum in expositione fidei sabe
verba dicentes. breviter tangit que supra posita

Sabellii heresim declinantes sunt. ut aliud ad
tres personas expressas sub proprietate distinguimus. dat
Non enim nomina tantum sed nominum proprietates, id est
personas, vel ut greci exprimunt ypostases, hoc est
subsistencias confitemur. Ecce aperte dicitur personas proprie
tatibus distingui, nam proprietates esse personas cum
breviter perstringimus quod supra latius posuimus.

Quemque de simplicitate dixeras Quod proprietates
si quam differeremus auctoritatibus sunt divina
sanctorum scilicet aug. hyl. ier. hyl. ysidori et essen
boetii evidenter monstravimus deum hoc esse tia
omne quod in se habet, exceptis quod pater habet filium, nec est
filius, et filius habet patrem, non est pater. Et sic esse in unitate
ut qui habet et hoc habet quod habet, et totum quod ibi est
unum esse, unam naturam esse, que tamen non iteramus
ne fastidium lectori ingeramus. Ex predictis concludit

Si ergo proprietates ibi sunt singula proprietates esse
eadem est deus quod est ibi et unum eademque in persone divi
ne singule sunt, fatemur ergo proprietates nas esse
tates esse in tribus personis et ipsas esse personas atque ad
divinam essentiam. auctoritate astruit quod

Quod enim proprietas etiam divina natura proprietas sit
sit et esse, hyl. li. de trinitate nativitatem filii natu
esse naturam. unde ipsa est in li. vi. li. de trinitate. Verum quia
natura non differt, unum sunt pater et filius. Hic ergo hoc
sacramentum nativitatis ut complectitur in se et no
men et naturam et potestatem quod naturalis non

D xxxiii

nemo

confirmat

ignat

S. i. p eam

Ille asserit dictis quod male interpretans cogit auctoritates
dictorum quod ipse vult. ille refert quod benignus interpretans
intelligit dictorum quod non auctor velle.

Aliquid tamen dic.

S. i. essentia sua

ai.

sabe

Au.

hylar.

S. i. hoc nativitatem

·ddē·

non est innata pater. Hilarius: Verum nascitur filius. Idem in VII. li.
Nativitatis proprietas est. Veritas est. Idem in VII. dicit
quod nature nativitas sit intelligenda esse in deo.
Super etiam dicit quod proprium patris est quod semper pater est
et proprium filii quod semper filius est, significans quod proprie-
tas patris est pater, et proprietas filii filius. Ecce Hilarius a-
liisque pluribus auctoritatibus aperte significari videtur
quod proprietas filii filius sit. Sic et de aliis. Hanc proprietatem
patris et proprietatem spiritus sancti. Hanc aliqui negantes dicunt proprie-
Hec autem aliqui negant tates esse perso-
dicentes quidem proprietates in nas vel divi-
personis esse, sed non esse personas vel personales proprietates nam essen-
dicunt esse et in personis et in essentia divina, ut tamen
sint in eis sicut ea que secundum substantiam de deo
dicuntur, ut bonitas, iustitia, sed extrinsecus affixa, scilicet
atque tamen esse omnibus probare contendunt. Sicut enim,
inquiunt, proprietates persone sunt, non et persone deter-
minantur. Contra quod dicimus quod etiam se ipsis
persone differunt. Sicut supra Ieronimus loquens de
patre et filio et spiritu sancto dicit: Substantia unum sunt, sed
personis ac nominibus distinguuntur. Sed item ad-
ditur: si proprietates ipse divina essentia sunt, cum essentia
non differunt tres persone, nec proprietatibus differunt.
Quomodo enim differt pater a filio, cum quod divina essen-
tia est, cum in essentia unum sunt? Responsio a pre-
Hec doctrinis novis et humanis missa auc-
questionibus ubi Hylarius respondens: In toritate
[illegible] est ut extinguatur et innoxie sensibile ex [illegible]
ria significantia sermonis est, extra sensus in-
tentionem non venitur, ut ait: effectus tenetur
verborum significantiam rei ipsius natura consistit.
Sensus contemplationem inexplicabile lumen obce-
cat, intelligentie capacitatem quo fine nullo conti-
netur excedit. Hoc ergo latet est in sensu intelli-
gentia stupore. In sermone vero iam infirmi-
tatem si silentium continetur. Periculosum ni-
mis est de rebus tantis accepta recondita aliquid
ultra preceptum celeste proferre, ut ultra prefini-
tionem dei sermo de deo sit. Forma fidei certa est.
Non ergo aliquid addendum est, sed modus consti-
tuendus audacie. Quicquid ultra quesieris non intelliges.
Ceterum hereticorum improbitas Quomodo improbitate
instinctu diabolice fraudis u- [illegible]
lentie extitit ut dum quiescere sinit Alia doc-
tantia in ratione addit. ¶ Si paternitas et ces-
filiatio inde sunt in divina essentia sunt, eadem igi-
tur est pater et filius. Nam in quo paternitas est

pater est, et in quo filiatio filius est. Si igitur una ead-
emque res hec in se paternitatem et filiationem, ipsa et
generat et generatur. Quod dicentes et Sabellianam
heresim pertinuerunt, extendentes patrem in filium hyl. li.
consequenter sibi filium imponunt ipsum. Si vero nega-
verint in natura dei essentia paternitatem esse et filia-
tionem, quomodo ergo dicunt deum esse filium atque
aliis argumentorum aculeis utuntur in sue opini-
onis assertionem ut veritatis formam dissolvant?
Quorum audacie resistentes Responsio contra hanc eorum opi-
atque ignorantie providentes nionem et reddit quare ipse
respondebimus aliquid super hiis locis. proprietates non ponit
paternitas et filiatio non ita esse dicuntur sed in essentia
in divina essentia sicut in ipsis personis sic in posita
filii, in quibus ita sunt quod eas determinant libro de
ut ait Iohannes Damascenus. Caracteristice ypo-
stasum sed id est determinative proprietates hypostaseon
sunt, et non nature; hypostasim determinant, non naturam. Et quamvis
licet paternitas et filiatio sint in divina essentia, cum
eam non determinent, non ideo sequitur dici quod divina essen-
tia generet et generetur, vel quod eadem res sit sibi
pater et filius. Ita enim proprietas determinat personam
ut hec proprietate hypostasis sit generans, et illa alia
sit genita; ita tamen eadem generat et generatur, et
alter alterum. Queritur quomodo proprietates possint
Sed forte queres cum hec proprie- esse in natura nec eam
tates non possunt esse in personis determinare
quin eas determinent, quomodo in essen-
tia divina esse possunt, ita ut non eam determinent.
Respondeo id est hic cum Hylario: Ego nescio, hyl. li. Resp.
nec requiro, et consolabor me tamen. Archangeli
nesciunt, angeli non audierunt, secula non tenent,
propheta non sensit, apostolus non interrogavit, filius ipse
non edidit. Cesset ergo dolor querelarum. Quo-
piam homo sua intelligentia generationis hyl. li.
sacramentum posse consequi. Absolute tamen in-
telligendum est pater et filius et spiritus sanctus. Stat in hoc fine
intelligentia verborum: est filius aperte quia est
unigenitus ab ingenito, progenies a parente,
unus ab uno, non natura destitutus alia et alia,
quia ab eo est. Unum hoc credendo incipe, procurre,
persiste, et si non perventurum sciam, tamen gratu-
labor profecturum. Qui enim pie infinita
persequitur, etsi non contingat aliquando, tamen pro-
ficiet prodeundo. Sed ne te inseras in illud hyl. li.
secretum et arcanum inopinabilis nativita-
tis, ne te immergas summam intelligentie

¶ Obiectio contra premissa qua volunt probare proprietates non esse personas.

¶ alia obiectio

¶ Nota quod magister concedit quod proprietates sunt in essentia, et tamen modum dicit quod proprietates sunt essentia. ¶ Item filiatio est aperte non tamen genita a patre. Sed tamen filius est a patre, non tamen genita.

Iohannes damasce.

i. secretum

i. illas tres personas que sunt in unitate.

Quod differt

Unius ab uno.

Verum: talis perscrutator maiestatis opprimetur a gloria.

id est eternum

Distinctio xxxiii

comprehendere plene nequeas, sed intelligere: incomprehen-
sibilia est. ¶ His aliisque multis evidenter ostenditur
nobis illam rerum incommutabilitatem perscrutari
vis? potius secundum modum circumscribi infinitum.

Verumtamen nondum desistit Qualibus auctoritatibus
in parte adversa agitari sedes opi- opinionem suam id est quam
nionem suam et secundum auctoritatem generatio patris
tribus muniri conatur quibus ostendere filium non
vere volens generationem qua pater est pater et pro- genito
prietatem qua filius est filius non esse divinam. Ad hoc inducentes de trinitate
illam Augustini sententiam illum locum patris, id est non
substantia tamen dicentes: Deus est quedam substantia, ubi et at
in fide catholica. Sic edificentur, ut dicant pa-
trem et filium et spiritum sanctum unius esse substantie. Quid est
unius substantie? Quod pater est hoc est filius, hoc
spiritus sanctus. Cum autem pater est non in eo est quod est; pater enim
non ad se sed ad filium dicitur; ad se autem dicitur deus. Ideo quod
hoc quo deus est substantia est, et quia eiusdem substantie est
filius, procul dubio et filius est deus. At vero quod pater
est, quia substantie non est sed refertur ad filium, non sic di-
cimus filium patrem esse sicut dicimus filium deum esse.
Ex his verbis significari dicunt quod Qualiter vero quesitio
generationis patris vel generationis filii non sit de illa Augustini ad
essentia divina. Cum enim dicit eo quod deus est sua prima
substantia est, hoc quod pater est substantie non est, aperte videtur sed
ostendere deum esse substantiam quo deus est. Ideo vero quo pater
est non esse substantiam; generatio autem pater non illud est
quod est deus, ideo non esse patrem eo quo substantia est.
Non enim simpliciter dixit pater non est illud quod est substantia
Cum pater est non illud est quod est significans quo pater est,
non esse illud quo est, id est essentia. ¶ Sed ita expo-
nentes ecclesia contraria simplicibus et incautis
nova induci faciunt. ¶ Notandum autem Qualiter illa
autem ista intelligenda sint oportet. Dicit intelligenda
enim eo quo deus est substantia est, sed quo pater quam di-
est substantie non est. Hoc intelligi voluit: quod est autem
sentia deus est, id est quo deus substantia est, sed enim substantia est
quo deus est relative, cum ea est relatio que substan-
tia [illegible] relativis, sed quod pater est non est substantie vel non
pater est eo substantia est quia generare generationis pater est
qua substantia non est. [illegible] tamen generationem filium
esse non negamus. Sic etiam illud intelligendum est
quare, cum pater est [illegible] est quod est vel in illo pater
est quod vel quo ipse est, id est essentia sed notione. Aliis
verum, licet ubi Augustinus quod ubi Augustinus [illegible]
vehementer insistunt illi de [illegible] generationis [illegible]
pater [illegible] ubi [illegible] sapia esse substantiam.

est et essentia, hoc est quod pater est, tamen quod est verbum non est hoc quod pater.
Si, inquiunt, verbum non est hoc quod pater, hoc quod est verbum id
ergo quo est verbum illud est quod pater est, generatio ergo quia
verbum est non est id quod pater est, non est ergo divina essentia.
¶ Ad quod dicimus quia licet hoc quod verbum non sit Respo.
hoc quod pater est, ea tamen generatio qua verbum est id est
quod pater est, id est divina essentia, sed non est proprietas patris.

Praeterea autem adiciendum est quod Optimo quidam [illegible]
quidam pravi sensus homines essentiam [illegible]
in insaniam prosiluerunt in tantum [illegible]
ut dicerent non idem esse naturam dei et per- essentiam ipse
sonam sive proprietatem, dicentes tamen esse patrem et
essentiam non posse esse patrem et filium et spiritum sanctum sine perso- [illegible]
narum confusione. Si enim, inquiunt, ea essen- [illegible]
tia que pater est filius est, idem ergo pater est et filius. Si
vero eam dicas esse patrem et aliam quam dicas esse filium, si vero aliam non concesseris, eandem dixeris
de genitura et genitore est. Spiritus [illegible] unius trium
personarum dividi [illegible] non recipiant [illegible] deitatis
vel naturam et simplicem esse tres personas.
¶ Id quidem testimonio Hilarii [illegible] auctoritate quam pro-
nuntiant, qui in VIII libro de trinitate ait est fide [illegible]
apostolus notans spiritum dei et spiritum Christi, id est significans ponere
ut [illegible] inquit [illegible] beneficium praedicare vo-
lens naturae unitatem in patre et filio docere ait: Spiritus
dei in vobis est. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est
eius. Si autem hic est qui suscitavit Iesum etc. Spiri-
tales omnes sumus, si in nobis est spiritus dei. Si vero hic spiritus Hilarius
dei est et spiritus Christi et spiritus in nobis est et spiritus in nobis
est qui suscitavit, et qui suscitavit Christum in nobis est
spiritus et spiritus in nobis est Christi, nec tamen non dei est spiritus qui in nobis
est. Discerne ergo, obsecro, spiritum Christi et spiritum dei, et spiritum
Christi a mortuis [illegible] spiritum dei et spiritum Christi a mor-
tuis excitantis. Cum qui habitat in nobis spiritus Hilarius
et spiritus dei sit et spiritus est Christi a mortuis excitantis, spiritus dei
tamen sit, Christum a mortuis excitantis. ¶ Hoc quo-
modo in spiritu dei [illegible] rem naturae
significantem existimes. Non idem est enim res et cuius res
est, sicut non idem est homo et quod hominis est, sicut
est ignis et quod ipsius ignis est, ita hoc non idem est
deus et quod dei. ¶ Ex cuius occasione hic ostenditur
perversa heresis [illegible] non idem esse [illegible] quod sensu
[illegible] dei asserentes naturam dei esse et tres [illegible]
personas intelligentes in his verbis [illegible] ubi [illegible]
Hilarius [illegible] unitatem [illegible] et nomine naturae divinitatis [illegible]
naturam [illegible] Hilarius interrogasse [illegible]
vero per spiritum dei putaret significatam esse [illegible]

Distinctio xxxiiii

id est significata.

Paulus

ad Romanos

Contra falsam opinionem hereticorum

Item nature. ut sic ostendatur distinguendus esse unus spiritus item nature et personarum. *Que eis obviat ipse*

Hec quidem non dixit intelligentes *scripture constantia*. Ex qua diligentia scripture constituta *ratione predicti de* [illegible] ciam. qua considerata percipi potest quoniam *hanc intelligi* [illegible] permissa dixerit Hylarius. Subsequitur enim in *qua spiritus dicitur rei* eadem serie ostendens in spiritu dei aliquando significari *unius non pa* patrem. ut cum dicit. Spiritus domini super me. aliquando *et filii* significari filium ut cum dicit. In spiritu dei eicio demonia. hoc sue potestatis demones eicere demonstrans. Aliquando spiritum sanctum. ut ibi. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummatum fuisse cum apostoli misso spiritu omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit. et quod in superioribus verbis apostoli idem spiritus significatus sit. et quod ipse sit res unius nature patris et filii, aperte ostendit inquiens. Ita hec ideo sunt demonstrata. ut quacumque parte heretica fallacia se contulisset. finibus veritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Christus. quo habitante habitat deus. et cum habitat in nobis spiritus Christi non alius tamen habitat quam spiritus dei. quod si per spiritum sanctum Christus in nobis intelligitur esse. hunc tamen ita spiritum dei. ut spiritum Christi esse noscendum est. et cum per rem [illegible] natura ipsa habitet in nobis. indifferens non filii credatur esse a patre. et spiritus sanctus qui est spiritus Christi. et spiritus dei res nature demonstratur unius. Quero nunc [illegible] quoniam non ex natura unius sunt. A patre procedit spiritus veritatis. a filio mittitur. et a filio accipit. Sed omnia que habet pater filii sunt. Et ideo qui ab eo accipit dei spiritus est. idem spiritus Christi est. Res tamen filii est. sed eadem res et nature patris est. Idem excitantis Christum a mortuis spiritus est. et idem spiritus Christi est a mortuis excitati. In aliquo differre Christi et dei spiritus [illegible] ne eadem sit. si pretermitti potest. ut spiritus qui dei est non sit Christi. [illegible] in nobis spiritus dei. et est in nobis spiritus Christi. et cum spiritus Christi in nobis est. inest spiritus dei. Et cum quod dei est Christi est. et quod Christi est dei est. non potest quid aliud diversum [illegible] est deus quoniam Christus est. unum cum deo spiritus habet illud. Ergo [illegible] unius sunt. In quo docet intelligi unitatem esse non solitudinem unionis.

Ecce si hec verba diligenter attendas invenies spiritum sanctum rem nature dici patris et filii. et eundem dici esse naturam. *Discutit predicta verba* Dei. Videtur per rem dei non ipsa habitat in *[illegible]* nobis. si per spiritum sanctum Christus est in nobis. Itaque *Deus in trinitate* unitatem non ita distinguendus est unus spiritus *sic* [illegible] item nature. sicut in rebus creatis. Unde *aut* Hylarius. Comparatio terrenorum ad deum nulla est. et si *[illegible]* qua comparationis nostre exempla intelligentiam afferunt nemo ea existimet absolute in se rationis perfecte rationem continere. Non enim humano sensu de deo loquendum est. *Quod per res creatas illud dixerit.*

Ad naturam ergo rerum creaturarum respiciens inquit *non idem est natura et c.* non idem est et quod nature res subiciens exempla de ipsis creaturis. hic ostendens errorem esse sub similitudine creaturarum metiri creatorem. Addit. ipse hoc non idem est deus et quod dei est. ac si diceret. Si ad instar creaturarum de creatore sentias cogeris fateri quod non idem est deus et quod dei est. Quod dicit impium *quod non aliud est deus et quod* est eius spiritus dei. deus sit. et dei filius deus sit *[illegible]*

Non ergo secundum corporales modos ut *sit alia et* in eadem serie subditur accipienda sunt que *[illegible]* de deo dicuntur. Vel [illegible] opinionem eorum que *sit alia* ita putant aliud esse deum et aliud quod dei est. *[illegible]* quod secundum dei [illegible] non est [illegible] aperte docet non aliud esse deum et que sua sunt. ita ut insint illi. sic dicens. Homo aut aliquid ei simile *hylarius* cum alicubi erit alibi non erit. quod id quod est illic continetur. non valente infirma. ut non usque sit. qui insistens alicubi sit. Deus autem invisibilis et immensus inveniens [illegible] nusquam non assit nec desit usquam. se omnem per sua edocet. et sua non alia quam se esse significat. ubi sua insint. ipse esse per sua intelligatur. Non autem corporali modo cum alicubi sit non et usque sit. [illegible] cum per sua in omnibus esse non desinat. Non autem aliud sunt quam quod est ipse que sua sunt.

Ecce hoc secundum nature intelligentiam dicit Hylarius. ubi aperte significat si recte intelligis quod divina non aliud est ab hiis que sua sunt. et ut insint. et per illa in omnibus est suis [illegible]. Sua enim sunt [illegible] omnes creature sua sunt. que in se [illegible] tres persone. que sunt eiusdem nature. et eadem [illegible] testimonio firmavimus. dicentes tres personas esse eiusdem *hylarius* essentie. vel eandem essentiam. sed non ex eadem essentia. ne aliud intelligatur essentia. aliud persona. Nec enim differentia distinctionem aliquam habeamus [illegible] se intelligentie rationem. cum dicitur ypostasis. et cum dicitur essentia. quod ubi significatur quod est omnibus tribus. hic in nobis est cum ypostasis essentia [illegible]. Fateamur ergo unum deum idem esse tres personas essentia. differentes autem personalibus. Unde Augustinus super locum [illegible] at. Queris quid sit pater. respondetur deus. Queris quid sit filius. respondetur deus. Queris quid sit pater et filius. respondetur deus. Singulus interrogatus deum responde. De utroque interrogatus

Scilicet presens

Scilicet per se

Et in eo sunt

[illegible] retracte
[illegible] non retracte
[illegible] retracte

non dicitur, sed dicunt respondendum, in tribus hominibus. Tanta enim ibi est substantie unitas, ut equalitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si igitur queritur: cum dicas filium esse quod pater est, perfecto filius pater est? respondetur: secundum substantiam quod dixi hoc esse filium quod pater est, non secundum quod ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur deus, ad patrem filius dicitur. Rursum quia pater ad se dicitur deus, ad filium dicitur pater. Et pater ad filium dicitur, non est filius; quod dicitur filius ad patrem, non est pater; quod dicitur pater ad se et filius ad se, hoc est pater et filius, id est deus.

Utrum possit dici unus deus trium personarum vel tres persone unius dei, ut dicitur una essentia trium personarum et tres persone unius essentie.

Hic considerandum est, cum dicantur tres persone unius essentie, sic divina essentia trium predicetur, unus deus esse tres persone, sicut una essentia dicitur tres persone, et trium personarum essentia, ita possit dici unus deus trium personarum, vel tres persone unius dei. Sic dicitur una essentia trium personarum, et tres persone unius essentie. Hujusmodi locutionibus scripture usus nobis cavendus videtur. Non sic frequenter reperitur ita dictum: una est essentia trium, vel tres sunt persone unius essentie; nusquam autem occurrit legisse unum deum trium personarum, vel tres personas unius dei. Quod ideo puto sanctos doctores vitasse, ne ita forte acciperetur in huiusmodi personis, ut accipitur cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim deus Abraham, Isaac et Jacob, et deus omnium creaturarum; quod utique dicitur secundum principium creationis vel gratie privilegium, et creature subjectionem vel servitutem. Cum ergo in Trinitate nichil sit creatum vel serviens vel subjectum, non admisit fidei integritas talem locutionis modum. Ita etiam et consulto non dicitur de dei essentia, quod ipsa sit essentia Abraham, Isaac et Jacob, vel alicuius creature, ne creatoris et creature naturam confundere videantur.

Quod dicit magister dubium est quod non debeat dici ad invicem deus personarum unius dei.

Ut licet potentia, sapientia, bonitas de deo secundum substantiam dicantur, in scriptura tamen solent hec nomina distincte ad personas referri.

Ex predictis constat quod sicut essentia, ita potentia, sapientia, bonitas de deo dicuntur secundum substantiam. Que autem secundum substantiam de deo dicuntur, communiter tribus personis pariter conveniunt. Una est ergo potentia, sapientia, bonitas patris et filii et spiritus sancti, et tres sunt eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Unde aperte intelligitur summa esse perfectio. Si enim ubi deest potentia vel sapientia vel bonitas, non est summum bonum; ibi autem ubi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, recte dicitur et creditur summum bonum. Cumque unum et idem penitus sit in deo potentia, sapientia, bonitas, in sacra tamen scriptura frequenter solent hec nomina distincte ad personas referri, ut patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas attribuatur. Quod quare fiat, non est otiosum inquirere.

Quare id fiat.

Quod patri potentia, filio tribuatur sapientia.

Id ergo sacri eloquii prudentia facere curavit, ne dei immensitatem ex similitudine creature metirentur. Dixerat enim scriptura sancta quod deus pater est, et quod deus filius est. Audiuit vero homo qui hominem patrem videt, dominum patrem non videt, et cogitare cepit ita esse in creatore, sicut videt in creaturis, a quibus hec nomina translata sunt ad creatorem. In quibus pater est prior filio, filius est posterior patre, et ex antiquitate in patre defectus, et posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo caute scriptura dicens patrem potentem, ne videatur prior filio, et ideo minus potens; filium sapientem, ne videatur posterior patre, et ideo minus sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas.

Dictus est etiam spiritus sanctus deus, et deus est spiritus. Spiritus dei videbatur hoc esse nomen inflationis et tumoris. Unde humana conscientia ad deum pro rigore et crudelitate accedere vereretur. Ideo scriptura temperat illud sermonem suum, spiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur qui mitis erat. Non ergo pater solus sit potens vel magis potens, et filius solus sapiens vel magis sapiens, et spiritus sanctus solus bonus vel magis bonus. Una est ergo potentia, sapientia, benignitas trium, sicut una essentia. Ideo sicut dicitur filius homousion, id est consubstantialis patri, ita et coomnipotens.

De hoc nomine omousyon, ut in auctoritate receptum est, et quid significet.

Hic non est pretermittendum quod Augustinus in libro contra Maximinum dixerit de hoc nomine omousion, quod latini tractatores solent frequenter inserere. Pater, inquit, et filius unius sunt eiusdemque substantie. Hoc est illud omousion quod in concilio Niceno adversus hereticos arrianos a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in concilio Ariminensi propter novitatem verbi minus quam oportuit intellectum, quod tamen fides antiqua pepererat, multis fidelibus paucorum fraude deceptis, heretica impietas sub heretico imperatore Constantio labefactare temptavit. Sed post non longum tempus libertate fidei catholice prevalente, postquam vis illius sicut debuit intellecta est, omousion istud catholice fidei sanitate longe lateque diffusum et deserendum. Quod enim est omousion, id est unius eiusdemque substantiae? Quod est inquam omousion, nisi ego et pater unum sumus? Non ergo sine ratione vocum novitatibus hoc utendum est.

De nominibus quae translative et per similitudinem de Deo dicuntur.

Praeterea sciendum est quod in assignatione distinctionis nominum inter alia quae supra diligenter executa sunt, quaedam dicuntur translative ac per similitudinem de Deo dici, ut speciosus, splendor, character, figura et huiusmodi, quae pro locorum ratione dicendo quae sermo, ut secundum rationem similitudinis considerentur, ex causis dicendi et eorum intelligentiam assumant secundum catholicam.

Licet digne de excellentia ineffabili.

Hoc sacramento unitatis atque Trinitatis sublime et ineffabili tam diximus, licet cum ei ineffabilitas, et dignitati credidisse profitemur, si potest ex nobis intelligentiam eius scientiam, nec potuisse nos id illam.

De quibusdam quae specialiter de Deo dicuntur, quae specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia et praescientia, providentia, dispositione, praedestinatione, voluntate et potentia.

XXXV

Cumque supra disseruimus ac plura diximus de his quae secundum substantiam de Deo dicuntur, tum quaedam specialem efflagitant tractatum, de quibus nunc tractandum est, scilicet de voluntate et scientia, praescientia, providentia, dispositione, praedestinatione, voluntate et potentia. Sciendum est ergo quod sapientia vel scientia Dei cum una sit et simplex, tamen propter varios status rerum et diversos effectus plura ac diversa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam praescientia vel providentia, dispositio, praedestinatio et providentia. Et est praescientia sive providentia de futuris tantum, sed de omnibus, scilicet bonis et malis; dispositio vero de faciendis; praedestinatio vero de hominibus salvandis et de bonis quibus et hic liberantur et in futuro coronabuntur. Praedestinavit enim Deus ab aeterno homines ad bona eligendo, et praedestinavit eis bona praeparando. Et homines praedestinavit, Apostolo ostendente qui dicit: Praedestinavit quos praescivit fieri conformes imaginis Filii sui. Et alibi: Elegit nos ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati. Bona autem eis praeparavit, propheta ostendente qui dicit: Oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti diligentibus et exspectantibus te. Ergo ab aeterno praedestinavit quosdam futuros bonos et beatos, id est elegit ut essent boni et beati, et bona eis praedestinavit et praeparavit. Providentia autem est gubernandorum, quae interdum in eodem sensu accipitur quo dispositio. Interdum tamen providentia accipitur pro praescientia. Sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis et malis, et de praesentibus, praeteritis et futuris; nec tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis. Non enim sic scivit Deus ista temporalia ut seipsum nesciret, sed ipse solus seipsum perfecte novit, cuius scientiae comparatione omnis creaturae scientia imperfecta est.

Utrum scientia et praescientia et dispositio et praedestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura.

Hic considerari oportet utrum praescientia vel dispositio vel praedestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. Cum enim praescientia sit futurorum et dispositio faciendorum et praedestinatio salvandorum, si nulla essent futura, si nihil esset facturus Deus vel non esset aliquos salvaturus, non videtur potuisse esse in Deo praescientia vel dispositio vel praedestinatio. Potuit autem Deus nulla praescire futura, potuit nihil facere aliquid vel non salvare aliquos. Potuit ergo non esse in Deo praescientia vel dispositio vel praedestinatio. Ad hoc autem a quibusdam opponitur: Si, inquiunt, potuit praescientia Dei non esse in Deo ab aeterno, potuit non esse. Sed quod potuit non esse, et cum praescientia Dei sit eius scientia et scientia eius sit essentia, potuit ergo non esse ab aeterno id quod est divina essentia. Ita et de dispositione et de praedestinatione, quae est divina essentia, obiciunt. Addunt quoque et alia talia dicentes: Si potuit Deus non praescire aliqua, cum idem sit Deo praescire quod scire, et scire quod esse, potuit ergo non esse. Item cum idem sit Deo praescium esse et Deum esse, si potuit non esse praesciens, potuit non esse Deus; potuit autem non esse praesciens, sic potuit nulla praescire. Deus potuit nulla praescire, quia potuit nulla facere.

Ratio quare praescientia et dispositio et praedestinatio, quae relative dicitur ad futuras res vel faciendas.

Ad hoc iuxta modulum nostrae intelligentiae ita dicimus: praescientia vel dispositio vel praedestinatio ad aliquid dici videtur. Sic enim scientia ad scitum relative dicitur, ita praescientia vel praescientia ad futurum referri videtur, et dispositio ad facienda, ac praedestinatio ad salvanda. Unde cum dicatur ita relative dici ut scientia, non sic tamen praescientia non est vel praesciens nisi in respectu futurorum dicitur scientia. Ita etiam dispositio et praedestinatio. Ideo cum dicitur: Si nulla essent futura, non esset in Deo praescientia, et non esset Deus praesciens, quae vera est, ibi cum dicitur distinguendum oportet sermonem. Cum ergo dicis: Si nulla essent futura, non esset in Deo praescientia, et non esset praesciens, si intelligendo hanc causam attendis, scilicet quod nulla esset subiecta ei praescientiae unde ipsa possit dici

Ad gratiam in presenti, ad gloriam in futuro.

Ro. viii.

Istud uterque presciente electos per gloriam.

hic considerat [illegible]

F. j. respicite

praescientia vel ipse praescius, quod utrumque dicitur propter futura, verus est intellectus. Si autem ex ea ratione id dicitur quod non sit illa scientia qua praescit futura, vel quod ipse non sit Deus qui est futurorum praescius, falsa est intelligentia. Similiter et illae locutiones determinandae sunt: Potuit non esse praescientia Dei, vel potuit non esse praescius, et potuit Deus nihil praescire; potuit esse quod nulla futura subiecta essent eius scientiae, et ita non posset dici esse praescientia vel praescire vel esse scientia praescientia; non eo quod minus esset vel eius scientia, sed non posset dici praescius vel praescire vel praescientia, si eius scientiae futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione et praedestinatione vel providentia. Haec enim ut dictum est ad temporalia referuntur, et de temporalibus tantum sunt.

Quod scientia Dei non tantum est de temporalibus sed etiam de aeternis

Scientia vero vel sapientia non tantum de temporalibus sed etiam de aeternis est. Ideoque etsi nulla fuissent futura vel temporalia, esset tamen eius scientia eadem quae nunc, sed nec minor esset quam modo, nec maior quam nunc. Sciret ergo de aeterno et aeternum et immutabile, sicut nunc scit quod nihil praeteritum vel futurum, quae praescientia est; sua tamen aeterna sapientia et immutabilis scit ipse omnia quae sciuntur. Omnis enim qui scit scire et tenet sapientiam, ut ait Ambrosius, in ipso est, qui omnem sapientiam et scientiam cum sua intrinseca scientia.

Quod omnia dicuntur esse in Deo et quod factum est vita est in Deo

Propterea omnia dicuntur esse in Deo et fuisse ab aeterno. Unde Augustinus super Genesim: Haec visibilia, inquit, antequam fierent non erant. Quomodo ergo Deo nota erant quae non erant? Et rursus: Quomodo ea faceret quae sibi nota non erant? Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognovit. Proinde antequam fierent, et erant et non erant: erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset quam illo quo ea etiam noverat ut faceret, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Ecce his verbis ostenditur quod haec visibilia antequam fierent in Dei scientia erant. Et hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, et omne quod factum est dicitur esse vita in ipso, non ideo quod creatura sit creator, vel quia ista temporalia essentialiter sint in Deo, sed quia in eius scientia semper sunt, quae vita est.

Quod eadem ratione dicuntur omnia esse praesentia

Inde est etiam quod omnia dicuntur ei esse praesentia, non solum ea quae sunt, sed etiam ea quae praeterierunt et ea quae futura sunt, sicut scriptum est: Qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt; quia, ut ait Ambrosius in libro de Trinitate, ita cognoscit ea quae non sunt ut ea quae sunt. Et hac ratione omnia dicuntur esse in ipso et apud eum, scilicet praesentia. Unde Augustinus super librum Psalmorum: Et pulchritudo agri mecum est. Id est, inquit, mecum est quia apud Deum nihil praeteritum, nihil futurum, sed illo sunt omnia futura, et quae adhuc futura sunt, iam praeterita cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientiae Dei. Ecce hic aperit Augustinus quo et qua intelligentia accipienda sit, vel dicitur: illa omnia sunt in Deo per scientiam, in ipso scilicet omnia vel cum Deo vel apud Deum vel in Deo, quia ineffabilis omnium cognitio in ipso est.

Ad.

xxxvi

Utrum concedendum sit omnia esse in Dei essentia vel in Deo per essentiam, ut omnia dicuntur esse in Deo cognitione vel praescientia

Solet hic quaeri, cum omnia dicantur esse in Dei cognitione seu praescientia vel in ipso per cognitionem, et cognitio vel praescientia sit divina essentia, utrum concedendum sit omnia esse in divina essentia vel in ipso per essentiam. Ad quod dicimus quia Dei cognitio eius utique essentia est, et eius praescientia in qua sunt omnia ipsius cognitio est; nec tamen omnia quae sunt in eius praescientia vel cognitione in eius essentia esse dici debent. Sicut enim hoc dicitur, intelligentur esse eiusdem cum eo essentiae. In Deo enim dicitur esse per essentiam quod est divina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se in praescientia sua quod non habet in sua natura. Unde Augustinus de verbis Apostoli ita ait: Elegit nos ante constitutionem mundi. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec inaniter eligit. Eligit tamen, et habet electos quos creaturus est eligendos; quos habet apud semetipsum, non in natura sua, sed in praescientia sua. Non ideo erant quibus promittebat regnum, sed ipsis promissum est quibus promittebat. Ecce hic aperte dicit Deum apud semetipsum habere electos ante mundum, non in natura sua, sed in praescientia; cum tamen eius praescientia non sit aliud quam eius natura, quia ipsa praescientia est eius notitia; per tamen ad electos refertur, quos habet in notitia sua illorum; illos quippe habuit ab aeterno apud se, non in natura sua vel illorum quando erant, sed in sua praescientia, quia eos iam novit ac scit.

Ad.

Ad.

Utrum mala debeant dici in Deo esse ut et omnia bona, cum utraque sint in cognitione vel praescientia; omnia enim cognoscit

Post praedicta quaeritur, cum omnia dicantur esse in ipso non per essentiam sed per cognitionem scientiae, cum Deus sciat bona et mala, utrum concedendum sit simpliciter mala esse in Deo vel esse in ipso per cognitionem. Scit enim Deus sicut semper omnia tam bona quam mala, et tamquam fierent et praescivit ab aeterno ea futura; ideoque

i. vivere in eius dispositione

Augustinus in ii. contra [illegible]

Cancellarius parisiensis dicit quod non sit in essentia. Sed alii dicunt quod non [illegible] est praescientia.

cum omnia bona dicuntur esse in deo, quia per presentiam
cognitionis, eadem ratione videtur dicendum omnia mala esse
in deo. Cum ea semper non latuerint, sed cognitioni eius pre-
sentia fuerint. Precognovit enim deus ab eterno et fu-
turos malos et eorum malitiam, ut ait Augustinus, prescivit
sed non preparavit. Sed licet peccata omnium sciat, non quod
intelligendum est ea includi in illa generali-
tate locutionis qua dicit apostolus omnia esse in deo. Ex ipso
inquit et per ipsum et in ipso sunt omnia. Que in deo in-
Si quis vult intimius dicere mala esse telligantur
in deo. Illa enim esse in deo intelliguntur esse.
que ex ipso et per ipsum sunt. Sunt vero per ipsum
et ex ipso quorum auctor est. Sed non est auctor nisi
bonorum. Si ergo ex ipso et per ipsum sunt tantum bona, tan-
tum et in ipso sunt tantum bona; non ergo mala in ipso sunt,
quamvis ea noscat. Non tamen ita Quod non omnino deus nos-
omnino noscat ut bona, mala quasi de lon- cit mala ut
ge cognoscit, ut ait propheta: Et alta a bona. quod mala
longe cognoscit, id est superbiam. Et alibi: ad tantum presciat.
dominum loquens de malis fatetur de absconditis tuis bona vero ap-
adimpletus est venter eorum. Quod exponens appro-
Augustinus: Absconditum, inquit, peccata sunt, que a lu- bat et
mine tue veritatis absconduntur. Sed quomodo beneplaci-
peccata a lumine veritatis domini absconduntur, cum tum.
apud ipsum sciantur? Sicut non sciuntur quomodo de illis di-
iudicaturi et pro illis malos dampnaturi. Et alibi
propheta dicit: qui neque absconditur neque abscondere te-
decet. Quod exponens Cassiodorus inquit: Neque abscon-
ditur, quia talis decet deus, sed omnibus presens et cogni-
tor est. Cognoscit ergo deus et bona et mala per sci-
entiam, sed bona cognoscit etiam per approbati-
onem et per beneplacitum. Mala vero non. Unde
Cassiodorus super psalmum dicit: peccata abscondita
dicuntur, quia non novit, id est non approbat, et eo sensu
Augustinus dicit ea abscondi a lumine dei, quia etiam
in libro ad Helvidium insinuat cognitionem di-
versis modis accipiendam, inquiens: Sicut ad
scientiam refertur, non ignorat deus aliquos, sed ut ali-
qua, qui tamen in iudicio quibusdam dicturus est: Non novi
vos. Sed eorum improbationem hoc verbo insinuatum est. Sic
ergo non cognoscere dicitur deus que non approbat, que ei non
placent. Apparet itaque verum esse quod diximus, scilicet
quod quodam modo cognoscit deus bona quo non
cognoscit mala. Scit tamen quod utraque eodem quo
modo cognoscit, scilicet quantum ad notitiam, sed bona
etiam approbatione et beneplacito cognoscit.
Hic aperit quare bona tantum dicuntur esse in deo, non mala.

Et inde est quod bona tantum dicuntur esse in deo, non mala.
Et illa propter hec longe, quia licet in deo aliqua di-
cantur esse per cognitionis presentiam, quia deus bona
et mala cognoscit, mala tamen non agnoscere videtur pro no-
ticiam. Bona vero non solum per scientiam, sed etiam per
approbationem et beneplacitum, vel specialem cog-
nitionem aliqua dicuntur esse in deo, scilicet que tamen scit ut ho-
etiam approbat et placent ei, ut sunt ea quorum est
auctor. Quid est omnia esse ex deo et per ipsum et in ipso.
Proinde si diligenter inspiciamus, idem videtur esse omnia
esse ex deo et per ipsum et in ipso, ut Ambrosius in .ii. li-
bro de spiritu sancto: Hec tria, ex ipso et per ipsum et in ipso sunt amb.
omnia, unum esse supra diximus. Cum dicitur per ipsum esse
omnia, negatur in ipso esse omnia? Eandem enim
habent omnia, hoc est in ipso, tam ex ipso et per ipsum et simu-
lis sibi atque consimile, non contrarium intellectum. Habe-
bis quia eadem intelligentia scriptum dicitur omnia
esse in ipso et per ipsum et ex ipso et de ipso. Si ergo
ex ea ratione omnia dicuntur esse ex deo et per ipsum non
solum quia scit, sed etiam quia auctor est eorum, si sic
ut eadem ratione ea esse in deo dicamus, quia scit et eorum
auctor est, et quod in illo vivimus et movemur et
sumus, quo auctore sumus et movemur et vivimus.
Cum ergo non sit auctor nisi bonorum, tunc sola bo-
na in deo esse dicuntur, sicut ex ipso et per ipsum. Cum igitur in
esse cognitione et presentia sint omnia et bona et
mala, in deo tamen non dicuntur esse nisi bona, quorum auctor
est, ut ait Augustinus in libro de natura boni: Cum audi- au.
mus, inquit, ex deo et per ipsum et in ipso esse omnia,
omnes utique naturas intelligere debemus et omnia
que naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata, que
naturam non servant sed vitiant, que ex voluntate pec-
cantium nascuntur. Hic aperte dicit quod in illa gene-
ralitate locutionis bona tantum continentur.
Preterea sciendum est quod Quomodo accipitur ex ipso et per ip-
licet ubi indicetur distinctio sum et in ipso. ita de
trium personarum dicitur ex ipso per filio et spiritu sancto et
ipsum et in ipso omnia, tamen ex patre et per dicendum. hoc
patrem et in patre sunt. Similiter de fi- ad personas
lio et spiritu sancto accipiendum est, ut ait Augustinus pertinet dis-
in libro de trinitate: Non confuse, inquit, accipi- tinctas.
endum est quod ait apostolus: Ex ipso et per ipsum vel
et in ipso. Ex ipso dicens propter patrem, per ipsum propter
filium, in ipso propter spiritum sanctum. Vigilanter autem attendendum
quod patrem volens intelligi dixit ex ipso, sic intelli-
gamus omnia esse ex patre, ut neget omnia esse ex filio et ex
spiritu sancto, cum ex patre et per patrem et in patre omnia esse.

·x·v·

Non quia non novit, sed quia non approbat.

deus s.

cas.

Non prius dicitur a longe mala cognoscere.

cas.

au.

Alii non pugnat modo in ipso esse

dictum

Au. id est indistincte

sane dici possit. Similiter et de Filio et de Spiritu Sancto sentiendum est. Quod non omnia quae ex Deo sunt, et de ipso sunt.

Illud etiam hic advertendum est, quod non omnia quae dicuntur esse ex Deo, etiam de ipso vere esse dici debent, ut ait Augustinus in libro De natura boni: Non hoc sine causa positum est ex ipso, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso; sed non omne quod ex ipso est, recte dicitur de ipso, quia non est de eius substantia. Ex ipso enim sunt caelum et terram, quia ipse fecit ea; non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si gignat filium et faciat domum, ex ipso est filius, ex ipso est et domus; sed filius de ipso, domus vero de terra et ligno, non de se ipso. Quae dicta sunt summatim colligit.

Ex praemissis apertum est quod in Dei cognitione et praescientia sunt omnia, bona scilicet et mala; sed non eo modo sunt ibi mala quo bona, quia in ipso bona tantum sunt sicut ex ipso et per ipsum, non mala. Ex quo sensu haec accipienda sint, assignatum est, et quod de ipso non dicuntur esse, propter quod aliud est ex ipso, aliud de ipso; ex ipso autem dicuntur esse omnia quae eo auctore sunt.

Et quia demonstratum est ex parte quomodo omnia dicuntur esse in Deo, Quibus modis dicatur Deus esse in rebus. addendum hic videtur quibus modis Deus dicatur esse in rebus, sed tamen humana mens ex parte digne valeat cogitare vel lingua sufficiat eloqui. Sciendum igitur est quod Deus incommutabiliter semper in se existens, praesentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura sive essentia sine sui definitione, et in omni loco sine circumscriptione, et in omni tempore sine mutabilitate. Et praeterea in sanctis spiritibus et animabus est excellentius, scilicet per gratiam inhabitans, et in homine Christo excellentissime, in quo plenitudo divinitatis corporaliter habitat, ut ait Apostolus. In eo enim Deus habitavit non per gratiam adoptionis, sed per gratiam unionis. Auctoritatibus rata esse confirmat.

Haec autem ~~capacitate~~ capacitatem humanae intelligentiae excedunt facultatis atque aliquibus firmamentis sacrarum auctoritatum munienda videntur. Beatus Gregorius super Cantica canticorum inquit: Licet Deus communi modo omnibus rebus insit praesentia, potentia, substantia, tamen familiari modo dicitur esse in eis per gratiam, ut qui mirificentiam operum Dei sancte et fideliter considerant. De hoc eodem Augustinus ad Dardanum in libro De praesentia Dei ait: Cum Deus sit natura incorporea et incommutabiliter viva, aeterna stabilitate in se ipso manens, totus adest rebus omnibus et singulis inest totus; sed in quibus habitat, habent eum pro suae capacitatis diversitate, alii amplius, alii minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suae bonitatis aedificat. Hieronymus super Isaiam in libro VIII Deum aperuisse docet Dominum esse ubique: Deus, inquit, in se ipse immensus, invisibilis potestas, quae nusquam non adest, nec deest, ubique se esse omnibus per sua edocet, ut omnia sua sint et ipse esse intelligatur; non autem corporali modo quasi alicubi sit, non etiam ubique esse credendus est, quia in omnibus esse non desinat. Ambrosius etiam in I libro De Spiritu Sancto Spiritum Sanctum probat non esse creaturam, quia ubique est, quod est proprium divinitatis, ita dicens: Cum omnis creatura certis naturae suae sit circumscripta limitibus, quomodo quis audeat creaturam appellare Spiritum Sanctum, qui non habet circumscriptam determinatamque virtutem, qui in omnibus et ubique semper est, quod utique divinitatis et dominationis est proprium? Idem in eodem: Domini est omnia complere, qui dicit: Ego caelum et terram compleo. Si igitur Dominus est qui caelum complet et terram, quis ergo potest Spiritum Sanctum iudicare dominationis et divinae potestatis exsortem, qui replevit orbem, et quod plus est, replevit ipsum mundi totius redemptorem? Ex his aliisque pluribus auctoritatibus aperte monstratur quod Deus ubique et in omni creatura essentialiter, praesentialiter, potentialiter est. Quod in sanctis non modo est, sed et habitat, quia non

In sanctis vero etiam habitat, in quibus est per gratiam. Non enim ubicumque est, ~~habitat~~ habitat; ubi vero habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius et sedes eius. Unde per Isaiam Dominus ait: Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quia in electis, qui sunt caelum, habitat Deus et regnat, qui et volunt devoti obtemperare; malos, si qui sunt terra, iudiciis districtione calcat. Unde etiam in libro Sapientiae dicitur: In malivolam animam non introibit sapientia. Et in illis specialius est quam in aliis rebus, in quibus tamen omnibus totus est. Quemadmodum anima, ut ait Augustinus in epistola ad Hieronymum de origine animae, per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec in maioribus maior est; sed tamen in aliquibus intensius, in aliis remissius operatur; et in singulis particulis corporis essentialiter tota sit et tota in omnibus essentialiter, ac totus Deus tamen plenius est in his quos inhabitat, in quibus ita est ut faciat eos templum suum. Et his talis esse

Cum dicitur filius est de patre, hoc significat de notione integritatis, id est quod tota substantia patris sit in filio.

Deus tripliciter est in re: potentialiter, presentialiter, essentialiter. Item Deus super omnia presidendo, intra omnia regendo, subtus omnia sustentando.

D. xxxvii

circa

Quod Deus in omni re est essentia, potentia, presentia, et in sanctis per gratiam, et in homine Christo per unionem.

Fi. termino

Hec autem hec excedit capacitatem

Greg. Au.

Au.

Ier.

Amb.

et habitat

Au.

53. in epistola ad Ro.

sunt iam ex parte similitudine per fidem. Et alibi
ubi non sunt in ipso est qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo.
Au. Unde Aug. super Iohannem: Non tamen sunt dicit ubi ego sum, et
illi sunt. Sed addidit mecum, quia miseri possunt esse
ubi ille est qui nusquam deest, sed beati sunt cum illo, quia
non sunt beati nisi ex eo. Qui ergo cum illo sunt, qui fruuntur
eo, videntes illum sicut est. Qui autem non vident, non sunt cum illo, in
luce nec sunt cum luce, nec bona eius nisi fruuntur cum
autem videntur per speciem, tamen aliquatenus sunt cum eo per
fidem. ¶ Quomodo autem deus habitet in bonis, ex
illis aliquatenus intelligere valebis quae supra dicta
sunt cum de spiritus sancti processione temporali ageretur. plenius
deinceps ex parte exponitur. Ex parte enim cognoscimus
et ex parte prophetamus. Quomodo spiritus habitet in nobis, qui
non sine patre et filio inhabitat. Deus habitabat deus in
S[i] ad hoc habitabat ~~[illegible]~~ dicit Aug. quam esset corp-
Sed antequam deus esset ipse habitabat. Unde Aug. Au.
Au. et maximum. In templo inquit suo habitat
deus, sed in sanctis qui sunt templum dei, non per fidem
ambulantes, et templum dei erunt aliquando etiam per
speciem, qualis etiam nunc templum dei sunt angeli.
Au. Si dicat aliquis antequam faceret deus caelum et terram, an-
tequam faceret sanctos, ubi habitabat? In se habitabat deus,
apud se habitat et apud se est. Non ergo sic sunt
sancti domus dei ut ipsa subtracta cadat deus.
Immo sic habitat deus in sanctis ut si ipse discesserit
cadant. Multa hic sunt dicta quae confirmat
¶ Sciendum etiam quod ut ait Aug. in libro de praesen-
tia dei ad Dardanum. Dei sanctificatissime inquit tam
spiritum sanctum non habere locum in meo corpore quod to-
Au. tum anima implevit. Sed tamen etiam deus aliquo
alicubi et praedicari et testatur ut per fidem et spiritum
alicubi sunt esse non possunt. Item: Illud autem multum
mirabile est quod cum deus ubique sit totus, non tamen in omnibus
habitat. Quis porro audeat opinari nisi insep-
arabilitatem trinitatis penitus ignoret, quod in ali-
quo possit habitare pater aut filius in quo non habitet
spiritus sanctus, aut in aliquo spiritus sanctus in quo non habitet pater et
filius. ¶ Sciendum est quod ubique est deus per divinitatis
praesentiam, sed non ubique per inhabitationis gratiam. Propter hanc
enim habitationem non dicimus Pater noster qui es ubique, cum
et hoc verum sit, sed qui es in caelis, id est in sanctis in quibus est
quodam excellentiori modo. quod deus habitet et in quibusdam
Illud quoque mirabile est quod ait non cognoscentium cum
Aug. in eodem libro deus est inhabita- non est habitator
tor quorundam nondum cognoscen- quorundam cog-
tium deum, et quorundam cognos- noscentium non est.

centium deum. Illos enim ad templum dei non pertinere
qui cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt. Ad
templum dei pertinere parvulos sanctificatos sacramento
Christi, regeneratos spiritu sancto, qui nondum valent cognos-
cere deum. Unde quem potuerunt illi nosse nec habere, isti po-
tuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi Au.
quibus hoc est deum habere quod nosse. Hic aliquatenus
aperit Aug. quomodo deus habitet in aliquo, et habe-
atur. Tum videtur tamen esse in aliquo ut ab eo cognos-
catur et diligatur. quomodo deus totus sit ubique per
Ex praedictis patet quod deus ubique totus est essentiam non
per essentiam, et in sanctis habitat per gratiam. Sed simplicitas
quia super haec tenuitas nostri sensus sic quia ratione altitudo
dicitur habitare in quibusdam et flagitare ordi- sensu
ne ratio et assignari quomodo ubique per essentiam
totus sit, non huius considerationis sublimitatem
ingenii vires humanae mentis sensum omnino excedere, ut
evitat Chrysostomus super epistolam ad Ebraeos. Dicit multa Chrysostomus
de deo intelligimus quae loqui penitus non valemus.
Ita multa loquimur quae intelligere non sufficimus, ponamus
sibi gratia. Quod ubique deus est scimus et dicimus, quomodo autem
ubique sit intellectu non capimus. Item: quod est incor-
poreus quaedam virtus quae omnium est causa bonorum scimus,
quomodo autem vel quae ista sit penitus ignoramus.
Quidam tamen immensa ingenii quorundam opinio quod pro-
prio suo metiri praesumentes tenent ostendit quo-
hoc tamen sine intelligendo tradiderunt modo deus ubique sit per
runt quod deus ubique est per praesentiam dei essentiam, potentia,
et quod deitatis essentia ipse sit in omni loco et in et praesen-
omni creatura. Sed quia omnis natura et cuiusque est tiam
ipse est. In quocumque loco sit, per eum habet es-
se omnis locus in quo ipse est. Sed idem deum dicunt
deum ubique dici esse per praesentiam vel per potentiam
quia cuncta loca sunt ei praesentia, et quae in eis sunt
nec in eis aliquid operari cessat. Nam per ipsum loca et
quicquid in eis est nisi ipse conservet manere non
possunt. In eis ergo per substantiam deus esse dicitur, ita aiunt,
quia per immensitatem suae substantiae sic facit ut etiam loca
sint et omnia quae in eis sunt. Sed haec sic non intelligere
asserunt in explanandis intelligentiis praesentiae
in illis verbis quibus dicitur deus ubique esse per essentiam
plus conscius credendum est quod homo vivens ca-
pere non valet. Utrum deus cum sit in sordibus rebus non tamen sor-
Solet etiam a quibusdam quaeri dibus inqui-
quomodo deus subsistens in sit omnibus netur ut
rebus et corporalibus sordibus inquinetur rebus
bus non contingatur, quod tam frivolum est ut non

Istud sane intellige

Quomodo intellige quomodo habitat. recipe
spiritus de spiritu sancto.
Distinctio xxxvii.

¶ plus est in ubi etiam quod deus facit omnia loca in quibus est.
Set hec theologus fuit

Vide tu salute.

Nota quod dicit omnia sunt in eo quia ab illo [illegible]

Quia a celo deiecit superbum.
In mundo uicit malignum.
In inferno spoliauit auarum.

Per inconuenientia ostendit deum ubique esse.

responsione sit dignum, cum etiam haec creata solis lux corporalis etiam leprosis et quibusque malis polluta inquinari non possit. Per simile id minus ostendit.

Sol quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca corporea quae non solum munda, sed etiam immunda ac sordibus fetentia, quorum contactu homines quidam aliaeque res inficiuntur; solis vero radii impolluti sine contaminatione ea contingentes existunt. Non est ergo mirum si essentia divina, quae simplex est et incommutabilis, omnia replet loca, et omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamen aliquando rei sordibus contaminetur vel contingatur. Unde Augustinus in libro de natura boni: Cum in deo, inquit, sint omnia quae condidit, non tamen inquinant eum qui peccant. De cuius etiam sapientia, quae attingit a fine usque ad finem fortiter, dicitur: Attingit omnia propter suam munditiam, et nihil inquinatum incurrit in eam. Postremo respondeant quid potius de deo respondendum existiment: vel quod ubique per essentiam sit, vel quod nusquam, vel quod alicubi tantum, et non ubique. Si quis audeat dicere quod nusquam divina essentia sit, vel quod alicubi et non ubique: si enim tantum est alicubi, et non ubique, ergo localis est. Est ergo ubique totus, qui continet totum et penetrat totum, qui tamen pro sui simplicitate divinitatis nec pressura puritatis maculari, nec pro sui immensitate ullo modo comprehendi potest. Unde Augustinus: Deus ubique est, cui non locis spatiisque propinquatur.

Quod deus cum sit ubique non tamen localis est, nec circumscriptibilis, nec movetur loco nec tempore.

Cumque divina natura vere et essentialiter sit in omni loco et in omni tempore, non tamen movetur per loca vel tempora, nec localis est nec temporalis. Localis non est, quia nec circumscriptibilis loco, quia nec ita est in uno loco quod non sit in alio, nec dimensionem habet sicut corpus, cuius loco assignatur principium, medium et finis, ante et retro, dextera et sinistra, sursum et deorsum, quod sui interpositione facit distantiam circumstantium. Quibus modis aliquid dicatur locale vel circumscriptibile.

Duobus namque his modis dicitur in scriptura aliquid locale sive circumscriptibile: vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis et latitudinis distantiam facit in loco, ut corpus; vel quia loco definitur et determinatur, quoniam cum sit alicubi, non ubique invenitur; quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. De spiritu creato quod secundum aliquem modum nec localis nec circumscriptibilis est. Omne quod co[illegible] omni tamen [illegible] corpus est omnino locale et circumscriptibile. Deus vero omnino non localis non circumscriptibilis.

Spiritus vero creatus quodammodo localis est, et quodammodo non est localis. Localis quidem dicitur, quia diffinitione loci terminatur, quoniam cum alicubi praesens sit totus, alibi non invenitur. Non autem ita localis est ut dimensionem capiens distantiam in loco faciat. Divina ergo sola essentia omnino illocalis et incircumscriptibilis est, quae nec locis movetur aliquo modo, sive determinatione finita, vel dimensione suscepta, nec temporibus, sive affectu et cogitatione. His enim duobus modis, scilicet loco vel tempore, fit mutatio creaturae, quae longe est a creatore. Unde Augustinus super Genesim: Deus, inquit, omnipotens et incommutabili aeternitate, voluntate, veritate semper idem, movet per tempus creaturam spiritualem, movet et per tempus et locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agitur, non debemus opinari eius substantiam, qua deus est, temporibus locisque mutabilem, sive per tempora et loca mobilem. Quod deus est interior et exterior, antiquior et novior omnibus. Cum sit ipse et interior omni re, quia in ipso sunt omnia, et exterior omni re, quia ipse est super omnia; et antiquior omnibus, quia ipse ante omnia, et novior omnibus, quia ipse idem est post omnia, scilicet post omnium principia. Hoc his aperte ostenditur, quod nec locis nec temporibus mutatur vel movetur deus. Spiritualis autem creatura per tempus movetur, corporalis vero etiam per tempus et locum.

Mutari autem per tempus est variari Quid sit mutari secundum tempus. secundum qualitates interiores vel exteriores quae sunt in ipsa re quae mutatur, ut cum animus capit vicissitudinem gaudii, doloris, scientiae, oblivionis, vel variationem formae, sive alicuius qualitatis exterioris. Haec enim mutatio quae fit per tempus variatio est qualitatum, quae fit in corporali vel spirituali creatura, et ideo vocatur temporalis. Opinio quorundam dicentium spiritum creatum nullo modo in loco moveri nec localem esse.

De mutatione vero loci magis videtur dubitandum. Sunt enim qui dicunt nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum universaliter removere volentes, quoniam secundum dimensionem tantum et circumscriptionem locum constare asserunt; atque id solum locale vel in loco esse dicunt quod dimensionem recipit distantiamque in loco facit. Et hoc dicunt Augustinum sensisse, tantum mutationem temporis spirituali creaturae tribuentem, loci vero et temporis corporeae. Augustinus illa pro[illegible] quae facit dicit. Hic respondetur.

Sed ut supra diximus, dupliciter dicitur res esse localis est vel circumscriptibilis: scilicet vel quia dimensionem recipit et distantiam facit, vel quia loco certo in uno definitur.

Nota quod dicit quod [illegible]

quorum utrumque convenit corporee creature, alterum autem tantum spirituali. Localis enim est et circumscriptibilis corporea creatura, quia terminatur distinctione loci et quia dimensionem recipiens distantiam facit. Spiritualis vero tantum distinctione loci concluditur, quia cum ita sit alicubi quod non alibi, sed nec dimensionem recipit nec distantiam in loco facit, quia si multi spiritus essent hic, non coangustarent locum, quo minus et corporibus contineretur. Ideoque Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui, quia licet spiritus transeat de loco ad locum, tamen non quia dimensionibus circumscriptus in positione sui faciat distantiam circumstantium, sicut corpus.

Sunt ergo spiritus creati in loco **[Concluso ex predictis quod spiritus creati sunt locales et circumscriptibiles, quod deus ...]** et transeunt de loco ad locum, non tamen ita locales et circumscriptibiles sunt omni eo modo quo creatura corporea. Spiritus autem increatus, qui deus est, in loco quidem est et in omni loco, sed omnino illocalis et incircumscriptibilis. Unde Beda super Lucam ait: Cum ad nos angeli veniunt, sic exterius implent ministerium ut tamen numquam desint interius per contemplationem assistere, quia etsi angelicus est spiritus circumscriptus, summus tamen spiritus qui deus est incircumscriptus est, intra quem currunt angeli quocumque mittuntur. Ecce hic dicit quod spiritus angelicus circumscriptus est, spiritus autem qui deus est incircumscriptus.

Ambr. Ubi etiam Ambrosius distantiam ostendens inter spiritum creatum et spiritum increatum, dicit seraphim de loco ad locum transire, inquiens ita in libro de Spiritu sancto: Isaias quod missus est unus ad me de seraphim; et Spiritus quidem sanctus missus dicitur, sed seraphim ad unum, Spiritus sanctus ad omnes; seraphim mittitur in ministerio, Spiritus operatur ministerium; seraphim de loco ad locum transit, non enim complet omnia, sed ipse repletur a Spiritu. Hic aperte monstratur quod angeli quodammodo sunt locales.

[Recapitulatione superiorum omnia confirmat auctoritatibus deum esse incircumscriptibilem sine locali motu] Firmiter itaque christiana tenet fides pro immutabilitate sui ubique deum esse, tamen quasi solum omnino illocalem et incircumscriptibilem nullo concludi loco, sed a fine usque ad finem attingere, non tamen spatiosa magnitudine nec locali motu, sed immutabilitate atque immobilitate sue essentie. Unde Augustinus ad Dardanum ait: Non quasi spatiosa magnitudine opinemur deum per cuncta diffundi, sicut humus aut lux ista diffunditur, sed potius sicut in duobus sapientibus, quorum alter altero corpore grandior est, sed sapientior non est, una sapientia est, nec est in maiore maior nec in minore minor, nec minor in uno quam in duobus. Ita deus sine labore regens et continens mundum in celo totus est, in terra totus, et nullo contentus loco, et ubique totus, sed in se ipso ubique totus. Idem quoque super psalmum ait: Ad verbum dei pertinet non esse in parte, sed ubique esse per se ipsum. Hoc est enim sapientia dei quod attingit a fine usque ad finem fortiter, non tamen motu locali, sed immobilitate sui, velud si moles aliqua saxea impleat omnem locum, nonne dicitur quod attingit a fine illius loci usque ad finem, cum tamen alterum non deserat alterum occupando? Non ergo habet motum localem verbum illud et sapientia illa, solida est ubique.

Au. Ex predictis innotescit quod deus ita est ubique per essentiam quod nec spatiosa magnitudine diffunditur nec uno deserto loco alium occupat, quia localem motum non habet. Ideoque Augustinus volens secludere a dei puritate omnem localem motum et localem circumscriptionem potius dicit omnia esse in illo quam ipsum esse alicubi, nec tamen ipsum esse locum, qui non est in loco, in libro lxxxiii questionum, dicens: Deus non alicubi est; quod enim alicubi est continetur loco; quod continetur loco corpus est; deus autem non est corpus, non igitur alicubi est; et tamen quia est et in loco non est, in illo sunt potius omnia quam ipse alicubi, nec tamen ita in illo ut ipse sit locus. Locus enim in spatio est, quod longitudine et latitudine et altitudine corporis occupatur, nec deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, et locus non est, nec in loco est. Locus tamen dei abusive dicitur templum dei, non quod eo contineatur. Id autem nichil melius quam anima munda intelligitur. Ecce hic dicit deum non esse in loco, sed intelligendum est eum non esse in loco localiter, scilicet quod nec circumscriptionem nec localem motum habeat.

Adhuc autem solet opponi sic: Cotidie **[oppositio quod ubi prius non erat incipit esse deus, mutatur loco]** aliter creature que antea non erant, et deus est in eis; est ergo ubi antea non erat, ideoque mutabilis videtur. Sed licet cotidie incipiat esse in creaturis in quibus antea non erat, quia ille non erant, non tamen sine sui mutatione, qualiter in mundo cepit esse quem fecit, tamen sine sui mutabilitate, sic et desinit esse in quibus antea erat sine sui mutatione, nec tamen ipse deserit locum, sed locus deseritur eo. **[Epilogus quod exponit quod impeditum videtur]**

Iam sufficienter demonstratum est **[... putatio ...]** quomodo omnia dicantur esse in deo et deus in omnibus, quam disceptationibus quam incidentibus suscepimus, quod videbatur postulare vel circa quod tunc versabatur sermo. Disserebamus de scientia sive sapientia.

modo non predictum est

... tas unum

... occulte inspirat

... implementis. ...

Omnia sunt in deo: mala per notitiam solam, bona per approbationem

Responsio

·d·xxxviii·

S· t· cxliii

dei. Et cum diceremus Deum scire omnia, quaesitum est
utrum secundum cognitionem quam de omnibus habet diceretur omnia
esse in Deo, an alia ratione hoc diceret. Separata huius
quaestionis occasio in spiritualem nos deduxit disputationem.

Nunc ergo ad propositum redeuntes, *hic redit ad propositum*
et cepto insistentes, supra *repetens superius*
dictum est quod praescientia Dei de futuris tantum est, *dicta ut ad*
scilicet omnium tam bonorum quam malorum. Scientia vero *data*
vel sapientia non modo de futuris, sed etiam de praesentibus *la-*
et praeteritis, et non tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis; *qua*
scilicet novit Deus. *Quaestio an scientia vel praescientia sit causa*

Hic oritur quaestio non dissimulanda, utrum *rerum vel res scientiae*
scilicet scientia vel praescientia sit causa rerum, an res sint *sint praescientiae*
causa scientiae vel praescientiae Dei. Videtur enim praescientia *scientiae*
Dei causa esse eorum quae ei subsunt, ac necessitatem eveniendi
eis facere; quia nec aliqua futura fuissent,
nisi ea Deus praescisset, nec possunt non evenire,
cum Deus ea praesciverit. *Quare scientia vel prae-*

Si autem impossibile est ea non evenire, *scientia vel*
quia praescita sunt, videtur ergo ipsa praescientia qua *causa rerum*
sunt praescita eis esse causa eveniendi. Impossibile est
autem ea non evenire cum praescita sunt, quia si non evenirent
cum praescita sunt, falleretur Dei praescientia; at Dei praescientia
falli non potest. Impossibile est ergo ea non evenire cum
praescita sunt. Sic ergo praescientia causa esse eorum videtur quae praescita
sunt. Sic idem videtur de scientia Dei, scilicet quod ei causa sit eorum quae novit.
Cui sententiae Augustinus *auctoritates*
attestari videtur in XV libro de Trinitate, sic dicens: *ponit quibus videtur*
au. Non ista ex aliquo tempore cognovit Deus, *hoc asserere*
sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam quid et quando *re*
et quid ab illo petituri fueramus, et quos et de quibus rebus vel
exauditurus vel non exauditurus esset, sine initio ante prae-
scivit. Universas autem creaturas suas, spirituales et corporales,
au. non quia sunt ideo novit, sed ideo sunt quia novit. Non enim
nescivit quae fuerat creaturus. Quia ergo scivit, creavit, non quia
creavit, scivit. Nec aliter scivit ea creata quam creanda.
Non enim eius sapientiae aliquid ex eis accessit, sed illis
existentibus sicut oportebat et quando oportebat, illa
mansit ut erat. Unde in Ecclesiastico: Domino Deo antequam crearentur
omnia nota sunt; sic et postquam consummata sunt.
Ecce ex his verbis videtur Augustinus innuere scientiam vel praescientiam
Dei causam esse eorum quae fiunt, cum dicit ideo ea esse quia
au. Deus novit. Idem etiam in VI libro de Trinitate: Cuncta, inquit,
praecedentia et succedentia tempora non decedunt aliquid
vel succedit scientiae Dei, in qua novit omnia quae fecit per
ipsam. Non enim quae creata sunt ideo sciuntur a Deo
quia facta sunt, sed potius ideo facta sunt quia immutabiliter

ab eo sciuntur. Ex hoc etiam significare videtur Dei
scientiam causam esse eorum quae fiunt, dicens non ideo Deum ea
novisse quia facta sunt, sed ideo facta quia novit ea Deus. Ideo
ergo videtur Dei scientia vel praescientia causa eorum quae novit. *Inconve-*

Quod si ita est, et ipsa causa omnium *niens est quod*
malorum, cum omnia mala sciantur *scientia vel praescientia*
et praesciantur a Deo. Quod longe est a vero. *scientia vel scientia causa*
Sicut enim Dei scientia vel praescientia *omnium quae ei*
causa esset malorum, esset utique Deus auctor *subsunt.*
malorum; quod penitus falsum est. Non ergo scientia
vel praescientia Dei causa est omnium quae ei subsunt. *Quod*

Neque etiam res futurae causa sunt Dei *futurae res*
praescientiae; licet enim non essent futura *non sunt causa scientiae*
nisi praescirentur a Deo, non tamen ideo praesciuntur *vel prae-*
quia futura sunt. Si enim hoc esset, tunc eius quod aeternum est *scientiae Dei*
aliquid existeret causa ab eo alienum et
diversum, et ex creaturis penderet praescientia Creatoris, et
creatum increato causa esset. Origenes tamen super epistolam *hic videtur*
ad Romanos ait: Non propterea aliquid erit quia id *praedictis*
scit Deus futurum, sed quia futurum est, ideo scitur a Deo *auctoritatibus*
antequam fiat. Hic videtur praemissis verbis Augustini obviare; *sa*
hic enim significare videtur quod res futurae causae sint praescientiae, *ri*
illic vero quod praescientia causa sit rerum futurarum.

Hanc ergo quae videtur repugnantiam *Quod expediens est tenendum*
de medio tollere cupientes, dicimus *sit cum determi-*
res futuras nullatenus causam esse praescientiae *natione*
vel scientiae Dei, nec ideo praescire vel scire quia futura *auctori-*
sunt vel esse futura. Ita exponentes illud Origenis: *tatis*
quia futurum est, ideo scitur, antequam fiat, id est, non fu-
turum esset, nec sciretur antequam fiat, nec sciretur
nisi futurum esset, ut non nosceretur, intelligens causam sine qua non fit.

Ita etiam dicimus scientiam vel praescientiam Dei non esse causam
eorum quae fiunt, nisi talem sine qua non fiunt, si tamen
etiam ad notitiam tantum referatur. Si vero nomine scientiae
includatur etiam beneplacitum atque dispositio, tunc
recte potest dici causa eorum quae facit Deus. Hisce enim
duobus modis, ut superius praemissum est, accipitur cog-
nitio vel scientia Dei: scilicet pro notitia sola, et pro notitia
simul et beneplacito. Hoc modo forte accepit Augustinus
dicens: Ideo sunt quia novit, id est quia sciens placuit au.
etiam et sciens disposuit. Et hic sensus ex eo
adiuvatur quod de bonis tantum ibi agit Augustinus, scilicet de crea-
turis, de his quae Deus facit, quae omnia novit,
non solum scientia, sed etiam beneplacito ac dispositione.
Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio, ut non modo
notitiam, sed etiam beneplacitum Dei significet.
Mala vero scit Deus et praescit antequam fiant, sed

Quaere hec auctoritas introducta est vide capitulo ultimo.

Scilicet praescientia

sola notitia, non beneplacito. Praescit enim Deus et praedicit etiam quod non est ipse facturus; sicut praescivit et praedixit infidelitatem Iudaeorum, sed non fecit. Nec ideo quia praescivit ad peccatum infidelitatis eos coegit; nec praescisset nisi essent eorum mala, ut illi essent ea habituri. Unde Augustinus super Iohannem: Deus, inquit, futurorum praescius per prophetam praedixit infidelitatem Iudaeorum, sed non fecit; ut praescisset mala eorum, non sua, ea habituri. Non enim ideo quemquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata praenovit. Illorum enim peccata praescivit, non sua. Ideo quisquis. Sed ea quae ille praescivit ipsorum, non sua sunt. Si cuius ille praescientia falli non potest, sine dubio non alius sed ipsi peccant, quos Deus peccaturos esse praescivit. Ideo si illi malum, si bonum facere voluissent, non malum facturi praescirentur ab eo qui novit quid sit quisque facturus. His verbis aperte ostenditur sola notitia intelligendam praescientiam Dei, non esse causam malorum quae praescit, quia non ea praescit tamquam facturus, nec tamquam sua, sed illorum qui sunt ea facturi vel habituri. Praescivit ergo illa sola notitia, non beneplacito. Ex auctoritatibus vero datur intelligi quod Deus eo modo praescit bona tamquam sua, tamquam ea quae facturus est, ut insita praesciendo sint, id est, sibi notitia et auctoritate et beneplacito.

Contra hoc quod dictum est praescientiam dei non posse falli.

Ad hoc autem quod supra dictum est, scilicet praescientiam Dei falli non posse, solet a quibusdam sic opponi. Deus praescivit hunc lecturum vel aliquid huiusmodi, sed potest esse ut iste non legat; ergo potest aliter esse quam Deus praescivit; ergo potest falli Dei praescientia. Quod omnino falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, quod tamen praescitum est fieri; nec ideo tamen potest falli Dei praescientia, quia si illud non fieret, nec a Deo praescitum esset fieri. Sed adhuc urgent quaestionem dicentes: aut aliter potest fieri quam Deus praescivit, aut non aliter. Si non aliter, ergo necessario cuncta eveniunt. Si aliter potest, ergo Dei praescientia falli vel mutari. Sed potest aliter fieri quam fit; et tamen si aliter fieret, ita praescitum esset. Aliter ergo potest fieri quam praescitum est. Ad quod dicimus illam locutionem multiplicem facere intelligentiam: aliter potest fieri quam Deus praescivit; et talis est: potest non esse quod Deus praescivit; impossibile est non esse quod Deus praescivit; impossibile est non esse praescita omnia quae fiunt, et huiusmodi. Possunt enim sub coniunctione intelligi, ut conditio sit implicita, et disiunctim. Sicut enim ita intelligatur: non potest aliter fieri quam Deus praescivit, id est, non potest utrumque simul esse, scilicet quod Deus praescivit ita fieri et aliter fiat: verum intelligitur. Si autem per disiunctionem intelligatur, ut dicatur aliter non posse evenire quam evenit, quomodo futurum Deus praescivit, falsum est; hoc enim aliter potest evenire quam evenit, tamen Deus hoc modo futurum praescivit. Similiter et alia determina, scilicet: Impossibile est id non evenire quod Deus praescivit vel quod Deus praescivit; si coniunctum intelligatur, verum dicitur; si disiunctum, falsum. Ita etiam et illud: Impossibile est non esse praescitum omne quod fit, id est, non potest esse utrumque simul, scilicet ut fiat et non sit praescitum: hic sensus verus est. Si vero dicas Deum non potuisse non praescire omne quod fit, falsum est; potuit enim facere ut non fieret, et ita non esset praescitum.

Utrum scientia dei possit augeri vel minui vel aliquo modo mutari; ut posse probari.

Praeterea solet quaeri utrum praescientia Dei possit augeri vel minui vel mutari. Verumque enim videtur posse probari, quod divina scientia possit augeri vel mutari. Hoc modo probatur: quia potest Deus scire quod numquam scivit. Est enim aliquis qui non est lecturus hodie, et tamen potest esse ut legat hodie; potest enim hodie legere. Sed hoc autem potest fieri quod non possit a Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodie. Potest igitur aliquid scire quod non scit; et ita potest eius scientia augeri vel mutari. Eadem quippe videtur posse minui. Est enim aliquis hodie lecturus, quem Deus scit lecturum. Sed potest esse quod non legat; ergo potest Deus non scire hunc lecturum. Potest igitur non scire aliquid quod scit; ergo potest minui eius scientia vel mutari. Responsio cum determinatione.

Ad quod dicimus quod Dei scientia omnino immutabilis est, nec augeri potest vel minui. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate: Scientia Dei est ipsa sapientia, et sapientia Dei est ipsa essentia sive substantia Dei, quia in illius naturae simplicitate mirabili non est aliud sapere, aliud esse, sed quod est sapere, hoc est et esse. Idcirco novit [illegible] nosse ipse. Nec nosse est a se ipso, et esse; nosse ei et esse unum est. Quocirca Pater, sicut non est ei esse a se ipso, ita nec nosse; propterea tamquam se ipsum dicens Pater genuit Verbum sibi aequale per omnia. Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo quam in se ipso. Hoc est ergo omnino Verbum quod Pater, non tamen Pater est, quia ille Filius, ille Pater. Scit ergo omnia Pater et Filius, sed ille gignendo, ille nascendo; et omnia quae sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, in eorum essentia, unusquisque eorum simul videt, non particulatim aut singillatim, velut alternante conspectu hinc illuc et inde

Oppositio

Dubium

Responsio

Au.

Au.

Au.

D. xxxix.

vide sic duo [illegible]

[illegible] nisi ipse legere reducetur ad actum et non [illegible] posse reducere [illegible] hodie [illegible] non reducetur de posse legere ad actum legere [illegible] non potest legere [illegible] scire [illegible]

p

hinc translata sit vel inde in aliud atque aliud. Verum quia videre non posset nisi non videret alia, si omnia simul praesentia quorum nullum est quod non semper videat et sciat. Sicut itaque scientia inamissibilis et invariabilis est, nostra autem scientia amissibilis est et receptibilis, quia hoc non est nobis esse quod scire, propter hoc sicut nostra scientia illi scientiae dissimilis, sic et nostrum verbum quod nascitur de nostra scientia dissimile est illi verbo quod natum est de patris scientia. Ex his auctoritatibus clare ostenditur scientiam Dei omnino invariabilem esse, sicut ipsa essentia Dei omnino invariabilis est, et quod per se et simul [illegible] simul omnia scit et videt. Sic ergo non potest augeri vel minui divina essentia, ita nec divina scientia. Tamen concedimus posse scire quod non scit, et ipse non scire quod scit, quia potest aliquid esse subiectum eius scientiae quod non est, et posset non esse subiectum aliquid quod est, sine permutatione ipsius scientiae.

Oppositio an deus possit noviter vel ex tempore scire vel praescire aliquid.

Hic opponitur a quibusdam: Tamen si deus potest aliquid scire vel praescire quod nunquam scivit vel praescivit, potest ergo ex tempore aliquid scire vel praescire. Ad quod dicimus: potest quidem deus scire vel praescire omne quod potest facere, et potest facere quod nunquam facit. Potest ergo scire vel praescire quod nunquam fiet, nec est nec fuit, nec illud scit vel scivit, neque praescit vel praescivit, quia scientia eius non est nisi de his quae sunt vel fuerunt vel erunt, et praescientia non est nisi de futuris. Licet possit scire vel praescire quod nunquam est nec erit, non tamen potest aliquid scire vel praescire ex tempore. Potest namque scire vel praescire quod nunquam est nec erit, nec illud scitum vel praescitum est ab aeterno, non tamen potest incipere scire vel praescire illud, sed ita potest modo scire vel praescire sicut potest scivisse vel praescivisse ab aeterno. Si enim dicas eum modo posse scire vel praescire quod ab aeterno non scivit vel praescivit, id est quod ab aeterno non scitum vel praescitum [illegible], falsum est. Sed si dicas eum posse scire vel praescire quod ab aeterno non scivit vel praescivit, id est habere potentiam sciendi et praesciendi ab aeterno et modo aliquid, nec illud tamen praescitum est vel futurum, verum est. Non potest ergo noviter vel ex tempore scire vel praescire aliquid, sicut nec potest noviter vel ex tempore velle aliquid, quamquam nolunt(?) tamen potest velle quod nunquam voluit.

Utrum deus possit plura scire quam sciat.

Item a quibusdam dicitur deus posse plura scire quam sciat, quia potest scire omnia quae scit, et potest aliqua facere quae nunquam erunt, et illa potest scire. Non enim aliqua incognita facere potest. Si vero omnia sciret quae modo sunt et alia quaedam faceret quae non sunt nec erunt, et illa omnia sciret, pro certo plura sciret quam modo sciat. Nec tamen eius scientia augeri potest, quia hoc totum fieri posset sine mutabilitate scientiae. Constat ergo Dei scientiam omnino esse immutabilem, nec augeri posse vel minui, sicut et substantia.

Quod videatur adversari illi sententiae qua supra dictum est deum omnia semper simul scire. Ieronimus.

Ex illo quod praemissum est, scilicet quod deus omnia semper videt simul, videtur obviare quod Ieronimus ait interposito adverbio: Absurdum est, inquit, ad hoc deducere Dei maiestatem ut sciat per momenta singula quot culices nascantur, quotve moriantur, quota pulicum et muscarum sit multitudo, quotve pisces natent in aquis et similia. Non sumus tamen fatui adulatores Dei, ut dum providentiam eius etiam ad ima retrahimus, in nos ipsos iniuriosi simus, eandem irrationabilium et rationabilium providentiam esse dicentes. Hic videtur dicere Ieronimus quod deus illorum minimorum scientiam sive providentiam non habet; quod si est, tunc non omnia simul scit et semper.

Quomodo praemissa verba Ieronimi intelligenda sint.

Ex eorum vero sensu illud dictum esse novimus, non ut Deum illa aliquatenus vel particulatim scire neget, neque per diversa temporum momenta sic illa cognovit, sic per varia momenta illorum quaedam deficiunt, quaedam explicantur in illis aliisque irrationabilibus, nec providet quemadmodum rationabilibus. Sumpsit enim ut ait apostolus: Numquid cura est Deo de bobus? Sicut non est cura Deo de bobus, ita nec de aliis irrationabilibus. Dicit tamen scriptura: cui ipsi est cura de omnibus. Providentiam ergo et curam universalem de cunctis quae condidit habet, ut habeat unumquodque quod sibi debetur et convenit. Specialem providentiam atque curam habet de rationabilibus, quibus praecepta tradidit eisque recte vivendi legem praescripsit ac praemia promisit. Hanc providentiam et curam de irrationabilibus non habet, ideoque apostolus dicit quod non est cura Deo de bobus. Providet tamen omnibus et continet vel gubernat omnia, qui omnibus solem suum facit oriri et pluviam dat. Scit itaque deus quanta sit multitudo pulicum, culicum, muscarum atque piscium, et quot nascantur quotve moriantur, sed non scit hoc per momenta singula, immo simul et semper omnia. Neque tamen sic scit ut eandem habeat providentiam irrationabilium et rationabilium, id est ut eodem penitus modo provideat irrationabilibus et rationabilibus: rationabilibus enim praecepta dedit et angelos ad custodiam delegavit.

[illegible]

Hora[illegible] chaos firmat [illegible] nos
quos(?) [illegible] volendi et merendi

providentia conservandi [illegible]
[illegible] rationabilibus et irrationabilibus
providentia non doctrine [illegible]
[illegible] rationabilibus [illegible]

Breviter summa praedictorum cum additione quorundam.

Simul itaque et immutabiliter praescit Deus omnia quae fiunt et fient, et quae fecerunt tam bona quam mala; praescit etiam futura tam bona quam mala. ¶ Praedestinatio vero de bonis salvandis est, et de hominibus salvandis, ut etiam ait Augustinus de praedestinatione sanctorum: ¶ Praedestinatio est gratiae praeparatio, quae sine praescientia esse non potest; potest autem sine praedestinatione esse praescientia. ¶ Praedestinatione quippe Deus ea praescivit quae fuerat ipse facturus; sed praescivit Deus etiam quae non est ipse facturus, omnia mala. Praedestinavit eos quos elegit, reliquos vero reprobavit, id est ad mortem aeternam praescivit peccaturos.

Quid sit praedestinatio et in quo differat a praescientia.

An aliquis praedestinatus possit damnari vel reprobus salvari.

Praedestinatorum nullum videtur posse damnari, nec reprobum aliquem posse salvari, ut ait Augustinus in libro de correctione et gratia: In Apocalypsi, inquit, dictum est: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, nec potest augeri vel minui.

id est huius gradum vel alius diabolus

¶ Ad hoc autem obiciunt quidam, intendentes probare numerum electorum posse minui et augeri. Sic: Posset Deus non apponere gratiam quibus apponit, et posset subtrahere quibus non subtrahit; quod si fieret, utique damnarentur: possent ergo damnari isti qui tamen salvabuntur. Posset itaque minui electorum numerus. Ita etiam posset augeri, quia posset apponere gratiam quibus non apponit, per quam salvarentur; possent ergo salvari hi a gratia quorum sine ea damnabuntur. Possit itaque augeri numerus electorum.

Oppositio.

Responsio.

¶ Quibus respondentes ex eadem ratione dictum esse verum esse numerum electorum non posse augeri vel minui, qua non potest utrumque simul esse, scilicet aliquis salvetur et non sit praedestinatus, vel ut aliquis praedestinatus sit et damnetur. In intelligentia enim conditionis implicitae non tamen sane dicitur, et impossibiliter id est in quo dicitur; si simpliciter intelligatur, impossibilitas ei addenda, ut eidem praedestinatus sit et non possit damnari, et neque hi salvari. In his enim et huiusmodi locutionibus ex ratione dicti diiudicanda est significatio dictionis; alia namque fit intelligentia si per coniunctionem hoc accipiatur, alia si per disiunctionem, ut supra cum de praescientia ageretur praemonstratum est. Sicut enim cum dicitur praedestinatus non potest damnari, intelligitur: id est non potest esse ut praedestinatus sit et damnetur, verum dicitur si coniunctim intelligis; falsum autem si disiunctim, ut si intelligas istum non posse damnari quem dico praedestinatum; potuit enim non esse praedestinatus, et tamen damnaretur.

impossibile aliter esse unum

omnis

Quomodo adhuc instent conv.

Sed adhuc instant, idem coniunctim argumentando ita procedentes: Non, inquiunt, potest esse ut aliquis praedestinatus sit et damnetur. Verumtamen alterum sine altero esse non potest, scilicet alterum horum non potest non esse, scilicet quin iste sit praedestinatus; ab aeterno enim praedestinatus est, et non potest non esse praedestinatus. Cum ergo impossibile sit haec simul utraque esse, et impossibile sit alterum non esse, videtur non posse alterum esse, scilicet ut damnetur. Quod si est, ergo non potest esse ut non salvetur.

simplificando compositum.

Solutio magistri velle audire [illegible]

¶ In huius quaestionis solutione mallem alios audire quam docere. Dicimus tamen similem de praescientia praestare absolutionem, ad quod tamen hic quod ibi unam facientes responsionem, dicentes determinandum fore illud quod inquiunt: tota haec quod, scilicet impossibile est alterum non esse, scilicet quin iste modo sit praedestinatus; ab aeterno enim iste praedestinatus est. Distinguendum enim est cum ait: Iste non potest modo non esse praedestinatus, vel non potest modo esse quin sit praedestinatus; haec enim et coniunctim et disiunctim intelligi potest. Non enim potest esse ut ab aeterno sit praedestinatus et tamen non sit praedestinatus, nec potest esse simul ut sit praedestinatus et non sit praedestinatus. Sed tamen potuit esse ab aeterno quod non esset praedestinatus, et potuit ab aeterno non esse praedestinatus, sicut ab aeterno Deus potuit eum non praedestinare. Ita concedimus a quibusdam dictum quod et modo potest Deus eum non praedestinasse ab aeterno; ergo potest Deus non praedestinasse eum, et potest iste non fuisse praedestinatus. Si vero non fuisset praedestinatus, non modo esset praedestinatus; et tamen non est non praedestinatus. Et tamen de praescientia et praescitis dicimus quod a quibus de reprobatis Dei et hominum nullatenus conceduntur. Ex quo enim aliquid semel est vel dictum, non conceditur quod possit non esse vel non fuisse; immo impossibile est non esse vel non fuisse, quia faciunt ut dicto referentes possibilitatem vel impossibilitatem ad statum rei existentis. Cum vero de praescientia vel praedestinatione Dei agitur, possibilitas vel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quae semper eadem fuit, et est quia praedestinatio, praescientia, potentia immutabilis est.

sed et bene

Quid sit reprobatio Dei, et in quibus consideretur, et quid sit praedestinationis effectus.

Cum itaque praedestinatio sit gratiae praeparatio, id est divina electio qua elegit quos voluit ante mundi constitutionem, ut ait Apostolus, reprobatio e converso intelligenda est: praescientia iniquitatis quorundam et praeparatio damnationis eorundem.

Quid sit praedestinationis effectus hic ostenditur.

¶ Sicut enim praedestinationis effectus alia gratia est, qua in praesenti iustificamur.

gratiam ad recte vivendum et in bono perseverandum
adiuvantur, et illa qua in futuro beatificabuntur. [illegible]
¶ Ista reprobatio dei qua ab eterno non eligendo de re
quosdam reprobavit, secundum duo consideratur, quorum probatio
alterum prescit et non preparat, id est iniquitatem; alterum prescit
et preparat, scilicet eternam penam. Unde Augustinus ad Prosperum et
Hilarium: Hec inquit regula inconcussa tenenda
est: peccatores in peccatis prescitos esse, non preparatos; penam
autem esse preparatam. Preparavit enim deus, ut Augustinus ait
in libro de bono perseverantie, in prescientia sua quibus vo-
luit bona sua, et quibus aliquid donat procul dubio
se donaturum esse prescivit. ¶ Preparavit etiam idem,

¶ Fulgentius

ut ait Fulgentius, malis ignem eternum, ubi utique
quos iuste preparavit ad luenda supplicia, nec
tamen preparavit eos ad facienda peccata. ¶ Preparavit
enim deus quod divina equitas redderet, non quod hu-
mana iniquitas admitteret. Non enim sic preparavit
sanctos ad iustitiam percipiendam, sic preparavit ini-
quos ad iustitiam admittendam, quia preparavit pre-
paratores sequebatur. ¶ Sicut ergo predestinatio
dei ipsa est prescientia et preparatio beneficiorum dei quibus
certissime liberantur quicumque liberantur, ita repro-
batio dei est prescientia malitie in quibusdam non fi-
niende et preparatio pene non terminande. Augustinus libro de
¶ Et sicut predestinationis effectus est bono perseve-
gratie appositio, ita reprobationis eterne rantie.
quodammodo effectus esse videtur obduratio. ¶ Quod obduratio quodammodo

¶ Non dicit quod deus tamen ut supra dixit et est destinatio cum sit et cetera non tamen reprobatio cum pene et cetera.

inmittendo

¶ Nec obdurat deus ut ait Augustinus ad dampni effectus sit
Sixtum impertiendo malitiam, sed non im- reprobationis

impertiendo

pertiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Et quo-
Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, non modo dicatur
merentur potius ut non impertiatur, hoc digni deus obdu-
ut sint, hoc merentur. Unde apostolus ait: Cuius vult rare.
miseretur, et quem vult indurat. Misericordiam ap-
pellans predestinationem et preparationem predestinationis
effectum, id est gratie appositionem. Obdurationem vero gratie
privationem. Non enim ut ait Augustinus ad Simplicianum
Au. intelligendum est, quod deus ita indurat, quasi quis
peccare cogat, sed tantum quibusdam peccantibus misericordiam
iustificationis sue non largitur, et ob hoc eos obdu-
rare dicitur, quia eorum non miseretur, non quia impellit ut pe-
ccent. Foris autem non miseretur quibus gratiam non esse pre-
bendam equitate occultissima et ab humanis
sensibus remotissima iudicat, quia non aperit

¶ Quia non elegit Iacob et reprobavit Esau.

¶ Epistola ad Romanos ix.

sed miratur apostolus dicens: O altitudo divitiarum sapientie et scientie.

¶ Augustinus in libro ad Sixtum.

di. xli

Si autem querimus meritum Utrum aliquod sit meritum obdu-
obdurationis et misericordie, ob- rationis et misericordie.
durationis meritum invenimus, misericordie vero meritum non
invenimus, quia nullum est misericordie meritum, ne gratia va-
cuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. ¶ Mi-

Augustinus contra Iulianum.

seretur itaque secundum gratiam que gratis datur. Obdu-
rat autem secundum iudicium quod meritis redditur. Unde datur intel-
ligi, ut sicut reprobatio dei est nolle misereri, ita ob-
duratio dei sit non misereri, ut non ab illo irrogetur quo
quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non
erogetur. ¶ Ex his aperte ostenditur hic summatim col-
quid misericordiam, quid obdurationem in- ligit premissa
tellexerit apostolus, et quia misericordiam nullis advocat non ad
meritum, obduratio vero non est sine merito, et misericordie dat
nomine hic accipitur predestinatio et preparatio predesti- alia.
nationis effectus, obdurationis vero nomine ipsa dei eterna
reprobatio, cuius nullum est meritum, sed gratie privatio,
sive subtractio, que quodammodo effectus est reprobationis.
effectus accipitur in aliquo reprobatio pro obdura-
tione, sicut predestinatio pro suo effectu, qui est
gratie appositio, gratia enim que apponitur effectus est predesti-
nationis. Cum ergo gratie que apponitur homini ad iu-
stificationem nulla sunt merita. Exemplum ponit de Ia-
multo minus ipsius predestinationis cob et Esau quorum
qua ab eterno elegit deus quos voluit illum elegit, non
aliqua possunt existere merita. Ita nec et illum re-
probationis qua ab eterno quosdam prescivit futuros proba-
turos malos et dampnandos, sicut elegit Ia- vit.
cob et Esau reprobavit, quod non fuit pro meritis eorum
que tunc habebant, quia nulla habebant, quia nec ipsi ex-
stiterant, nec pro futuris meritis que providebat, et illum
elegit et illum reprobavit. Opinio quorundam que

Opinati sunt tamen quidam deum in qua fuit ali-
ideo elegisse Iacob, quia talem quando Augustinus
futurum prescivit, qui in eum crederet et ei post re-
serviret, quod aliquando se Augustinus sensisse dicit tracta-
in libro retractationum, non aperte ostendit quod si vit.
propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset
electio. Non ergo ideo electus est Iacob, quia talis fu-
turus erat, sed ex electione talis est factus tamen dicitur.
Disputans quid elegit deus in minori Augustinus in li-
dum nato, cui dixit serviturus est maiori bro retracta-
et tamen quid in eodem maiore similiter non tionum.
dum nato reprobavit. Ad hec perduxit ratiocinati-
onem ut diceret: Non ergo elegit deus opera

¶ Et hoc ipse [illegible]

cuiusquam in prescientia que ipse daturus est, sed fidem elegit
in prescientia, et quem sibi crediturum esse prescivit, ipsum
elegit cui spiritum sanctum daret, ut bona operando
etiam eternam vitam consequeretur. Hec hic aperte

43 Secundo capto s. ope ratis

dicere non propter opera eum elegisse, sed propter fidem: quia eum praescivit crediturum. Sed quod propter fidem futuram eum elegerit, hoc retractavit dicens. Explanat litteram. predicta aug. ad retractatio.

¶ Nondum diligentius quaesieram nec adhuc inveneram qualis sit electio gratiae, de qua dicit Apostolus: Reliquiae per electionem gratiae salvae fient; quae utique non est gratia si eam praecedunt ulla merita, ut iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis quam donetur. Proinde quod

au. in eod.

continuo dixi: Dicit enim idem Apostolus: Idem deus qui operatur omnia in omnibus; nusquam autem dictum est: deus credit omnia in omnibus; ac deinde subiunxi: Quod ergo credimus nostrum est, quod autem bonum operamur illius est qui credentibus dat spiritum sanctum: profecto non dicerem, si iam scirem etiam Retractacio. ipsam fidem inter dei munera reperiri, quae dantur in eodem spiritu. Utrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis, et utrumque tamen datum est per spiritum fidei

au. et caritatis. Et quod paulo post dixi: Nostrum est enim credere et velle, illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem caritas diffunditur in cordibus nostris: verum est quidem, sed eadem regula, et utrumque ipsius est, quia ipse praeparat voluntatem, et utrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Ergo non propter fidem vel aliqua merita elegit deus aliquos ab aeterno, vel apposuit gratiam iustificationis, sed gratuita bonitate sua elegit ut boni essent.

au. Unde aug. in libro de praedestinatione sanctorum: Non igitur quia futuros nos tales esse praescivit ideo elegit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiae suae, qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Ad hoc videtur contrarium. Illud tamen videtur adversari quod dicit aug. quod alibi ait super Malachiam prophetam li. [illegible]. au.

au. Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Cuius vult, inquit, miseretur, et quem vult indurat. Sed haec voluntas dei iniusta esse non potest; venit enim de occultissimis meritis, quia et ipsi peccatores cum propter generale peccatum unam massam fecerint, non tamen nulla inter eos est diversitas. Praecedit ergo aliquid in peccatoribus quo quamvis nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione; et item praecedit in aliis peccatoribus quo digni sunt obtusione. Ecce hic videtur aug. dicere quod ipsa dei voluntas qua alios eligit et alios reprobat ex meritis venientibus occultissimis, id est propter merita alios voluit eligere, alios reprobare, et quod propter merita aliis apponit gratiam iustificandi, aliis non, unde obtundi merentur. Sed quid intelligere voluerit ignoratur. Potest dici: nisi forte dicatur hoc intellexisse quod hoc retractasse supra diximus eum retractasse. Nam ibidem retractasse quaedam alia continentur, sed hoc quod in illo libro retractat non ita aperte retractat, quod utique legentibus patet. Unde verisimile est imprudenter etiam hoc retractasse. ¶ Quidam tamen ex eo sensu accipiunt, per quem et aliter sensu, hoc dictum: non quod aliquis per meritum perveniat ad gratiam iustificationis, sed quia aliqui adeo mali sunt ut mereantur ut gratia non impertiatur. Nullus enim dignus gratiam mereri potest per quam iustificatur; potest tamen mereri ut non apponatur ei, propter quod obduratur. ¶ Et quidem aliqui impii in profundum iniquitatis devenientes hoc merentur ut hoc digni sint; alii vero ita vivunt ut licet non mereantur gratiam iustificationis, non tamen merentur omnino repelli a gratia, sed sustineri. Ideo dixit in quibusdam peccatoribus praecedere quo digni sunt iustificatione, et in aliis quo digni sunt obtusione. Sic sensit, ut lumen est. Opinio quorundam falsa de occultis dei.

Multi vero de illo profundo quaerentes reddere rationem atque secundum carnalem coniecturam cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantes, in fabulas vanitatis abierunt, dicentes quod animae sursum in caelo peccaverunt et secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, et digne sibi carceribus includuntur. Isti vero tales post cogitationes suas, volentes disputare de dei profundo, illis tamen impossibile dicere animas in caelo ante conversatas ibi aliquid boni vel mali egisse, et pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. au. ul' nisi. l ignorancia est. Hoc autem respuit catholica fides propter evidentem apostoli sententiam, qua ait: Cum nondum nati essent aut aliquid boni vel mali egissent, etc. Melior est ergo fidelis ignorantia quam temeraria scientia. Elegit ergo quos voluit gratuita misericordia, non quia fideles futuri erant, sed ut fideles essent; et eis gratiam dedit, non quia fideles erant, sed ut fierent. Ait enim apostolus: Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem; non ait: quia fidelis eram. Datur quidem fideli, sed data est etiam prius ut esset fidelis. Reprobavit etiam quos voluit, non propter merita futura quae praevidet, veritate tamen rectissima et a nostris sensibus remota. Questio. ¶ Sed quaeritur utrum sic dicatur elegisse quosdam ut boni

l epla ad romanos.

au. in li. retractacion.

l gra cosequnt

l gra precipit

o mita
n. electi
repbi.

Hic non fallit illa regula: sicut praedestinatio et reprobatio sunt contraria, et praedestinatio est causa boni, ergo reprobatio causa mali.

fierent infideles, ita etiam concedi debeat reprobasse quosdam ut mali essent et infideles et obdurati et non peccarent, quod nullatenus concedi oportet. Responsio.

Non enim reprobatio ita est causa mali sicut praedestinatio causa boni, neque obduratio ita facit hominem malum quemadmodum misericordia facit bonum. Utrumque

Utrum quae semel scit vel praescit semper sciat vel praesciat, ac vel semper scierit et praescierit.

Post haec considerari oportet utrum ea quae semel scit vel praescit deus, semper sciat et scierit et praesciat, an olim scierit vel praescierit quae modo non scit vel praescit. De praescientia primo respondentes dicimus multa eum praescisse quae modo non praescit. Cum enim eius praescientia non sit nisi de futuris, ex quo illa quae futura erant praescientia fuerunt et praeterierunt, sub dei praescientia esse desierunt. Sub scientia vero semper sunt. Praescivit ergo deus omnia ab aeterno quae futura erant, nec praescire desiit nisi cum futura esse desierunt, nec cum praescire desiit aliqua quae ante praesciebat, minus ea novit quam ante cognoscebat. Non enim dicitur ex defectu scientiae eius quod aliqua praescierit aliquando quae modo non praescit, sed ex ratione verbi, quod est praescientia. Praescire enim est ante scire quam fiat aliquid. Ideoque non potest dici deus praescire nisi quae futura sunt.

Hic de scientia dicens omnia semper scire quae semel scit.

De scientia autem aliter dicimus. Scit enim deus semper omnia quae aliquando scit. Omnem enim scientiam quam aliquando habet, semper habuit et habebit.

Oppositio.

Ad hoc autem opponitur: olim sciebat hunc hominem nasciturum qui natus est; modo non scit eum nasciturum. Sciebat ergo aliquid quod modo non scit. Item sciebat mundum esse creandum; modo non scit eum esse creandum. Aliquid ergo scivit quod modo non scit. Et alia huiusmodi infinita induci possunt. Solutio.

Sed ad hoc dicimus quod idem de nativitate huius hominis et mundi creatione nunc etiam scit quod sciebat antequam fierent, licet et tunc et nunc hanc scientiam eius diversis expressionibus oporteat. Nam quod tunc futurum erat, nunc praeteritum est. Ideoque verba commutanda sunt ad ipsum eventum designandum; sicut diversis temporibus loquentes eundem diem nunc per hoc adverbium cras designamus, dum adhuc futurus est, nunc per hodie, dum praesens est, modo per heri, dum praeteritus est. Ita antequam crearetur mundus sciebat deus hunc creandum, postquam creatus est scit eum creatum. Nec est hoc scire diversa, sed omnino idem de mundi creatione.

Sicut antiqui patres crediderunt Christum nasciturum et moriturum, nos autem credimus eum iam natum et mortuum, nec tamen diversa credimus nos et illi, sed eadem. Tempora enim, ut ait Augustinus, variata sunt, et ideo verba mutata, non fides. Indubitanter igitur tenendum est deum semper omnia scire quae aliquando scit.

De omnipotentia dei. dist. xlii

d. xlii

Nunc autem de omnipotentia dei agendum est, ubi in prima consideratione occurrit quomodo vere deus dicatur omnipotens. Quare dicatur omnipotens: an quia omnia possit, an tantum quia ea possit quae vult. Quod enim deus omnia possit pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait enim Augustinus in libro quaestionum veteris et novae legis: Omnia quidem potest deus, sed non facit nisi quod convenit veritati eius et iustitiae. Augustinus. Item in eodem: Potuit deus cuncta simul facere, sed ratio prohibuit, id est voluntas. Rationem vero hic dei voluntatem appellavit, quia dei voluntas rationabilis est et aequissima. Fatendum est ergo deum omnia posse. Quomodo dicatur deus omnia posse.

Sed quaeritur quomodo omnia posse dicatur, cum nos quaedam possimus quae ipse non potest. Cum nos multa possimus quae ipse non potest. Non enim potest ambulare, loqui et huiusmodi, quae a natura divinitatis penitus sunt aliena, cum haec instrumenta nullatenus habeat, et incorporeus et simplex sit. Quibus id respondendum arbitror quod huiusmodi actiones ambulandi et loquendi et huiusmodi a dei potentia alienae non sunt, sed ad ipsam pertinent. Licet enim huiusmodi actiones ipse deus habere non possit — non enim potest ambulare vel loqui, quia huiusmodi actiones incorporalis non potest operari — facit enim ut homo ambulet et loquatur et huiusmodi. Non ergo per istas actiones divinae potentiae detrahitur aliquid, quia haec potest facere deus omnipotens. De aliis dicitur.

Sed sunt alia quaedam quae deus nullatenus facere potest, ut peccare. Non enim potest mentiri, non potest peccare; sed non ideo potentiae dei in aliquo derogatur vel derogatur. Si peccare non posse dicitur, quia non esset hoc potentiae sed infirmitatis. Si enim hoc posset, omnipotens non esset. Non ergo impotentiae sed potentiae imputandum est quod ista non potest. Unde Augustinus in xv libro de trinitate: Magna inquit dei potentia est non posse mentiri. Augustinus. Sunt enim quaedam quae in aliis rebus potentiae deputanda sunt, in aliis vero minime; et quae in aliis laudabilia sunt, in aliis reprehensibilia sunt. Non ergo ideo deus minus potens est quia peccare non potest, cum omnipotens nullatenus sit qui hoc potest. Item de aliis opponitur.

Solutio.

Sunt etiam alia quaedam quae deus non potest, propter quae videtur non omnia posse. Non enim potest mori vel falli. Unde Augustinus in libro de simbolo: Deus omnipotens non Augustinus.

potest mori vel falli, non potest miser fieri, non potest vinci. Haec et huiusmodi absit ut possit omnipotens. Si enim his passionibus atque defectibus subiaceret, omnipotens minime foret. Ut monstratur omnipotens, quia ei haec propinquare non valent. Potest tamen haec in aliis operari.

Quod omnipotentia dei secundum duo consideratur.

Hic igitur diligenter considerantibus omnipotentia dei secundum duo apparere, scilicet quod omnia facit quae vult, et nihil omnino patitur. Secundum utrumque deus omnipotens verissime praedicatur, quia nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaque deum omnino nihil posse pati, et omnia facere posse, praeter ea sola quibus eius dignitas laederetur, eiusque excellentiae derogaretur. In quo tamen non est minus omnipotens; hoc enim posse non est posse, sed non posse. Nemo ergo deum impotentem in aliquo dicere praesumat, quia omnia potest quae posse potentiae est, et ideo vere dicitur omnipotens. Quod Augustinus dicit quod dicitur omnipotens quia potest quicquid vult.

Et a quibusdam etiam auctoritatibus traditur ideo vere dici omnipotens, quia quicquid vult potest. Augustinus in Enchiridion: Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creaturae voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in libro de spiritu et littera: Non potest deus facere iniusta, quia ipse est summa iustitia et bonitas. Est omnipotens non eo quod possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid vult, ita ut nihil valeat eius voluntati resistere quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem. Iohannes Chrysostomus in omelia quadam de expositione symboli: Omnipotens dicitur quia posse illius non potest invenire non posse, dicente propheta: Omnia quaecumque voluit fecit. Ipse est ergo omnipotens ut totum quod vult possit. Ut itaque plane liquet voluntati eius resistit nemo. His auctoritatibus videtur ostendi quod deus ex eo tantum dicatur omnipotens quod omnia potest quae vult, non quia omnia possit. Determinatio praemissarum auctoritatum.

Sed ad hoc potest dici quod Augustinus dicit non dictum omnipotens non ideo dicitur quod omnia posset et cetera. Ubi tam ample et generaliter accepit omnia, ut etiam mala includeret, quae deus nec vult nec potest. Non ergo negavit eum posse omnia quae convenit ei posse. Similiter cum dicit non ob aliud deus dicitur veraciter omnipotens nisi quia quicquid vult potest, non negat eum posse etiam ea quae non vult. Sed adversus illos qui dicebant deum multa velle quae non potest affirmat eum posse quicquid vult, et ex eo vere dici posse omnipotentem non ob aliud nisi quia potest quicquid vult.

Sed caute quomodo intelligatur potest quicquid vult: an quicquid vult se posse, an quicquid vult facere, an quicquid vult fieri. Si enim dicatur ideo omnipotentem vocari quia potest quicquid vult se posse, ergo et Petrus vel omnipotens dici potest, similiter et quilibet sanctorum beatorum, quia potest quicquid vult se posse, et potest facere quicquid vult facere. Non enim vult facere nisi quod facit, nec posse nisi quod potest. Sed non potest facere quicquid vult fieri. Vult enim salvos fieri qui salvandi sunt, nec tamen eos salvare non valet. Deus autem quicquid vult fieri potest facere. Si enim vult aliquid fieri per se ipsum vel alio, per se facere et per se facit. Sic caelum et terram per se fecit quia voluit. Si autem fieri vult per creaturam, per eam operatur. Sicut per hominem facit domos et huiusmodi artificialia, quia deus quicquid ex se ipse potest. Homo autem vel angelus quamvis aliquid possit, non est potens ex se ipso. Oppositio.

Sed forte dices non dei filius potest a se, nec Spiritus sanctus, sed solus pater. Hic enim potest a se qui est a se. Filius autem qui non est a se, sapiens non potest a se sapere. Spiritus sanctus ab utroque. ¶ Ad quod dicimus quod licet filius non possit a se, nec operetur a se, potest tamen et operatur per se, sic et sapit. Ex verbis Hilarii in libro viii de trinitate: Naturae indicium contradicis, o heretice. Haec unitas est ut ita per se agat filius ne a se agat, et ita non a se agat ut per se agat. Per se autem dicitur agere et potens esse, quia naturalem habet potentiam eandem quam pater, qua potens est et operatur. Sed quia illam habet a patre, non a se, ideo a patre non a se dicitur posse et agere. Homo autem vel angelus gratuitam habet potentiam qua potens est. hic plene ostendit quare omnipotens dicatur

Ideo ergo vere ac proprie deus trinitas omnipotens dicitur, quia per se vel naturali potentia potest quicquid vult fieri et quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri quod non possit facere per se vel per creaturam, et nihil vult se posse quod non possit. Et quod vult fieri vult se posse, sed non omne quod vult se posse vult et fieri. Si enim vellet, et fieret, quia voluntati eius nihil resistere potest. Opinio quorundam. xliii. D xliii

Quidam tamen de suo sensu gloriantes dei potentiam coarctare sub mensura conati sunt. dicentium deum nil posse nisi quod facit. Cum enim dicunt: Hucusque potest deus, et non amplius, quid hoc est aliud quam eius potentiam, quae infinita est, includere et restringere ad mensuram? Dicunt enim: Non potest deus aliud facere quam facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid

Quomodo intelligatur quod potest quicquid vult

Et hoc unicum est cum quo dicatur omnipotens

Aug.

Aug.

Ioh. Crisostomus

Solutio

hylar.

[illegible]

praetermittere de hiis quae facit. Istamque suam opinionem verisimilibus argumentis curiosisque commentis necnon et scripturarum auctoritatum testimoniis munire nituntur dicentes. Ratio illorum prima.

Non potest deus facere nisi quod bonum est et iustum fieri. Non est autem iustum et bonum fieri ab eo nisi quod facit. Si enim aliud iustum est et bonum eum facere quam facit, non ergo facit omne quod iustum est et bonum eum facere. Sed quis hoc audeat dicere? ¶ Addunt etiam: non potest facere (Secunda) nisi quod iustitia sua exigit. Sed non exigit eius iustitia ut faciat nisi quae facit. Non ergo potest facere nisi quae facit. Eademque iustitia exigit ut non faciat quod non facit. Non autem potest facere contra iustitiam suam. Non ergo potest aliquid eorum facere quae ipse dimittit. ¶ Quibus autem Responsio respondentes duplicem illorum intelligentiam ad primam aperientes et ambiguitatem involutam evolventes dicimus sic: Non potest deus facere nisi quod bonum est et iustum, id est non potest facere nisi illud quod si faceret bonum esset et iustum: verum est. Sed multa potest facere quae nec bona sunt nec iusta, quia nec sunt nec erunt, sed bene fierent si fierent, quia nequaquam fient. Responsio

Item quod secundo loco proposuerunt, non potest facere ad id quod nisi quod iustitia sua exigit ut faciat, secundo dicitur et non potest facere quod iustitia sua exigit ut non faciat, tum omnis quaestionis vis in verborum decore congruit, est non ipse acceptis; in illis locutionibus duplex est sensus. Si enim intelligas: non potest facere nisi quod iustitia sua exigit, id est nisi quod iusta voluntas sua vult, falsum dicis. Iustitia enim dei ipsa est aequissima voluntas, accepta qualiter accepit Augustinus illa verba domini quae in Genesi loquitur ad Loth: Non possum quicquam facere donec illuc introeas; exponens non posse in eo dixit quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam, quia poterat quidem sed nolebat illa voluntate quae iusta erat. Si vero per hoc illud intelligis eum non posse facere nisi illud quod si fieret iustitiae eius conveniret, verum dicis. Similiter distingue illud: non potest facere quod iustitia sua exigit ut non faciat, id est non potest facere id quod ipse qui est summa iustitia non vult facere: falsum est. Si autem intelligis hic dictum eum non posse facere id quod iustitiae eius non conveniret, verum dicis.

Addunt quoque talia dicentes: Non Tertia illorum potest deus facere nisi quod debet. Non ratio autem debet facere nisi quod facit. Si enim debet aliud facere, ergo non facit omnia quae debet. Si vero facit omne quod debet, nec potest facere nisi quod debet, non ergo potest facere nisi quod facit. ¶ Item aut debet dimittere quod dimittit ne faciat, aut non debet. Si non debet, non recte dimittit. Si vero debet dimittere quod dimittit, ergo non debet facere. Si autem non debet, nec decet nec oportet eum facere. Si non decet nec oportet eum facere, ergo nec potest facere. Ergo non potest facere nisi quod facit, nec potest dimittere illud quod facit ut non faciat, quia debet illud facere, et quod debet facere non potest illud dimittere. Responsio.

Sed ut in istis hoc verbum debet venenum latet, sic multiplicem eius et involutam rem intelligentiae nec deo ipse convenit, qui non est debitor nobis nisi forte ex promisso. Nos vero ei debitores sumus ex commisso et quod promisimus nobis. Ideo autem quod venenum eius aperiatur, distingue tibi sensus. Non potest facere deus nisi quod debet, id est nisi quod vult: falsum. Sic enim potest ipse dici debere aliquid quia vult illud. Si autem dicatur non potest nisi quod debet, id est non potest nisi illud quod si faceret ei bene conveniret, verum est. Quarta illorum ratio.

Addunt quoque illi dicentes: Nichil facit aut dimittit nisi optima et rationabili causa, licet nobis occulta sit. Sed non quia oportet eum facere et dimittere quae facit vel dimittit. Ratio enim penes solum est qua illa facit et illa dimittit, quae ratio est aeterna et semper manens, praeter quam non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manente non potest quod facit dimittere, nec quod dimittit facere; ita non potest facere nisi quod facit. Sed et ad hoc respondentes ambiguitatem locutionis determinantes dicimus: Verum est rationem vel causam optimam penes deum esse qua facit cuncta quae facit et dimittit ea quae dimittit, quae nichil aliud est quam ipse, vel eius voluntas aequissima et rectissima, qua facit et dimittit quae vult. Et qua facere non potest non praeter eam facere potest, nec utique contra eam facere, nec praeter eam sive quae facit dimittere, vel quae dimittit facere. Sed eadem manente ratione et causa, alia potuit facere, illa dimittere. Licet ergo ratio sit penes eum qua alia facit, alia dimittit, potest tamen sine eadem ratione et dimittere quae facit et facere quae dimittit. Praeterea autem praedicta addunt. Debet adhuc et ut conclusio(?)

Non est eum facere quae facit et non alia, et non potest facere nisi quod est eum facere, ita non potest facere nisi quod facit. Ita non est eum dimittere quod dimittit, non non potest non dimittere, quae non est eum dimittere, ita non potest non dimittere quod dimittit. Et ad haec dicimus

24

Respice item infra

debitor ex precepto
ex commisso
ex promisso

locutionis vel est ambiguitatis, ideo determinanda. **Responsio** Si enim dicitur non posse facere nisi quod iustum est, eum facere intelligatur eum non posse facere nisi ea quae rationabilia sunt et ea quae si fierent rationabilia essent, verus est sensus. Si autem intelligatur eum non posse facere alia rationabilia et bona nisi ea quae vult et facit, falsus est intellectus. **Alia illorum ratio**

Item aliud adiungunt dicentes: Si potest Deus aliud facere quam facit, potest ergo facere quod ei non placuit; et si potest facere quod ei non placuit, potest sine placito operari, quoniam omne quod facturus est se placuit facere, nec facit aliquid quod ei non placuit. Quod si praeter eius placitum aliquid fieri impossibile est, omne quod placuit est fieri necesse est; aliud fieri quam fit nulla ratione possibile est; non ergo potest aliud fieri nisi quod fit. **[illegible]** Haec autem quae de placentia facile determinari potest per ea quae superius dicta sunt, cum de placito ageretur.

His autem illi scrutatores qui defecerunt scrutantes scrutinio, suae adnectunt testimonia. **Auctoritatibus innititur assertione suae opinionis** Dicit enim Augustinus in libro de symbolo: Hoc solum non potest Deus quod non vult. Per quod videtur non omnino posse facere aliquid nisi quod vult. Sed non vult nisi quod facit; ita videtur non posse nisi quod facit. Istud autem ita intelligendum est: id solum non potest Deus quod non vult, scilicet posse. Item in libro VII confessionum ad Deum loquens ait: **Quomodo intelligenda** Voluntas tua non est maior quam potentia; esset autem maior si ipso tu ipse maior esses. Ex his videtur quod Deus non possit plura quam vult, sicut non vult plura quam potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia, ita nec potentia maior est voluntate. Ideoque sicut plura non vult quam potest, ita eum non plura posse quam velle dicunt.

Sed ad hoc dicimus quia nec voluntas potentia nec potentia maior est voluntate, quia una eademque res est potentia et voluntas, scilicet ipse Deus, qui esset maior se ipso si voluntas esset maior potentia vel potentia voluntate. **Responsio** Nec hac auctoritate negatur Deum plura posse quam velle, quia plura sunt subiecta eius potentiae quam voluntati. **Auctoritatibus confirmat Deum plura posse facere quam faciat.**

Sentiamus itaque Deum multa posse facere quae non vult, et posse dimittere quae facit. Quod ut certum firmius teneatur scripturae testimoniis asseramus Deum plura posse facere quam faciat. **Veritas** Veritas ipsa secundum Matthaeum ait: An putas quia non possum rogare patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam XII legiones angelorum? Ex quibus verbis patenter innuitur quia et filius poterat rogare quod non rogabat, et pater exhibere quod non exhibebat; uterque ergo poterat facere quae non faciebat.

Au. Augustinus etiam in Enchiridion ait: Omnipotentis voluntas multa potest facere quae non vult nec facit. Potuit enim facere ut XII legiones angelorum pugnarent contra illos qui Christum ceperunt. Item in eodem: **Au.** Cum apud quosdam non facta sunt virtutes quae si facta fuissent egissent illi homines paenitentiam, et facta sunt apud eos qui non erant credituri, tunc ista latebunt quae nunc latent; nec utique Deus iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi esse si vellet. Tunc in clarissima suae sapientiae luce videbitur quod nunc piorum fides habet antequam cognitione manifesta videatur, quam certa et immutabilis et efficacissima voluntas sit Dei, quam multa possit et non velit, nihil autem quod non possit velit. Item in libro de natura et gratia: **Au.** Dominus Lazarum suscitavit in corpore. Numquid dicendum est non potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidem, sed noluit. His autem auctoritatibus multisque aliis aperte docetur quod Deus multa possit facere quae non vult, quod etiam ratione planum potest fieri. Non enim vult Deus omnes homines iustificare, et tamen quis dubitat eum posse? Potest ergo Deus aliud facere quam facit, et tamen si aliud faceret, alius ipse non esset; et potest aliud velle quam vult, et tamen eius voluntas nec alia nec nova **[illegible] immutabilitate potentiae et voluntatis** nec mutabilis aliquo modo esse potest. Licet enim possit velle quod numquam voluit, tamen non potest de novo vel nova voluntate velle, sed sempiterna tantum velle potest. **[illegible] talia velle quae [illegible] talia facere quae facit** Potest enim velle quod potest ab aeterno voluisse; habet enim potentiam volendi et nunc et ab aeterno, quod tamen nec nunc vult nec ab aeterno voluit.

An Deus possit facere aliquid melius quam facit.

D. xliiii

Nunc illud restat discutiendum utrum meliori modo aliquid Deus possit facere quam facit. Solent enim illi scrutatores dicere quod ea quae facit Deus non potest meliora facere, quia si posset meliora facere et non faceret, invidus esset et non summe bonus. **Illi dicunt non posse.** Et hoc a similitudine astruere conantur. Ait enim Augustinus libro quaestionum LXXXIII: **Au.** Deus quem genuit, quoniam se meliorem generare non potuit,

Quod vult ut omnes salvos fieri [illegible]

ista est omnino quod potest Deus clausula

Si filius [illegible]

Nichil enim deo melius genuit equalem. Si enim voluit et non potuit, infirmus est; si potuit et noluit, invidus. Ex quo conficitur equalem genuisse filium. Similiter volunt dicere quod si potest deus meliorem rem facere quam facit, invidus est. Sed non valet istorum verisimilitudinis inductio, quia filium genuit de substantia sua, quem si posset gignere equalem et non gigneret, invidus esset. Alia vero que non de sua substantia facit, meliora facere potest. Questio quam illi agitant.

Verumtamen si aliquis responderet de possibili, cur dicatur rem aliquam sive etiam rerum universitatem in qua maior consummatio expleta est non posse meliorem esse quam est, sive ideo quia summe bona est, ita ut nulla omnino boni perfectio ei desit, sive ideo quia magis bonum quod ei deest capere ipsa non valet. Si dicit quia summe bona est, ut nulla ei perfectio desit boni, tamen creatura creatori coequatur. Si vero ideo non potest melior esse quia bonum amplius quod ei deest capere ipsa non valet, tamen hoc ipsum non posse defectionis est, non consummationis. Potest esse melior si fiat capax melioris boni, quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo deus meliorem facere rem quam faciat. Augustinus super Genesim: Talem potuit deus hominem fecisse qui nec peccare posset nec vellet; et si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse? Ex predictis constat quod deus potest et alia facere quam faciat, et que facit meliora ea facere quam facit. Utrum alio vel meliori modo possit facere quam facit.

Post hec considerandum est utrum alio modo vel meliori quam facit possit ea facere que facit. Si modus operationis ad sapientiam opificis referatur, nec alius nec melior esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius quam facit, id est alia sapientia vel maiori sapientia. Nichil enim sapientius potest facere quam facit. Si vero modus referatur ad rem ipsam quam facit deus, dicimus quod et alius et melior potest esse modus. Et secundum hoc concedi potest quod ea que facit potest facere melius et aliter quam facit, quia potest quibusdam meliorem modum existendi prestare et quibusdam alium. Unde Augustinus in xiii libro de trinitate dicit: Quod fuit talis modus nostre liberationis possibilis deo, cui omnia possunt, sed nullus alius nostre miserie sanande fuit convenientior. Potest igitur deus et ea que facit quedam alio modo meliori, quedam alio modo equali bono, quedam etiam minus bono facere quam facit. Hoc tamen modus refertur ad qualitatem creature, non ad sapientiam creatoris.

Preterea solet queri utrum deus semper possit omne quod olim potuit. Utrum deus possit omne quod olim potuit.

Quibusdam non videtur dicentibus: Potuit deus incarnari, potuit mori et resurgere, et huiusmodi alia, que modo non potest. Potuit ergo que modo non potest, et ita habuit potentiam quam modo non habet; unde videtur eius potentia imminuta. Responsio: sicut semper scit quod aliquando scivit.

Ad quod dicimus quia sicut deus omnia semper scit que aliquando scivit, et semper vult quod aliquando voluit, nec umquam amittit scientiam aliquam vel voluntatem mutat quam habuit, ita omnia semper potest que aliquando potuit, nec umquam aliqua potentia sua privatur. Non est ergo privatus potentia incarnandi vel resurgendi, licet non possit modo incarnari vel resurgere. Sicut enim potuit olim incarnari, ita et potest modo esse incarnatus, in quo eiusdem rei potentia monstratur. Et sicut olim scivit se resurrecturum, et modo scit se resurrexisse, nec est alia scientia illud olim scivisse et hoc modo scire, sed eadem omnino; et sicut olim voluit resurgere et modo resurrexisse, in quo una eademque rei voluntas exprimitur, ita potuit olim nasci et resurgere, et modo potest natus fuisse et resurrexisse; et est eiusdem rei potentia. Si enim posset modo nasci vel resurgere, non esset idem posse. Ubi enim diversorum temporum dictiones prolatis temporibus et diversis adverbiis coniuncta eundem faciunt sensum, ut modo legentes dicimus: Iste potest legere hodie; cras autem dicimus: Iste potest legisse, vel potuit legere heri; unius rei monstratur potentia. Si autem diversis temporibus loquentes eiusdem temporis verba et adverbiis utamur, dicentes hodie: Iste potest hodie legere, eodem cras dicentes: Iste potest hodie legere, non idem sed diversum dicimus eum posse. Secundum illum ergo sensum dicimus semper posse deum quicquid semel potuit, id est habere illam omnem potentiam quam semel habuit, et illius omnis rei potentiam cuius semel habuit, sed non semper posse facere omne illud quod aliquando potuit facere; potest quidem fecisse quod aliquando potuit. Similiter quicquid semel voluit semper vult, id est omnem illam habet voluntatem quam semel habuit, et cuiuscumque rei voluntatem semel habuit; sed tamen non vult esse vel fieri esse quod aliquando voluit esse vel fieri, sed vult fuisse vel factum esse. Ita et de scientia dei dicendum est. De voluntate dei que essentia dei est.

Iam de voluntate dei aliquid dicamus quantum sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est ergo quod voluntas sive volens deus est et essentia dei. Non est enim ei aliud.

quod dicitur non posse

Responsio

D. xlv. D xlv D

Ubi usi essent diversis? dicentes hodie iste potest hodie legere eodem utentes? dicentes cras iste potest hodie legere non idem sed diversum.

velle quod esse, sed omnino idem; sicut idem est ei esse bonum quod esse deum, ita idem est ei esse volentem quod esse deum. Nam voluntas qua semper volens est, non affectus vel motus est qui in nobis eadem nominatur, sed divina usia qua volens est deus, et huiusmodi.

Quod licet idem sit deo velle quod esse, non tamen potest dici deus esse omnia que vult.

Et licet idem sit deo velle quod esse, non tamen dicendum est deum esse omnia que vult. Quod quidam de dei voluntate non recte sentientes nobis obiciunt dicentes: Si idem est deo velle quod esse, ergo cum dicitur deum velle omnia que facit, dicitur eum esse omnia que facit. Alio quippe non illud illo verbo idem significatur quod significatur hoc illo, cum de deo dicitur. Sic licet etiam non semper dicitur de deo velle secundum essentiam, sive etiam secundum essentiam, non dicitur aliquid eo modo quo dicitur de deo. Relative enim aliquid dicitur. Ad id quod dicimus: quod licet idem penitus sit deo velle quod esse, non tamen potest dici esse omnia que vult; sicut idem est deo esse quod scire, nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita potest dici esse omnia.

Obiectio quorundam.

Ratio

Responsio. plena omnino solutio.

Sensus horum verborum deus scit et deus vult. Scit omnia et vult aliquid.

Et ubicumque dicitur deus scire et sciens, et velle et volens, secundum essentiam dicitur. Cum vero dicitur deus scit vel deus vult, vel deus est sciens vel volens, essentia divina predicatur et deus esse enuntiatur. Cum autem additur omnia vel aliquid vel aliqua, ut deus scit omnia vel vult aliquid vel aliqua, essentia quidem divina predicatur, non simpliciter et absolute, sed tantum scientie que ipse est omnia subiecta esse monstrantur, et voluntati que ipsa eadem est aliquid vel aliqua subiecta esse dicuntur, ut talis fiat sensus: Deus scit omnia, id est deus est cuius scientie, que ipse est, omnia subiecta sunt. Similiter deus vult hoc vel illud, id est deus est cuius voluntati, que ipse est, hoc sive illa subiecta sunt. Volens ergo sive velle dicitur deus secundum essentiam, cuius voluntas eterna sempiterna et immutabilis, preter ea varietatem temporum que ei subiecta sunt, que non potest esse iniusta nec mala, quia deus est.

Quod dei voluntas summa causa est omnium que naturaliter fiunt, cuius causa non est querenda, que sit eterna.

Hec itaque summe bona voluntas causa est omnium que naturaliter facta sunt vel fiunt vel futura sunt, que nulla preveniente causa est, quia eterna est. Ideo ei causa querenda non est.

Hoc dicit Augustinus.

Omnis enim causa querit aliquid maius, cum nihil ea maius sit. Unde Augustinus in libro lxxxiii questionum: Qui querit quare voluit deus mundum facere, causam querit voluntatis dei. Omnis autem efficiens causa maior est eo quod efficitur; nihil autem maius est voluntate dei; non ergo causa eius querenda est. Idem in libro contra Manicheos: Si quis dixerit: quid placuit deo celum facere et terram? Respondendum est ei, qui voluntatem dei nosse desiderant, causas voluntatis dei scire querunt, quod voluntas dei omnium que sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas, est aliquid quod antecedit voluntatem dei, quod nefas est credere. Qui ergo dicit: quare deus fecit celum et terram? respondendum est illi: quia voluit. Voluntas enim dei causa est celi et terre, et ideo maior est voluntas dei quam celum et terra. Qui autem dicit: quare voluit facere celum et terram? maius aliquid querit quam sit voluntas dei; nihil autem maius inveniri potest. Compescat se ergo humana temeritas, et id quod non est non querat, ne id quod est non inveniat. Ecce his auctoritatibus aperte insinuatur quod voluntatis dei causa nulla est, et ideo querenda non est.

Quod voluntas dei prima et summa causa omnium est.

Voluntas quoque dei, ut ait Augustinus in iii libro de Trinitate, prima et summa causa est omnium specierum atque motionum. Nihil enim fit quod non de interiore atque intelligibili aula summi imperatoris egrediatur secundum ineffabilem iustitiam. Ubi enim non operatur quod vult dei omnipotentis sapientia, que pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter? Solent ea que per seriem consuetudinis ad admirationem non admittuntur, si etiam que preter naturam et insolita eveniunt, mira videntur, ut sunt defectus luminarium et terre motus, monstruosi animantium partus et his similia, quorum nihil fit nisi dei voluntate, plerisque non apparet. Ideoque placuit vanitati philosophorum causis aliis ea tribuere, cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam, id est voluntatem dei. Itaque non nisi dei voluntas est causa prima sanitatum, egritudinum, premiorum atque penarum, gratiarum et retributionum. Hec igitur sola est vera omnium causa, quia prior est; ipsa non est orta, sed eterna.

Quibus modis in scriptura accipitur dei voluntas.

Hic non est pretermittendum nobis quod sacra scriptura de voluntate dei variis modis consuevit loqui. Non est enim dei voluntas diversa, sed locutio diversa est de voluntate, quia nomine voluntatis diversa accipit. Nam voluntas dei vere ac proprie dicitur que in ipso est et ipse est, simpliciter eterna est, et hec una est, non multiplex nec mutabilis, que inexpleta esse non potest, de qua propheta

Que ipse dicitur dei voluntas et eadem dicitur beneplacitum.

[illegible]

3

Precipit et prohibet, permittit, consulit, implet.

3 [illegible]

ait: Omnia quecumque voluit dominus fecit; et apostolus: Voluntati eius quis resistit? Et alibi: Ut probetis que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Hec voluntas recte appellatur beneplacitum dei sive dispositio.

Quod secundum figuram dicitur voluntas dei preceptio et prohibitio, consilium, permissio, operatio, et quare pluraliter dicuntur voluntates.

Precept. et prohib. permittit. consilium. implet.

Aliquando tamen secundum quamdam figuram dicendi voluntas dei vocatur quod secundum proprietatem non est voluntas eius, ut preceptio, prohibitio, consilium, nec non et permissio et operatio. Ideoque pluraliter aliquando in scriptura voluntates dei pronuntiantur. Unde propheta: Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Cum non sit nisi una voluntas dei que ipse est, pluraliter tamen dicit voluntates, quia voluntas dei variis modis ac pro diversis accipitur, ut dictum est. Ita etiam idem propheta secundum multos effectus misericordie et iustitie pluraliter dicit: Misericordias domini in eternum cantabo; et alibi: Iustitie domini recte, letificantes corda, cum tamen et misericordia una sit et iustitia, et eadem sit misericordia que iustitia, scilicet divina usia.

Quare preceptio et prohibitio et consilium dei dicantur voluntas.

Preceptio autem et prohibitio atque consilium, cum sint tria, dicitur tamen unumquodque eorum dei voluntas, quia ista signa sunt divine voluntatis, quemadmodum et signa ire vocantur ira, et dilectionis signa dilectio appellantur. Et dicitur iratus deus, et non est tamen ira in eo aliqua, sed signa tantum que foris sunt quibus iratus ostenditur, ita ipsius nomine nuncupantur. Et est figura dicendi, que non est fallacia quod dicitur, si tamen dicitur quod sub tropi nubilo obumbratur. Et hoc tropo diverse voluntates dei dicuntur, quia diversa sunt illa que per tropum voluntas dei dicuntur.

Ubi voluntas dei pro precepto accipiatur et consilio.

Pro precepto dei atque consilio potest accipi voluntas dei: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et alibi: Qui fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Et contra hanc voluntatem multa fiunt. Unde Aug. in libro de spiritu et littera: Infideles, inquit, contra dei voluntatem faciunt, cum eius evangelio non credunt.

Quod deus non vult ab omnibus fieri omnia que precepit vel non fieri que prohibuit.

Et si illa tria dicuntur dei voluntas, ideo quia signa sunt divine voluntatis, non est tamen intelligendum deum omne illud fieri velle quod precepit, vel non fieri quod prohibuit. Precepit enim Habrahe immolare filium, nec tamen voluit; nec ideo precepit ut id fieret, sed ut Habrahe probaretur fides. Ut in evangelio precepit leproso sanato ne cui diceret. Ille autem predicavit ubique, intelligens dominum non ideo prohibuisse quia nollet opus suum predicari, sed ut daret formam hominibus laudem humanam declinandi.

De permissione et operatione, ubi dicitur dei voluntas.

Permissio quoque dei et operatio voluntas dei appellatur. Quod aperte docet Aug. in Enchiridion dicens: Non fit aliquid nisi omnipotens velit fieri, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene etiam sinendo fieri quecumque fiunt male. Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit, et profecto bonum est omne quod iustum est. Ecce manifeste habes dei voluntatem hic appellari ipsius operationem vel permissionem, cum dicit: non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit. Ubi includit et bona et mala omnia que fiunt. Ideoque aperte distinguit quomodo deum velle dixerit, ne eadem ratione intelligeretur velle bona et mala, subdens: vel sinendo ut fiat, hoc quantum ad mala dicit; vel ipse faciendo, hoc quantum ad bona. Cuncta enim sinit fieri, sed non facit; bona vero ipse facit. Ideoque dicitur eum velle, quia et volens mala sinit, et volens bona operatur. Et ob hoc permissio et operatio voluntas dei dicitur.

Quecumque supra posita sunt quomodo dicuntur dei voluntas; ut distinguat lector [illegible] voluntas.

Omnia que supra posita sunt dicuntur per tropum dei voluntas, quia signa sunt divine voluntatis que una est et immutabilis, scilicet dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguat lector, si de voluntate dei scriptum commemoratur, iuxta quem modum accipi oporteat, utrum scilicet pro beneplacito dei an pro aliquo signo eius. Magna enim adhibenda est discretio in cognitione divine voluntatis, quia et beneplacitum dei voluntas est, et signum beneplaciti dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius eternum est, signum vero beneplaciti eius non. Et consonat rei effectibus beneplacitum ipsius; ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito eius vult fieri, et omne quod non vult fieri nequaquam fit. Illud autem est de signis, quia precepit deus multis ea que non faciunt, et prohibet que faciunt, et consulit que non implent.

Illud commendatur quod certum est de voluntate ipsius [illegible] obviare.

D. xlvi

Questio.

Hic oritur questio. Certum enim est ex superioribus rationibus et auctoritatibus convenientibus quod voluntas dei que ipse est non obviatur, et quod beneplacitum eius cassari non potest, et quod illa voluntate quecumque voluit fecit in celo et in terra, cui teste apostolo nichil resistit. Queritur ergo quomodo accipiendum sit quod apostolus de domino

Aug. in Ench.

ait.

Qui vult omnes homines salvos fieri. Sed cum non omnes salvi fiant, sed plures dampnentur, videtur utique non fieri quod deus vult fieri, humana scilicet voluntate impediente voluntatem dei. Dominus etiam in evangelio impiam civitatem compellans: Quotiens, inquit, volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti. Ita dicuntur tamquam dei voluntas superata sit hominum voluntate, et infirmissimis nolendo impedientibus non potuerit facere potentissimus quod volebat. Ubi est ergo illa omnipotentia qua in celo et in terra, sicut propheta ait, omnia quecumque voluit fecit, si quoniam voluntati eius Ierusalem restitit, si colligere filios eius voluit et non fecit? Hec enim predictis plurimum obviare videntur.

Solutio, quomodo sit intelligendum illud: Volui congregare filios tuos et nolui(sti).

Sed audiamus solutionem. Ac primum quomodo accipiendum sit illud quod dominus ait ad Ierusalem: Quotiens volui etc. Augustinus in Enchiridion ea verba proponens solvensque questionem. Cum dominus voluit colligere filios Ierusalem et non sit factum quod voluit, quia ipsa noluit, sed potius illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, qua tamen nolente filios eius collegit ipse omnes quos voluit, quia in celo et in terra non quedam voluit et fecit, quedam vero voluit et non fecit, sed omnia quecumque voluit fecit. Quotiens volui congregare filios tuos et noluisti, id est quotquot congregavi voluntate mea semper efficaci te nolente feci. Ecce in evidenti positum est quod illa domini verba superioribus non repugnant.

Quomodo intelligendum sit illud: Qui vult omnes homines salvos fieri.

Nunc videre restat quomodo etiam premissa verba apostoli positis non contradicant, que de deo loquti sumus: Vult omnes homines salvos fieri. Quorum hominum occasione illorum multi a veritate deviavere, dicentes deum multa velle fieri que non fiunt. Unde non est intelligendum ea ratione illud esse dictum, quasi deus noluerit aliquos salvari et non salventur. Quis enim tam impie desipiat ut dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit et quando voluerit non in bonum non posse convertere? Non esset utique verum quod in psalmo dicitur: Quecumque voluit fecit, si aliqua voluit et non fecit; et quod est indignius, ideo non fecit quia ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impedivit. Ideoque cum audimus et in sacris litteris legimus quod vult omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissime dei voluntati aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est: Vult omnes homines salvos fieri, tamquam si diceretur nullum hominem fieri salvum nisi quem fieri ipse voluerit; non quod nullus sit hominum nisi quem salvum fieri velit, sed quod nullus fiat salvus nisi quem velit salvum fieri. Et ideo rogandus est ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. Non est enim credendus omnipotens aliquid voluisse fieri quod factum non sit.

Sic intelligitur illud: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Sic etiam intelligitur illud: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; non quia nullus hominum est qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest et alio modo illud intelligi, dum tamen non cogamur credere omnipotentem aliquid voluisse fieri factumque non esse, qui sine ullis ambiguitatibus si in celo et in terra, sicut ei veritas cantat, omnia quecumque voluit fecit, profecto facere noluit quodcumque non fecit. Ex his aperte ostenditur quod deus ea voluntate que ipse est non vult aliquid fieri quod non fiat, neque non fieri quod fiat.

Utrum mala deo volente vel nolente fiant.

Inde considerandum, cum omnia bona que fiunt eo volente fiant, que si fieri nollet nullatenus fierent, recte queri solet utrum et mala omnia que fiunt volente dei voluntate an eo nolente fiant.

Que super hoc a diversis dicuntur.

Super hoc diversi varie sentientes sibi contradicere inveniuntur. Alii enim dicunt quod deus vult mala esse vel fieri, non tamen vult mala. Alii vero quod nec vult mala esse vel fieri, nec tamen convenitur et hi et illi quod utique fatentur deum mala non velle. Utrique vero rationibus atque auctoritatibus innituntur ad muniendam suam assertionem.

Aliorum ratio. Qui dicunt quidam deum velle mala esse vel fieri. Illorum oppinio quod dicit deum velle fieri mala.

Qui enim dicunt deum mala velle esse vel fieri, huiusmodi muniunt intentionem. Si enim, inquiunt, mala non esse vel fieri vellet, nullo modo essent vel fierent, quia si nollet ea esse vel fieri, non posset id efficere ut ea non essent vel fierent; sed voluntati eius et potentie aliquid resisteret, et non esset omnipotens, quia non posset omnia que vellet, sicut et nos sumus, qui quod volumus quandoque non valemus; sed quia omnipotens est, et in nullo impotens, certum est non posse fieri mala vel esse eo nolente. Quomodo enim eo invito et nolente possent ab aliquo fieri mala, cum scriptum sit: Voluntati eius quis resistit? Super etiam dicit Augustinus, quod necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri, non fiunt. Fiunt autem; vult ergo fieri. ¶ Item bonum est mala esse vel fieri; alioquin omnipotens summe bonus non permitteret ea fieri. Unde Augustinus in Enchiridion: Quamvis ea, inquit, que mala sunt in quantum mala sunt non sint bona, tamen ut non solum bona sed etiam sint et mala bonum est. Nam nisi esset hoc bonum ut essent et mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono, cui procul dubio quam facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse non sinere. Hoc nisi credamus, periclitatur nostre confessionis initium, qua nos in patrem omnipotentem credere confitemur.

¶ Item super Genesim. Deus alia concedit propitius, alia permittit iratus, et que permittit sic tolerat ut in usum consilii trahat. Unde fit ut quod fit sine eo vel dei voluntate agitur voluntati contrarium. Unde: Magna opera domini exquisita.

au.

¶ Ecce hic aperte dicit quod bonum est mala esse. Omnis autem boni deus auctor est, qui vult esse bonum esse quod est. Si ergo bonum sit mala fieri vel esse, vult mala fieri vel esse. His aliisque huiusmodi rationibus et auctoritatibus utuntur illi qui dicunt deum velle mala esse vel fieri.

hic ponit [illegible] illorum qui dicunt deo nolente non fieri mala.

Illi vero qui dicunt deo nolente mala fieri vel esse, inductionibus premissis ita respondent, dicentes deum nec velle mala fieri, nec velle non fieri, vel nolle fieri, sed tamen non velle fieri. ¶ Si enim vellet ea fieri vel esse, faceret utique ea fieri vel esse, et ita esset auctor malorum. Non est autem auctor malorum, ut sancti protestantur auctoritates. Non ergo eius voluntate fiunt mala.

Cur non sit tamen deum velle mala fieri.

¶ Item si nollet mala fieri vel vellet non fieri, tamen fierent, omnipotens non esset, cuius voluntatis humane voluntatis effectus impediret.

hic queritur cur non sit tamen deum velle non fieri mala vel nolle fieri.

Ideoque non concedunt deum velle mala fieri, ne malorum auctor intelligatur; nec concedunt eum velle mala non fieri vel nolle fieri, ne impotens videatur. Sed tamen dicunt eum non velle mala fieri, ut non auctor sed permissor malorum monstretur. Unde et evangelista ostendens deum auctorem esse omnium bonorum dicens: Omnia per ipsum facta sunt, consequenter malorum esse auctorem negat dicens: et sine ipso factum est nichil, id est peccatum. Non dicit peccatum factum esse deo volente vel invito, sed tamen sine eo, id est sine eius voluntate, quia non eius voluntate fit peccatum. Non ergo deo volente vel nolente, sed non volente fiunt mala, quia non subest dei voluntati ut malum fiat vel non fiat, vel ut fieri sinat, quia bonum est sinere mala fieri. Utique volens sinit, non volens mala, sed volens sinere ut ipsa fiant, quia nec mala sunt bona, nec ea fieri vel esse bonum est.

Quod non deo volente vel nolente fiunt mala.

Quomodo sit intelligendum illud Augustini: bonum esse mala fieri vel esse.

Quod vero Augustinus ait, mala fieri bonum esse, nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri nisi hoc esset bonum ut ea essent vel fierent, ratione dictum esse asserunt, quia ex malis consurgunt bona, nec ipse permitteret ea fieri nisi de eis aliquid boni faceret. Unde Augustinus in eodem libro Enchiridion ait, indicans [illegible] talem esse intelligentiam: Deus omnipotens cui rerum est summa potestas, cum summe bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens et bonus ut bene faceret etiam de malo. Item in eodem: Melius iudicavit deus de malis bona facere quam mala nulla permittere.

Confirmat illum sensum auctoritatibus aliis.

au.

¶ Ex hoc ergo sensu dictum est ac verum est bonum esse mala fieri, quia ex malis que fiunt bona quedam proveniunt, unde non per se accedit bonitas, sed utilitas; talibus enim, ut ait apostolus, in bonum cooperantur omnia, etiam mala que eis proveniunt. Unde et in scriptura aliud legitur malum appellari bonum, ut [illegible] in marchio(?): Aliud, inquit, unde bonum fiat vel nobis; nec sic bonum est illud vel illa intelligere quod simpliciter bonum sit; ipse enim ac simpliciter bonum est quod iuste et sapienter bonum est.

Quadripertita boni acceptio.

Est enim aliquid quod ipse bonum est et bonum faciens. Est quod non est bonum faciens, ut cui sublime accipitur parumper. Sed non ipse deus aliquid bonum esse et faciens, sicut est, ut cum mala sint ipse deus aliud obedientia producatur et aliquid ipse et faciens, seu sit bonum, ut cum mala producantur ipse deum credentium vel apte. Bonus ordo summus deus, alius ordo vite, alius ordo moralis. Est autem aliud quod nec ipse bonum est et faciens bonum, nec facere dignatur, non permittit, ut malum. Valet enim ad aliquid, ut enim ait Augustinus in Enchiridion: A summa et equaliter et immutabiliter bona trinitate creata sunt omnia, nec summe nec equaliter nec immutabiliter bona, sed tamen bona et singula. Simul vero universa valde bona, quia ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulcritudo, in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum et loco suo positum eminentius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora fiant dum comparantur malis.

au.

Ut mala

Hinc patet quod ex malis consurgunt aliqua que proveniunt bonum, dum bona magis placent et laudabiliora.

universitati valent, licet ratione sui et facientibus aliena proficiant. Clericus vi.

Ubi non sit deum non velle mala fieri.

Item [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quia auctoritas mala fieri bonum est [illegible] magister
[illegible] quod mala fieri bonum est [illegible] [illegible]

consilium. Ipsis etiam sanctis multa ex malis quae faciunt
in eorum bona eveniunt, si secundum propositum vocati
sunt sancti. Talibus enim, ut ait Augustinus in libro De correptione
au. et gratia, usque adeo Deus omnia cooperatur in bonum, ut
si qui horum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum eis fa-
ciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque
doctiores, sicut Petrus. Ita etiam mala quae ab ini-
quis fideles pie perferunt, ut ait Augustinus in libro De Trinitate,
au. ipsis utique prosunt, vel ad delenda peccata, vel ad exercen-
dam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam
huius vitae miseriam. Ioseph et Iob dei manum, et apostolus
sathanae stimulum sensit, uterque profecit, quia mala
bene portavit. Ex praedictis concluditur ostendens quod
Si quis autem diligenter attendat non bonum fieri
quae supra dicta sunt, facile est ei per mala multis
cipere ex malis bona provenire, et ex eis modis
ratione demonstrari quod bonum est mala fieri
vel esse, sicut quod malus sit bonus, vel quod bonus sit malum
sit. Non est enim bonum malum fieri ab aliquo, quia nec est
bonum ut aliquis faciat malum. Sicut enim hoc esse de bono
profectu, cuius Deus auctor esse, qui est auctor omnis boni,
cuius sibi bonum auctor Deus est. Eo ergo auctore Quod Deo auctore
non homo agit malum, nec eo auctore homo fit deterior. non fit ho-
sed eo aliter homo fit deterior, ut eo volente homo fit deterior. Sed dete-
est enim dicere aliquid fieri Deo auctore, quod Deo nolente rior
et: Deo autem auctore non fit homo deterior, ergo nec
Deo volente, ut Augustinus in libro lxxxiii quaestionum aperte
instruit, ammonens dicens ita: Nullo sapiente ho-
au. mine auctore fit homo deterior. Tanta enim est
ista culpa, quae insipientem hominem cadere nequit.
Est autem Deus omni homine sapiente praestantior. Multo
ergo minus Deo auctore fit homo deterior. Multo enim
est praestantior Dei voluntas quam hominis sapientis.
Illo autem auctore cum dicitur, illo volente dicitur. Quod sic dicitur Deo
Est ergo vitium voluntatis quo est homo auctore vel
deterior. Quod vitium si longe est a Dei volun- Deo nolen-
tate, ut ratio docet, a quo sit quaerendum est. Haec te.
Aperte hic docet Augustinus Deo auctore vel volente ho-
minem non fieri deteriorem, sed vitio voluntatis
suae. Non est ergo Deo auctore quod malum fit ab a-
liquo. Ita Deo volente mala non fiunt. Quod inde
Unde idem Augustinus quaerens causam non est causa
causa ut sit homo deterior inde non ut sit homo de-
au. esse asserit, in eodem libro sic dicens: Ut sit terior
homo deterior aut in ipso est, aut in alio, aut in
nichilo. Sed in nichilo nulla causa est. Si in alio, aut
in Deo, aut in aliquo quolibet homine, aut in eo

quod neque Deus neque homo sit. Sed non in Deo. Bonorum enim
Deus causa est. Ergo aut in homine est, aut in eo quod
nec Deus nec homo, aut in nichilo. Ecce hic aperte
ostendit quod non est bonum ut sit homo deterior, quia
est Deus eius rei causa, qui causa bonorum est. Et si non est
bonum ut homo fiat deterior, non est ergo bonum ut
aliquis fiat malum. Non ergo vult Deus ut aliquis
fiat malum. Ubi probat quod Deo auctore non fi-
Item aliter etiam ostendit quod Deo auctore unt ma-
vel volente non fiunt mala, quia ipse non est causa ten- la
dendi ad non esse. Tendere enim ad non esse malum est, cuius
auctor mali non est, tendit ad non esse qui operatur ma-
lum. Non ergo Deo auctore est quod aliquis ma-
lum operatur. Non est ergo bonum quod aliquis operetur
malum, quia tantum boni Deus auctor est. Haec autem
Augustinus in eodem libro aperte explicat, ita dicens:
Cuius omnium quae sunt auctor est, ad cuius bonita- au.
tem id pertinet ut sit omne quod est, bonum tamen
causa est. Quocirca mali auctor non est, id quod ipse summum
bonum est a quo. In nullo deficere bonum est, et ma-
lum est deficere. Non ergo causa est deficiendi, id est ten-
dendi ad non esse, qui ut ita dicam essendi causa est,
quia omnium quae sunt auctor est, quae in quantum
sunt bona sunt. Ecce aperte habes quod deficere a Deo,
quod est summum bonum, malum est. Mala ergo
facere malum est. Non ergo Deo auctore vel volente
mala fiunt. Obiectio quorundam sophistica qua pro-
dicam sufficienter ostensum est bare nituntur ex eo
quod Deo auctore non fiunt mala, quia esse quod ma-
dam tamen sophistice in eodem vero Deo la fiunt
obicibus conantur probare ex Deo auctore
esse quod mala fiunt hoc modo: Quod mala fiunt
verum est. Omne autem verum quod est a veritate est, quae Deus est.
A Deo ergo est quod mala fiunt. Quod autem omne verum a Deo
sit, confirmant auctoritate Augustini in libro lxxx-
iii quaestionum dicentis: Omne verum a summa veritate est. au.
Est autem veritas Deus, dicunt ergo hoc auctorem esse veri.
Est autem verum quod mala fiunt, vel factum, Deo ergo auctore est
quod sunt vel fiunt mala. Responsio vel concedit esse
Quibus facile est nobis respondere verum esse a Deo.
Sed indignum nobis videtur responsio et sophis-
ne quod dicunt. Omne namque verum a Deo esse, ut ma ape-
ait Augustinus, cui consonat Ambrosius, quare tractans ve-
illud verbum apostoli: Nemo potest dicere Dominum Ihesum,
nisi in spiritu sancto, dicit quod omne verum a quocumque dicitur a spiritu
sancto est. Sed tamen verum sit quod mala fiunt, sed non
quod dicitur illa locutione, scilicet mala fiunt, a Deo est. Sed

[illegible] permissio quia concessio, ut si abbas det licentiam monacho
[illegible] licentias. Sed concessio tollit de peccato, ut veniale
[illegible] quia dicit permittere non prohibere. Sed in venialia permit-
[illegible] et permissio tollit [illegible] veniale non quia permit-
[illegible] non punire. Sed ut permisit Moyses libellum repudii dari,
[illegible] permissio quia a mortali non excusat, quia vel permissio [illegible]
[illegible] quare dicit permittere [illegible] peccatum. Versificator
[illegible] prohibet, permittit, consulit, implet.

non inde sequitur quod a Deo fiat ut mala fiant. *per simile ostendit*

Si autem hoc diceremus, auctor malorum Deus *illud esse* intelligeretur. Quod ex simili manifeste *falsum* falsum ostenditur. Deus prohibet furtum fieri. *Si* si furtum fieri bonum est, ergo prohibet bonum fieri.

Hoc igitur et alia huiusmodi inania re*probat quaestionis fallacias et* linquentes, inconcusse confessionis pietati sanctorum *probat quod dixit Deum* cum fautoribus catholicorum testimonium assignat, *non velle ma*plere dicamus Deum non velle mala fieri, nec tamen velle *la fieri* non fieri, nec nolle fieri. Omne enim quod vult fieri, fit; et omne quod vult non fieri, non fit. Fiunt tamen multa que non vult fieri, ut omnia mala. *Quod*

Voluntas quippe Dei semper est effi*voluntas*cax est, ut fiat omne quod vult, *Dei semper im*et nichil fiat quod non vult. Que de homine *pletur de homine* semper impletur, quocumque se vertat. Il*quocumque se ver*lud enim, ut ait Augustinus, in libero arbitrio constituto *tat* nimis superat voluntatem Dei, si faciat contra voluntatem eius; contra eius voluntatem ipse nichil permissum est facere, tamquam velit fieri et non fiat, vel nolit fieri et fiat. Illa enim voluntas, ut ait Augustinus in Enchiridion, semper impletur aut de nobis aut a nobis. De nobis impletur, sed tamen non implementum qui peccamus; a nobis impletur cum bonum facimus. Id enim facimus quod scimus placere Deo. Ita de homine semper Deus suam implet voluntatem, quicquid faciat homo. De quo Deus non operetur quod vult? Non enim vult Deus ut peccet homo quilibet. Si autem peccaverit, penitentiam vult ipse ut vivat. In peccatis vero perseverantem punire, ut iustitie potentiam nullus evadat.

Sicut alios ab eterno predestinavit ad penam, alios predestinavit ad gloriam. Unde: Hec sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Et tam sapienter exquisita, ut cum angelica et humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creature voluntatem qua factum est quod creator noluit, impleret ipse quod voluit, bene utens et malis tamquam summe bonus, ad eorum dampnationem quos iuste predestinavit ad penam, et ad eorum salutem quos benigne predestinavit ad gloriam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt. Quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea namque magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, ut miro et ineffabili modo non fiat preter eius voluntatem quod etiam fit contra eius voluntatem, quia non fieret si non sineret; nec utique nolens sinit, sed volens; nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens et de malo posset facere bene. *Inquirit ubi*

Hic aliis evidenter monstratur quod voluntas Dei *predi*cta semper impletur de homine, etiam si fa*ubi*ciat homo contra Dei voluntatem. Sed attendendum est dili*contra*genter quomodo in superioribus dicatur aliquid fieri contra Dei voluntatem, quod tamen non sit preter eam, et qualiter intelligendum sit illud: quantum ad se fecerunt quod Deus noluit, quantum vero ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere valuerunt. Videntur enim ista superioribus obviare, ubi dictum est voluntati eius nichil resistere. *Aperit*

Verum, ut supra diximus, voluntas Dei di*dicens diversis*versis modis accipitur, que diversitas in *modis supra* predictis verbis, si diligenter notetur, nichil ibi esse *accipi di*contradictionis reperietur. Cum enim dicitur aliquid fieri preter *voli*eius voluntatem, dissimiliter accipitur voluntate *tatem*, et ipsam voluntatem que Deus est, et sempiterna est; sed eius signa predictis verbis intelligi voluit, prohibitionem sive preceptionem et permissionem.

Multa enim fiunt contra Dei preceptum vel contra *De quo* prohibitionem, que tamen non fiunt preter *sensu quod dicitur* eius permissionem. Ipsa namque *fieri contra Dei voluntatem* permissione omnia fiunt *quedam non fiunt preter eius vo*mala, que tamen preter eius volu*luntatem, et eius* ntatem sempiternam fiunt. Sic Augustinus *sensu quo dicitur* dicit super illum locum psalmi: Ut non loquatur *fieri contra eius vo*os meum opera hominum. Opera enim hominum dicit ea que *luntatem.* mala sunt, que preter Dei voluntatem fiunt, quia ipse est; sed non preter eius permissionem que ipse fecit. Appellatur enim ipsa Dei voluntas, quod Deus volens sinit mala fieri. Fiunt et contra eius preceptionem et prohibitionem, sed non contra eius voluntatem que ipse est, nisi dicatur contra eam fieri quod preter eam fit. Contra eam quippe nichil ita fit, ut velit fieri et non fiat, vel nolit fieri et fiat. Quod evidenter Augustinus notavit, dicens: Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere valuerunt; ac si diceret: fecerunt contra Dei preceptum, quod appellatur voluntas, sed non fecerunt contra Dei voluntatem omnipotentem, quia hoc non valuerunt. Illud valuerunt, ut per hoc quod fecerunt contra Dei voluntatem, id est preceptum, de ipsis facta est voluntas eius, id est impleta est voluntas eius sempiterna, qua eos dampnare volebat. Unde Augustinus super Genesim: Contra voluntatem Dei pagit[illegible] unde imitare contendunt et filio ei restituunt.

Sunt sed due dictiones

Extra [illegible]

Nolle accipitur pro velle non

Signum

Au. super psalmum

Au. Enchir.

voluntate consequente

de filiis Ioseph [illegible] / [illegible] / [illegible]

obsecundant, quia hoc eius dispositionem mutare, quod per humanum studium resistitur. Hic aperte ostenditur quod dum mali consilio ac praecepto Dei resistunt, quod Dei voluntas appellatur, ea faciunt unde voluntas Dei quae ipse est impletur, quae dispositio vel beneplacitum vocatur. Nam ut ait Augustinus in Enchiridion: Quantumlibet sint voluntates angelorum vel hominum bonorum vel malorum, vel illud quod Deus vel aliud volentium quam Deus, omnipotentis voluntas semper invicta est, quae mala numquam esse potest, quae etiam cum mala irrogat iusta est, et profecto quae iusta est mala non est. Deus igitur omnipotens sive per misericordiam cuius vult miseretur, sive per iudicium quem vult obdurat, nec inique aliquid agit vel facit, nec nisi volens quicquam facit, et omnia quaecumque vult facit.

voluntas quae ipse est

Ex praedictis liquet quod voluntas **Summatim perstringit** Dei quae ipse est semper invicta **sententiam praedictam** est, nec in aliquo quassatur, sed per omnia **addens quod Deus** impletur. Consilium vero eius atque praeceptum seu **praecipit hominibus** prohibitio non ab omnibus impletur, quibus **bona facere et** prohibita et damnata sunt. Neque enim praecipit **mala vitare,** omnibus bona vel prohibet mala **cum non ve-** vel consulit optima, quia vellet ab omni- **lit ab homini-** bus bona quae praecipit fieri vel mala quae **imple-** prohibet vitari. Sicut vellet utique si fieret. **ri.** Et quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas, sicut iustitiam suam hominibus ostenderet, et mali essent inexcusabiles, denique ut boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia poenam sortirentur, sic utique ab aeterno inspiravit. Itaque quae omnibus praecepit vel prohibuit, a quibusdam voluit fieri vel vitari, sed non ab omnibus. Et quaedam personaliter praecepit ut impleretur, et etiam in nova lege, quae a personis quibus praecepit fieri noluit, ut Abrahae de immolatione filii, et in evangelio quibusdam curatis, quibus praecepit ne cui dicerent.

voluntas absoluta

Ad bonum praecepit dicere

D. viii.

Sciendum tamen est quod aliquando **Quod aliquando homo bona** mala est voluntas hominis id volentis **voluntate aliud vult** quod Deus vult fieri, et aliquando bona est **quam Deus et aliquando mala** voluntas hominis aliud volentis quam **id quod Deus bona** Deus. Ut enim bona sit hominis voluntas **voluntate** oportet attendere quid congruat ei velle **vult.** et quo fine. Tantum enim interest inter voluntatem Dei et voluntatem hominis, ut in quibusdam aliud congruat Deo velle, aliud homini. Unde Augustinus in Enchiridion: Aliquando, inquit, bona voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult, bona etiam multo amplius multoque certius

…tendus considerari / …na voluntas hominis / …veniendi.

voluntate. Nam illius mala voluntas esse numquam potest. Tamquam si bonus filius patrem velit **Exemplum po-** vivere, quem Deus bona voluntate vult mori. **nit.** Et rursus fieri potest ut hoc velit homo **Item exem-** voluntate mala quod Deus vult bona, velud **plum ponit** si malus filius velit patrem mori, velit etiam **de opposito.** hoc Deus. Nempe ille vult quod Deus non vult, iste vero vult quod vult. Et tamen bonae voluntati Dei pietas illius potius consonat quamvis aliud volentis, quam huius idem volentis impietas. Multum enim interest quid velle homini, quid Deo congruat, et ad quem finem quisque suam referat voluntatem, ut approbetur vel improbetur. Potest ergo velle bonum quod non congruit ei velle, et si velle bonum quod congruum sibi refert ad finem debitum. Ideo non est bona voluntas.

Si revelet quod Deus vult patrem mori, tenetur filius debet velle etc.

.xvi.

Illud quod non est praetermittendum, quod **Quod bona Dei volun-** aliquando Dei voluntas bona **tas per malas hominum voluntates impleta est in passione** per malam hominum **Christi, cum aliquid idem fieret quod** voluntatem impletur, **Deus bona et Iudaei mala vo-** ut in crucifixione Christi **luntate voluerunt, et tamen** factum est, quod Deus bona vo- **et aliquid voluerunt** luntate mori voluit, Iudaei **quod Deus no-** vero impia voluntate eum crucifixe- **luit.** runt. Et volebant Iudaei mala voluntate quiddam quod Deus bona voluntate volebat, scilicet ut Christus pateretur et moreretur. Sed volebant et aliquid aliud quod Deus non volebat, scilicet occidere Christum, quod fuit mala actio et peccatum. Actum quippe Iudaeorum non voluit Deus, passionem Christi voluit. Sic in psalmo Christus ad Patrem ait: Tu cognovisti sessionem meam, id est voluisti et approbasti passionem meam, quae tibi placuit. Voluit enim ut Christus pateretur, nec tamen voluit ut Iudaei occiderent, quia voluit poenam Christi, sed non voluit culpam Iudaeorum, nec tamen noluit. Sicut noluisset, non fuisset. Sed adhuc opponitur **De opposito** sic: Si voluit Deus ut Christus pateretur, aut voluit ut pateretur a Iudaeis vel non. Si voluit ut pateretur a Iudaeis, cum passus sit, factum est utique quod Deus voluit non fieri. Sicut voluit eum pati a Iudaeis, ergo voluit eum occidi a Iudaeis, voluit utique ut Iudaei occiderent eum. Ad quod **Responsio.** respondentes dicimus simpliciter concedendum esse quod Deus voluit Christum pati [illegible] mori, quia passio eius bona fuit et causa [illegible] nostrae salutis. Sed cum a Iudaeis volebat eum pati [illegible] vel occidi a Iudaeis, hic distinguendum est. Sicut enim intelligitur: Sic volebat eum sustinere passionem sive crucifixionem a Iudaeis

3

Sic in passione

Nota cum dicitur occidi a Iudaeis et Iudaeos occidere quod concreta [illegible] / [illegible] et dubitatur [illegible] / [illegible] / quod [illegible]

3 Si Christi actio displicuit, passio grata fuit.

malorum. verius est sensus. Si vero intelligatur sic volebat
ut iudei occiderent eum, falsum est. Non enim volebat
deus actionem iudeorum que mala erat. sed volebat
passionem bonam. et hec voluntas per malas iudeorum
au. voluntates impleta est. Unde Augustinus in enchiridion. Deus quas-
dam voluntates suas utique bonas implet per malorum
hominum voluntates malas. sicut per malivolos iu-
deos bona voluntate patris Christus pro nobis occisus est.
quod tantum bonum fuit. ut apostolus petrus quando id fieri no-
lebat. sathanas ab ipso qui occisus est diceretur.
Ecce manifeste his magnum bonum fuisse quod Christus
occisus est. et hoc bonum quod petrus nolebat. Ideo
redargutus est. Utrum placuerit iustis hominibus quod Christus pateretur. an non.
Ex quo solvitur quod queri utrum placuerit
solet utrum iustis placuerit de humanitate libe-
ratione quod Christus pateretur. Et crederet de omnibus sanctis
bus eum ei placuisse intuitu nostre redemptionis si cruci-
onis. Sed non intuitu cruciatus voluerunt. quod amicique dolebant
ac vehementer cupierunt Christum mori pro liberatio-
ne hominum et impletionem divine voluntatis.
Sed non voluerunt delectatione et ipsi afflictionis.
De eadem quoque letabantur et tristabantur. hoc aliud gaudebant et
propter aliud dolebant. volebant quidem Christum mori pro
hominum redemptione. tristabantur de morte ipsius di-
versis de causis. corda eorum varie movebantur.

Si vero queritur eodem modo quomodo sentiendum sit
sentiendum sit de passionibus et de passionibus sancto-
rum martyrum. sanctis dicimus aliquam esse an velle an
dissimilem ut passionem capitis. et in nolle de-
beant. Christi namque passio causa est nostre salutis bea-
quod non est passio alicuius sancti. Nullius enim passione ti.
redempti sumus nisi Christi. profuerunt quidem non modo eis
qui passi sunt. verum etiam aliis fidelibus ipsorum
passiones. Unde non ignota redemptionis sed hanc certi sola pas-
sio pretiosa est. et passione nostra pie vi-
vis voluntate reputantur fidelibus fiendam credebant. Pas-
siones sanctorum fideliter velle et nolle utique bona voluntate
possumus propter causam finalem cum placuit pauli passio.
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ cum sine quod fuisse fieri per sanctos et
pati scribit vel illa bona ut hic sive voluntate qua voluntate ei
absolute quia cupiebat dissolvi et esse cum Christo. Cum volunt
eum declinare passionem [illegible] et effugere manus ut qui
a passione premeretur. [illegible] le bona habent volunta-
au. tem. Unde augustinus in enchiridion. Bo[illegible] ne appetebant volunta-
te pii fideles quod nolebant apostolum paulum ierusalem pergere
ne ibi pateretur mala que agabus propheta predixerat. Et tamen hoc illi
et deus pati volebat.

Utrum aliquis iustus bona voluntate velit
Christum occidi [illegible]
quod voluerit [illegible]

De passionibus sanctorum possu-
mus velle et nolle. utrumque
bona voluntate.

pro annuntianda fide Christi exercens martyrium Christi.
Utrumque bonam voluntatem suam ipse implevit per
sanctorum voluntates bonas sed per iudeorum malas. Et ad
eum prius pertinebant qui volebant quod volebat
quam illi per quos volentes factum est quod nolebat quod ipsi per
malam voluntatem fecerunt. quod deus bona voluntate
voluit et in passione Christi fecit. quod enim deus volu-
it hoc idem voluit iudas. iudeus. diabolus. sed illi ma-
la voluntate. deus vero bona voluntate. sic ut Christus
moreretur. Unde et illi auctorem voluerunt quod deus no-
luit. Hic finit prima pars libri de misterio trinitatis. Incipit

Que ad misterium divine unitatis secunda de rerum crea-
atque trinitatis licet ex parte tione et forma-
cognoscendum pertinere noscuntur quantum tione cor-
valuimus diligenter executi sumus. Nunc poralium
ad considerationem creaturarum transi- et spi-
ritualium et aliis pluribus
eis pertinentibus.

i. opus operari

d. i. Incipiunt capitula .ij. libri.

Quod unum est principium rerum, non plura;

Quid sit creare, quid facere;

Secundum quam rationem dicitur deus huiusmodi illa agere facere;

Quare rationalis creatura facta sit, id est homo et angelus;

Unde dicitur homo factus esse propter reparationem angelicam;

Quare homo sit illorum iunctura sicut anima corpori;

d. ii. De angelis quando facti sunt;

Quod nichil sit factum ante celum et terram;

Quod simul cum tempore et cum mundo cepit spiritualis creatura et corporalis;

Ubi angeli mox creati fuerint;

Quod simul creata est visibilis materia et invisibilis natura, celum empyreum, infernus;

Quomodo dixerit lucifer: ascendam in celum;

d. iii. Quales facti fuerint angeli;

Quod omnes angeli fuerint equales in essentia, sapientia, libertate arbitrii;

Que communia et equalia habuerint angeli;

Quod boni et mali creati sunt, et an aliqua mora fuerit inter creationem et lapsum;

De triplici sapientia angelorum ante casum et confirmationem;

Quod aliquam habuerunt dei dilectionem vel sui ante casum;

d. iiii. Quod perfecti et beati creati sint an miseri et imperfecti;

d. v. De confirmatione et conversione stantium et aversione et lapsu cadentium;

De libero arbitrio quod habuerunt angeli;

Quod aliquid datum fuit stantibus quo converterentur;

Qua gratia indigebant angeli et quando;

Quod lapsis sit impunita aversio;

Utrum beatitudinem quam acceperunt in confirmatione stantes meruerint ante per aliquam appositam gratiam;

d. vi. Quod de maioribus et minoribus ceciderunt quidam, inter quos unus fuit celsior, scilicet lucifer;

Unde et a quo deiecti sunt;

Quare non eis est concessum habitare in celo vel in terra;

De planctibus demonum;

Quod omnes demones sunt in hoc aere caliginoso et aliqui in inferno;

De potestate luciferi;

Quod demones semel victi a sanctis ultra non accedunt ad alios;

d. vii. Utrum boni angeli peccare et mali recte vivere possint;

Quod utique habeant liberum arbitrium, et tamen ad utrumque flecti possunt;

Quod boni post confirmationem liberius habent liberum arbitrium quam ante;

Quod non possunt ex natura peccare sicut ante;

Quibus modis mali angeli noscant veritatem temporalium rerum;

Quod magice artes virtute et scientia diaboli valent;

Quod malis angelis non servit ad nutum materia visibilium rerum;

Quod non sunt creatores licet per eos magi ranas et alia fecerint, sicut nec boni et si per eorum ministerium fiunt creature;

Quod solus deus sic operatur creationem rerum sicut iustificationes mentium;

Quod angeli mali multa possunt per nature vigorem que non possunt propter dei prohibitionem;

d. viii. Utrum omnes angeli corporei sint;

De formis quibus apparuit deus et de illis in quibus apparent angeli;

Quod deus in specie qua deus est nunquam apparuit mortalibus;

Quomodo dicuntur demones intrare in homines;

d. ix. De ordinum distinctione;

Quid appelletur ordo et que sit ratio cuiusque nominis;

Quod nomina illa supradicta secundum dona gratie non propter se sed propter nos eis data;

Utrum hii ordines ab initio creationis distincti fuerint;

Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales;

Quomodo dicatur decimum ordinem compleri de hominibus;

Utrum homines assumantur secundum numerum stantium vel lapsorum;

d. x. Quod omnes celestes spiritus mittantur;

Quod michael, raphael, gabriel sint nomina ordinum vel spirituum;

d. xi. Quod singule anime habeant angelum bonum ad custodiam, malum ad exercitium;

Utrum angeli proficiant in merito vel premio usque ad iudicium;

d. xii. De distinctione operum vi dierum;

Quod alii senserunt omnia simul facta in materia et forma, alii per intervalla temporum;

Quomodo per intervalla temporis res corporales condite sunt;

Quo sensu tenebre dicantur esse aliquid et quo dicantur nec aliquid;

Quare illa materia confusa sit dicta informis, et utrum ante prodierit in tempore quam formata processerit;

De iiii modis divine operationis;

d. xiii. De primo distinctionis opere;

De luce facta primo die, si spiritualis sit an corporalis;

Ubi facta fuerit;

Quibus modis accipitur dies;

De naturali ordine computationis dierum, et de illo qui pro misterio inductus est;

De intelligentia horum verborum: dixit deus;

Ex quo sensu patri dicatur operari in

filio et per filium et in spiritu sancto.

d.xiiii. De opere secundi diei, quo factum est firmamentum.

Quod celum ibi firmamentum debet intelligi.

De qua materia factum sit.

Quomodo aque posite sint super celum, et quales sint.

De figura firmamenti.

Quare tacetur separata de benedictione operis secundi diei.

De opere tertii diei, quando aque congregate sunt in unum.

Quomodo omnes aque congregate sint in unum locum, cum multa sint maria et flumina.

De opere quarti diei, quo facta sunt luminaria.

Quomodo accipiendum sit illud: Sint in signa et tempora.

d.xv. De opere quinti diei, quo facta sunt natatilia et volatilia.

De opere sexti diei, quo creata sunt animalia et reptilia terre.

De venenosis et noxiis animalibus.

Utrum minima animalia tunc creata fuerint.

Quare post omnia factus est homo.

De sententia illorum qui simul omnia facta esse contendunt.

Quomodo intelligendi sit requies dei.

Quomodo accipiendum sit quod dicitur deus complesse opus suum septimo die, cum tunc quieverit.

Quomodo omnia a deo facta dicantur valde bona.

De sanctificatione septimi diei.

d.xvi. De hominis creatione.

Qualis factus sit homo.

De imagine et similitudine ad quam factus est homo.

Quare homo dicitur imago et ad imaginem, filius non ad imaginem.

d.xvii. De creatione anime, an de aliquo facta sit.

De inspiratione et sufflatione dei, qua facta fuit anima, an in corpore vel extra.

Quare homo extra paradisum creatus, et in paradiso sit positus.

Quibus modis paradisus accipitur.

De ligno vite.

De ligno scientie boni et mali.

d.xviii. De formatione mulieris.

Quare de latere viri, non de alia parte corporis formata sit.

Quare dormienti, non vigilanti subtracta sit costa.

Quod de costa multiplicata in se, sine additamento extrinsecus, mulier facta fuerit.

De causis superioribus et inferioribus.

De causis que in deo sunt simul et in creaturis, et de his que in deo tantum sunt.

De anima mulieris, que non ex anima viri, ut anime filiorum ex traduce.

d.xix. De statu hominis ante peccatum, qualis fuerit secundum corpus, et qualis post peccatum.

Quomodo dicitur homo factus in animam viventem.

Quod corpus hominis ante peccatum mortale et immortale erat, post peccatum mortuum.

Utrum immortalitas quam tunc habuit fuit de conditione nature, an ex gratie beneficio.

Sed posset homo vivere semper inter aliis lignis, non ligno vite, deo non mandante non de illo ederet.

De immortalitate corporis & iiij.

d.xx. De modo procreationis filiorum, si non peccassent primi homines.

Quanto in paradiso fuerint.

De modo translationis in melius si non peccassent.

Utrum in perfectione stature et usu membrorum procrearentur filii.

Utrum etiam in scientia parvuli nascerentur.

De duobus modis alio hic dato, altero promisso.

De invidia diaboli, qua ad temptandum accessit. d.xxi.

De forma in qua tam venit.

De callositate serpentis.

Utrum elegerit serpentem, vel per eum temptaret diabolus.

De modo temptationis.

De duplici specie temptationis.

Quare peccatum hominis, et non angeli, remediabile sit.

Quod non solum viro preceptum fuit datum.

De origine illius peccati. d.xxii.

De mulieris elatione.

De viri elatione.

Quis magis deliquerit, vir an mulier.

De ignorantia excusabili et inexcusabili.

An voluntas precesserit illud peccatum.

Quare deus permisit hominem temptari, quem sciebat casurum. d.xxiii.

Qualis fuit secundum animam homo ante peccatum.

De triplici scientia hominis ante lapsum.

Utrum homo prescius fuerit eorum que sibi futura erant.

De gratia hominis et potentia ante casum. d.xxiiii.

De adiutorio homini in creatione dato, quo stare poterat.

De libero arbitrio. d.xxv.

De sensualitate.

De ratione et partibus eius.

De similitudine ordinis peccandi in nobis et in primis parentibus.

Quid in nobis est vir et mulier et serpens.

De spirituali coniugio viri et mulieris in nobis.

Qualiter per illa tria in nobis consummatur temptatio.

Quando mulier sola manducat cibum vetitum.

Quando cum viro et vir manducat.

Quando sit veniale et mortale peccatum.

VI

Quib; modis

Quibus modis accipiatur sensualitas in scriptura;
Diffinitio liberi arbitrii secundum philosophos;
Qualiter inde accipiatur liberum arbitrium.
Quod angeli et deus habent liberum arbitrium;
Quod liberius erit liberum arbitrium cum peccare non poterimus;
De differentiis libertatis arbitrii secundum diversa tempora;
De iiii statibus liberi arbitrii;
De corruptione liberi arbitrii per peccatum;
De tribus modis libertatis liberi arbitrii a necessitate, a peccato, a miseria;
De libertate que est ex gratia et que ex natura.
d. xxvi. De gratia operante et cooperante;
Quid sit voluntas;
Que sit gratia voluntatem hominis preveniens;
Quod bona voluntas que prevenitur gratia cetera dei bona prevenit;
Quod cogitatio boni precedit fidem;
Quod intellectus et cogitatio boni delectationem preveniunt;
An per liberum arbitrium operetur homo bonum sine gratia;
Utrum eadem gratia sit que dicitur operans et cooperans;
Quomodo gratia meretur augeri;
De tribus generibus bonorum, et in quibus bonis sit liberum arbitrium;
d. xxvii. De virtute quid sit et quid actus eius;
De gratia que liberat voluntatem, si virtus est vel non;
Quomodo ex gratia incipiunt bona merita, et de qua gratia hic intelligitur;
Quod bona voluntas gratia principaliter est
Quare non dicitur fides mereri iustificationem;
De meritis virtutum et de gratia que fidem sequitur vel facit meritum;
Quod idem est usus virtutis et liberi arbitrii, sed virtutis principaliter;
Quidam putant virtutes bonos usus esse liberi arbitrii vel actus mentis;
d. xxviii. De heresi pelagiana;
Quomodo pelagiani dicta Augustini intorserunt in assertionem sui erroris;
Quomodo Augustinus illa dicta determinet et ipse intellectum dedit;
De heresi ioviniani et manicheorum quas collidit ecclesia;
d. xxix. Utrum homo ante peccatum egeret gratia operante et cooperante;
Si homo ante lapsum virtutes habuit;
De creatione hominis et de paradiso;
Quomodo intelligendum sit illud: ne sumat de ligno vite et vivat in eternum;
De flammeo gladio ante paradisum posito;
Utrum peccasset homo comedendo de ligno vite;
d. xxx. Quod per adam peccatum et pena transiit in posteros;
Utrum illud peccatum quod transiit sit originale vel actuale;
Quidam putant fuisse actuale;
Quomodo assignatur illud intrasse in mundum;
Quod originale peccatum illud fuit quod transiit in posteros;
Quid sit originale peccatum;
Quod originale peccatum est culpa;
d. xxxi. Quod originale peccatum dicitur fomes peccati, id est concupiscentia;
Quod nomine concupiscentie intelligitur quod fomes est peccati;
Quod per adam originale peccatum transmittitur in omnes, id est concupiscentia;
An sit peccatum originale in quo omnes peccaverunt;
Ex quo sensu dictum est per unius inobedientiam multos constitui peccatores;
Quod peccatum originale in adam fuit et in nobis est;
Quomodo omnes dicuntur in adam fuisse qui peccavit, et ex eo descendisse;
Quod nichil extrinsecum convertitur in humanam substantiam que est ex adam;
Quomodo originale peccatum a patribus transeat in filios;
An sit in anima an in carne;
Quod per carnem viciatam traducitur peccatum, et quomodo ostenditur;
Causa ostenditur corruptionis carnis ex qua peccatum fit in anima;
Quare dicitur peccatum esse in carne;
Utrum causa originalis peccati que est in carne sit culpa vel pena;
Quare dicatur originale peccatum.
d. xxxii. Quomodo originale peccatum dimittatur in baptismo;
Utrum fomes qui ex libidine trahitur in baptismo diluatur;
Utrum illius concupiscentie deus sit auctor;
Quare illud peccatum imputetur anime;
Utrum illud peccatum sit necessarium vel voluntarium;
Quare deus iungit animam corpori sciens inde maculari;
An anima sit talis qualis a deo creatur;
An anime ex creatione sint in donis naturalibus equales;
d. xxxiii. An peccata omnium precedentium parentum parvulis originaliter trahantur ut peccatum ade;
Quomodo in illo uno peccato plura reperiuntur;
An peccatum ade sit gravius ceteris;
An illud peccatum sit primis parentibus dimissum;

Quomodo peccata parentum imputentur in filiis et in aliis.

xxxiiii De peccato actuali.

Que fuit origo et causa peccati prima.

Que sunt secundaria causa malorum.

Quod non nisi in bona re sit malum.

Quod in hiis fallitur dialectica regula de contrariis.

xxxv Quid sit peccatum.

De peccato.

Utrum malus actus in quantum peccatum est sit corruptio vel privatio boni.

Quomodo peccatum possit corrumpere bonum, cum nichil sit.

Qualiter se homo elongat a deo.

An penalis privatio boni.

xxxvi Quod quedam sunt que sunt peccata et pena peccati; quedam peccatum et causa peccati; alia vero peccatum et causa et pena peccati.

An peccatum sit eo peccato in quantum peccatum est.

Quod non est proprie pena peccati.

Utrum peccata aliqua essentialiter sint pene peccati.

Quod cum peccatum sit et pena peccati, peccatum est ab homine, pena a deo.

De quibusdam que indubitanter peccata sunt et pene, et tamen eis peccatis pena non sunt.

xxxvii Quod aliqui putant malos actus alio modo esse a deo.

Ex quo sensu dicitur quod deus non est mali auctor.

xxxviii De voluntate et eius fine.

Quod solus bonus finis beatitudo.

Quod omnes bone voluntates unum bonum finem habent, et tamen quedam diversos fines sortiuntur.

De differentia voluntatis et intentionis et finis.

Quare voluntas dicatur peccatum, cum sit de naturalibus, et quare nulla alia potentia peccatum est.

xxxix Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum potentiarum non sint peccata.

Ex quo sensu dicitur naturaliter omnis homo velle bonum.

xl An ex fine omnes actus pensari debeant, ut ex affectu vel fine omnes sint boni vel mali.

xli An omnis intentio et actio infidelium sit mala.

Quibus modis dicatur bonum.

Quomodo intelligatur illud: peccatum adeo est voluntarium, quod nusquam nisi in voluntate peccatum est.

Et tamen non in voluntate peccatur.

Quod mala voluntas est voluntarium peccatum.

xlii An voluntas et actio mala, in eodem, et circa idem sint unum peccatum vel plura.

Si peccatum ab aliquo commissum in eo sit usque dum peniteat.

Quibus modis accipiatur reatus.

De modis peccatorum.

Quo differunt delictum et peccatum.

De vitiis principalibus.

De superbia.

Quomodo superbia dicatur initium omnis mali, et cupiditas radix omnium, cum superbia sit cupiditas.

xliii De peccato in spiritum sanctum.

xliiii De potentia peccandi, an sit homini et diabolo a deo.

An aliqui sit resistendi potestati.

Explicit capitula ii. libri.

Unum esse rerum principium ostendit, non plura ut quidam putaverunt.

Creationem rerum insinuans scriptura deum esse creatorem initiumque temporis atque omnium visibilium vel invisibilium creaturarum in primordio sui ostendit dicens: In principio creavit deus celum et terram. His etenim verbis Moyses spiritu dei afflatus in uno principio a deo creatore mundum extitisse refert, elidens errorem quorundam plura sine principio fuisse principia opinantium. Plato namque tria initia existimavit, deum scilicet et exemplar et materiam, et ipsa increata sine principio, et deum quasi artificem, non creatorem. Creator enim est qui de nichilo aliquid facit, et creare proprie est de nichilo aliquid facere; facere vero non modo de nichilo aliquid operari, sed etiam de materia. Unde et homo et angelus dicitur aliqua facere, sed non creare; vocaturque factor sive artifex, sed non creator. Hoc enim nomen soli deo proprie convenit, qui et de nichilo quedam et de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator et opifex et factor; sed creationis nomen sibi proprie retinuit, alia vero etiam creaturis communicavit. In scriptura tamen sepe creator accipitur tamquam factor, et creare sicut facere, sine distinctione significationis.

Et hec verba scilicet facere et agere ubi non dicuntur de deo secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis.

Verumtamen sciendum est hoc verbum facere, creare, agere et alia huiusmodi de deo non posse dici ea ratione qua de creaturis dicuntur. Cum enim dicimus eum aliquid facere, non aliquem in operando motum illi intelligimus inesse vel aliquam in laborando passionem, sicut nobis solet accidere, sed eius sempiterne voluntatis novum aliquem significamus effectum, id est, certa eius voluntate aliquid novum existere. Cum ergo dicitur deus aliquid facere, tale est ac si diceretur: iuxta eius voluntatem vel per eius voluntatem aliquid novum contingere. Tale est ergo: ut ipso nichil novi con tingit; sed novum aliquid, licet in sempiterna voluntate fuerit, fiat sine aliqua motione vel mutatione. Nos sicut operando mutamur, dicimur quia movemur; ita et cum sine motu aliquid facimus.

Deus ergo facere vel agere aliquid dicitur, quia causas rerum novarum existentium de eius voluntate vel dispositione esse incipiunt; quam sempiterne absque ipsius agitatione vel tractus esse dici negamus, cum videlicet actus omnis sine motu consistat, in ipso autem motus nullus.

Sicut ergo ex calore solis aliqua fieri *Per simile ostenditur* contingunt, nulla tamen in ipso vel in suo calore facta motione vel mutatione, ita ex Dei voluntate res nova fit sine mutatione auctoris, qui est unum et solum principium omnium.

Aristotiles Aristoteles vero duo principia dixit, scilicet materiam et speciem, et tertium operatorium dictum, *tria* mundum quoque semper esse et fuisse.

Horum igitur et similium errorem *[illegible] contra hec docet* Spiritus sanctus evacuans, veritatis disciplinam tradens, Deum in principio temporis mundum creasse et ante tempora eternaliter extitisse significat, ipsius eternitatem et omnipotentiam commendans. Cuius voluisse facere est, qui ut potentiam exercet voluntate et bonitate res novas condidit. Credendum est ergo rerum celestium et terrestrium, visibilium et invisibilium causam non esse nisi bonitatem creatoris, qui est Deus verus et unus. Cuius tanta est bonitas, ut summe bonus beatitudinis sue, qua eternaliter beatus est, alios velit esse participes, quam videt et communicari posse et minui omnino non posse. Illud ergo bonum quod ipse erat et quo beatus erat, sola bonitate, non necessitate, aliis communicari voluit; quia summe boni erat prodesse velle, et omnipotentissimi nocere non posse. *Quare rationalis creatura facta sit.*

Et quia non valet eius beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam, que quanto magis intelligitur tanto plenius habetur, fecit Deus rationalem creaturam, que summum bonum intelligeret, et intelligendo amaret, et amando possideret, ac possidendo frueretur. Eamque sic distinxit, ut pars in sui puritate permaneret nec corpori uniretur, scilicet angeli; pars corpori uniretur, scilicet anime. Distincta est itaque rationalis creatura in incorpoream et corpoream; et incorporea quidem angelus, corporea vero homo vocatur, ex anima rationali et carne subsistens. *Quomodo distincta sit rationalis creatura.* Conditio ergo rationalis creature primam causam habuit Dei bonitatem. *Quare autem creatus sit homo vel angelus.*

Ideoque si queritur quare creatus sit homo vel angelus, brevi sermone responderi potest: propter bonitatem eius. Unde Augustinus in libro de doctrina christiana: Quia bonus est Deus, sumus; et in quantum sumus, boni sumus. *Ad quid creata sit rationalis creatura.*

Et si queritur ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur: ad laudandum Deum, ad serviendum ei, ad fruendum eo; in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim perfectus et summa bonitate plenus nec augeri potest nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est, referendum est ad creatoris bonitatem et ad creature utilitatem. *Brevissima responsio cum queritur quare et ad quid facta sit rationalis creatura.*

Cum ergo queritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura, brevissime responderi potest: propter Dei bonitatem et suam utilitatem. Utile nempe ipsi est servire Deo et frui eo. Factus est ergo angelus sive homo propter Deum, non quia creator Deus et summe beatus alterius indigeret officio, qui bonorum nostrorum non eget, sed ut serviret ei ac frueretur eo, cui servire regnare est. Iuxta quod propheta [illegible] illud ait. *Sic factus est homo ut Deo serviret, et mundus ut serviret homini.*

Et sicut factus est homo propter Deum, id est ut ei serviret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet ut ei serviret. Positus est ergo homo in medio, ut et ei serviretur et ipse serviret, ut acciperet utrumque, et reflueret totum ad bonum hominis, et quod accepit obsequium et quod impendit. Ita enim voluit Deus sibi ab homine serviri, ut ea servitute non Deus, sed homo serviens iuvaretur; et voluit ut mundus serviret homini, et exinde similiter iuvaretur homo. Totum ergo bonum hominis erat, et quod factum est propter ipsum, et propter quod factum est ipse. Omnia enim, ut ait Apostolus, nostra sunt, scilicet superiora, equalia et inferiora. Superiora quidem nostra sunt ad perfruendum, ut Deus Trinitas; equalia ad convivendum, scilicet angeli, qui etsi modo nobis superiores sint, in futuro erunt equales; qui etiam nunc nostri sunt, quia ad usum nostrum sunt. Sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio, sed quia sunt ad usum eorum. Porro angeli in quibusdam Scripture locis nobis servire dicuntur, cum propter nos in ministerium mittuntur.

Quomodo dicitur in Scriptura homo factus propter reparationem angelice casus.

De homine etiam in Scriptura [illegible] reperitur quod factus sit propter reparationem ange-

Strab'

[illegible] Aristoteles dicebat mundum [illegible] sensibilem ab eterno [illegible] tria principia: materiam [illegible] ex uno principio et de [illegible] alio principio [illegible] principium [illegible] ipsi.

[illegible] *Beda*

Augustinus

Bonorum nostrorum non eget. Unde etiam Iob: Quid prodest Deo si iustus fueris? aut si immaculata fuerit vita tua?

Nota [illegible]

Nota quod ad efficientem causam.

Nota ad causam finalem.

Nota in epistola ad Corinth. III

Ecc. x. lxx. ubi habetur ex ore altissimi

huius ruinae: quod non ita est intelligendum, quasi non fuisset homo factus si non peccasset angelus. Sed quia inter alias causas et haec praecipua exstitit etiam si nulla causa extiterit, sicut quidam sunt superiora et aequalia, ita etiam sunt inferiora, quae ad serviendum nobis facta.

Quare anima sit unita corpori.

Solet etiam quaeri, cum maioris dignitatis esse videretur anima si absque corpore permansisset, cur unita sit corpori. Ad quod primo dici potest quia deus voluit, et voluntatis eius causa quaerenda non est. Secundo autem potest dici, quod ideo deus voluit eam corpori uniri, ut in humana conditione ostenderet novum exemplum beatae unionis quae est inter deum et spiritum, in qua diligitur ex toto corde et videtur facie ad faciem. Poterat enim videri creaturae se non posse uniri creatori suo tanta propinquitate, ut eum tota mente diligeret et cognosceret, nisi videret spiritum qui est excellentissima creatura, tam infimae id est carni quae de terra est, tanta dilectione uniri, ut non valeat trahi ad hoc ut velit eam relinquere, sicut apostolus ostendit dicens: Nolumus corpore exspoliari, sed supervestiri. Per quod ostenditur spiritum creatum spiritui increato ineffabili amore uniri.

Pro exemplo ergo futurae societatis quae inter deum et spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat, animam corporeis indumentis et terrenis mansionibus copulavit, limumque materiam fecit ad vitae sensum vegetare, ut sciret homo quia si potuit deus tam disparem naturam corporis et animae in foederationem unam et in tam arctam amicitiam coniungere, nequaquam ei impossibile fuerit rationalis creaturae humilitatem, licet longe inferiorem, ad suae gloriae participationem sublimare. Quia ergo pro exemplo rationabilis spiritus inferius usque ad consortium terreni corporis humiliatus est, ne forte in hoc nimis depressus videretur, addidit dei providentia ut per modum eius eodem corpore glorificato ad consortium illorum qui in sua puritate permanserunt sublimaretur, ut quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatus. Sic ergo condidit deus rationales spiritus in varia sorte pro arbitrio voluntatis suae disponens: illis quos in sua puritate reliquerat sursum in caelo mansionem; illis vero quos corporibus terrenis sociavit deorsum in terra habitationem constituit, utrisque regulam imponens oboedientiae, quatenus et illi ab eo ubi erant non caderent, et isti ab eo ubi non erant ascenderent.

Creatio.

Fecit itaque deus hominem ex duplici substantia, corpus de terra fingens, animam vero de nihilo faciens. Ideo etiam unitae sunt animae corporibus ut illis famulantes praemium mererentur coronam.

Post sacramentum trinitatis de creatura spirituali agendum est primo de digniori, scilicet angelica.

Ex praemissis apparet rationalem creaturam in angelicam et humanam fuisse distinctam. Quarum altera tota est spiritualis, scilicet angelica; altera ex parte spiritualis, ex parte corporalis, id est humana. Cum itaque de his tractandum sit, de spirituali et corporali, de naturali et rationali, primo de rationali et spirituali, id est de angelica agendum videtur, ut a creaturis ad cognitionem creatoris dignioribus ratio incipiat; deinde ad considerationem corporeae tam illius quae rationalis est, scilicet humanae, quam illius quae est non rationalis descendatur, tantique creaturae spiritualis et corporeae concretorum atque contingentium sequatur documentum.

Quae consideranda sunt de angelis.

De angelica itaque natura haec primo consideranda sunt: quando creati angeli fuerunt, et ubi, et qualis facti dum primo conderentur; deinde qualis effecta aversione quorundam et conversione quorundam; de excellentia quoque et ordinibus et donorum distinctione et officiis ac nominibus aliisque pluribus, quae inquirenda sunt.

Quando facti sunt angeli primo die, in quo videntur sibi obviare auctoritates.

Quibusdam auctoritatibus videtur quod ante omnem creaturam creati sint angeli. Primo omnium creata est sapientia, quod intelligitur de angelica natura, quae in scriptura saepe vita, sapientia, lux dicitur. Nam sapientia illa quae deus est, creata non est; filius enim sapientia patris est, genita, non facta nec creata. Porro trinitas una sapientia est, quae nec facta nec creata est nec genita, sed procedens. De angelica ergo natura illud accipiendum est, de qua dicit scriptura quod facta est primo omnium. Sed rursus alia scriptura dicit: In principio creavit deus caelum et terram. Item propheta: Initio tu domine terram fundasti. ro. ma. ex hi. ca. Ex quo videtur quandam contrarietatem exoriri ex assertionibus istis. Illa si primo omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta videntur, et non prius ipsa facta videtur caelum et terra, et ipsa facta ante caelum et terram. Item si in principio creavit deus caelum et terram, nihil factum est ante caelum et terram, nec ipsa

Prima ratio

Secunda

ī creati. c.

h' epta. c.

h' q'a ad't. una p'r̄rat ... angeli.

D ii

sapientia facta est ante celum et terram. Cumque hec contraria videantur, nec in divina scriptura falsitas sit, sentiri aliquid oportet quod utrique conveniat. Requirunt enim intelligentiam sanam.

Quid sit tenendum docet premissas auctoritates determinantes.

Videtur itaque hoc esse tenendum, quod simul creata est spiritualis creatura, id est angelica, et corporalis, secundum quod accipitur illud Salomonis: Qui vivit in eternum creavit omnia simul, id est spiritualem et corporalem naturam. Non tamen prius tempore creati sunt angeli quam ulla corporalia. Ut illud Ecclesiastici: Primo omnium creata est sapientia, quod intelligitur non tempore, precedere tamen dignitate.

eccl. xviii

Quod simul facta sit corporalis et spiritualis creatura firmat Augustinus.

¶ Quod autem simul creata fuerit corporalis et spiritualis creatura, Augustinus super Genesim aperte ostendit, dicens: Per celum et terram spiritualem et corporalemque creaturam intelligit. Hec creata in principio temporis, vel in principio, quia primo facta sunt.

Quod nichil factum est ante celum et terram, nec in tempore, sed cum tempore creata sunt, sed nec tempore.

Ante que nichil factum est. Nec etiam tempus factum est ante spiritualem creaturam, scilicet angelicam, et ante corporalem, scilicet materiam illam elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, non ante tempus nec in tempore. Sicut nec tempus in tempore creatum est, quia non fuit tempus precedens quo celum et terra vel angeli fierent. Ut Augustinus in libro de trinitate dicit: Quod deus fuit dominus antequam esset tempus, et non ex tempore cepit esse dominus, qui fuit dominus temporis, quia non cepit esse tempus in tempore, quia non erat tempus antequam inciperet tempus.

Quod sunt cum tempore et cum mundo cepit corporalis et spiritualis creatura.

Simul ergo cum tempore facta est corporalis et spiritualis creatura, et sunt cum mundo, nec fuit ante angelica creatura quam mundus, ut ait Augustinus. Ista creatura omnium est ante secula, sic habetur ex quibusdam.

Ieronimus contradicere videtur, quasi angeli fuerint ante p.

Ieronimus tamen super epistolam ad Titum aliud videtur sentire, dicens: Sex milia necdum nostri temporis implentur annorum, et quantas prius eternitates, quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes ceterique ordines servierunt deo, absque temporum vicibus atque mensuris, et deo iubente substiterunt. His verbis quidam adherentes asserunt cum mundo cepisse tempus seculare, sed ante mundum extitisse tempus eternum sine mutabilitate, et ideo in mutabilitate et temporali aliquid angelos deo iubente substitisse, ea que fecisse. Nos autem quod prius dictum est approbamus, intelligentie nostre magis applicantes, salva tamen reverentia secretiorum, in quibus nichil temere asserendum est. Et illud Ieronimum dixisse non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo arbitramur.

Ubi angeli morati sunt cum creati fuere: in empireo. Scilicet quod statim factum angelis fuerit repletum.

Iam ostensum est quando creata fuit angelica natura. Nunc autem attendendum est ubi facta fuerit. Testimoniis quorumdam auctoritatum evidenter monstratur angelos ante casum fuisse in celo, et inde corruisse quosdam per superbiam, alios vero qui non peccaverunt ibi permansisse. Unde dominus in evangelio ait: Videbam Sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Nec appellatur hic celum firmamentum, quod secunda die factum est, sed celum splendidum, quod dicitur empireum, id est igneum a splendore, non a calore, quod statim factum angelis est repletum, quod est supra firmamentum. Et illud empireum quidam expositores sacre scripture nomine celi intelligi volunt, ubi scriptum est dicitur: In principio creavit deus celum et terram. Celum, inquit Strabus, non visibile firmamentum hic appellat, sed empireum, id est igneum vel intellectuale, quod non ab ardore sed a splendore dicitur, quod statim factum repletum est angelis. Unde cum me laudarent astra matutina etc. De hoc etiam Beda ait: Hoc superius celum, quod a volubilitate mundi secretum est, mox ut creatum est sanctis angelis repletum est, quos in principio cum celo et terra conditos testatur dominus dicens: Ubi eras cum me laudarent astra matutina et iubilarent omnes filii dei? Astra matutina et filios dei eosdem angelos vocat. Celum enim in quo posita sunt luminaria non in principio, sed secunda die factum est. ¶ Ex his liquet quod in empireo omnes angeli fuerunt ante quorumdam ruinam, simulque creati sunt angeli cum celo empireo et cum informi materia omnium corporalium.

Strabus.

Iob.

Beda.

Sapientia in iob.

Quod simul creata est visibilium rerum materia et invisibilium natura condita, et utraque informis fuit aliquo modo et formata. Fali qd.

Simul ergo visibilium rerum materia et invisibilium natura condita est, et utraque informis fuit et aliquo modo formata. Sicut corporalium materia confusa et permixta, que a grecis chaos dicta est, in illo exordio conditionis primarie formam confusionis habuit, non huius formam distinctionis et discretionis, qua postea formata atque distincta reperitur. Ita spiritualis et angelica natura in ipsa conditione secundum nature habitum formata fuit, et non illam qua postea per amorem et

prima materia: chaos, aqua, abyssus, terra

¶ Textus quod Aug. dicit contra docere scilicet; alii dicunt [illegible].

confusionem a creatore suo acceptura erant formam
non habitam, sed erat informis sine illa. Unde Augustinus multi-
pliciter exponens premissa verba Genesis per celum dicit
intelligi informem naturam spiritualis vite, sicut
in se potest existere, non conversa ad creatorem, unde forma-
tur; per terram: corporalem materiam sine omni qua-
litate, que apparuerit in materia formata. Quod indi-
Hic queri solet si in celo empyreo cat lucifer f. d.
fuerint angeli, quam statim facti sunt, quod iam ascendam
modo ut legitur in Ysaia dicit lucifer: in celum et ero
Ascendam in celum, exaltabo solium meum, similis altis-
et ero similis altissimo. Sed ubi celum vocat simo est
dei celsitudinem cui parificari volebat, esset
et esset tale: Ascendam in celum, id est ad equali- in celo.
tatem dei. Quales facti sunt angeli, iiii eis attribuun-

Ecce ostensum est ubi angeli fuerunt sc. in princi-
et mox ut creati sunt. Nunc consequens est pio sue
investigare quales facti fuerint in ipso primor- condi-
dio sue conditionis. Et quatuor quedam angelis in tionis
tionis attributa in initio subsistentie sue, scilicet es-
sentia simplex, id est indivisibilis et immaterialis; et dis-
cretio personalis; et per rationem naturalem insitam
intelligentia, memoria, et voluntas sive dilectio.
Liberum quoque arbitrium, id est liberam inclinande volun-
tatis sive ad bonum sive ad malum facultatem. Potuerunt
enim per liberum arbitrium sine violentia et coactio-
ne ad utrumlibet propria voluntate deflecti. Utrum omnes

Hic considerandum est utrum fuerint equales angeli in
in substantia spirituali et sapientia rationali essentia, sa-
et libertate arbitrii, que omnibus in- pientia, liber-
erant, omnes equales fuerint, ut sit prima tate ar-
consideratio de substantia, secunda de forma, tertia de po- bitrii
testate. Per sola quippe substantia est, sapientia for-
ma, arbitrium potestas. Ad subsistendum quid pa-
ret nature subtilitas, ad formam vero in-
telligentie perspicacitas, et ad potestatem volun-
tatis rationalis habilitas. Ille ergo essentie rationales
que persone erant, et ipse erant natura hic dicitur diffe-
et simplices ac vita immortales, differ- rentias fu-
rentiam essentie tenuitatem et differ- erunt in
rentiam sapientie perspicacitatem atque differ- illis
rentiam arbitrii habilitatem recte habuisse
intelliguntur. Sic in corporibus non nulla differen-
tia est secundum tenuitatem ac formam et pondus. Quod
enim aliis meliorem ac digniorem essentiam per similitu-
ac formam habent talia, aliis leviora dine corpo-
atque agiliora sunt. ¶ Ad hoc ille quomodo rum ost.

credendum est illas spirituales naturas con-
venientes sue puritati et excellentie, et in essentie
forma et in facultate diversitates accepisse in exordio
sue conditionis, quibus alii superiores, alii infe-
riores dei sapientia constituerentur, alii maiora,
alii minora dona perciperent, ut qui et nunc per
naturalia bona aliis excellebant, ipsi etiam post per
munera gratie eisdem preessent. Qui enim natura magis
subtiles et sapientia amplius perspicaces creati sunt,
hii etiam maioribus gratie muneribus prediti sunt
et dignitate excellentiores aliis constituti. Qui
vero natura minus subtiles et sapientia minus perspi-
caces conditi sunt, minora gratie dona habuerunt,
inferioresque constituti sunt, sapientia dei equo
moderamine cuncta ordinante. Secundum quod assignanda

¶ In ipsa facultate arbitrii differentia sit differentia fa-
animadvertenda est secundum differentie cultatis
nature virtutem et differentem cogni- arbitrii.
tionis et intelligentie vim. ¶ Et Quod minor tenu-
sicut differens vigor et subtilitas non itas non infirmi-
infirmitatem non adducit, minor tatem, nec minor
cognitio sapientie ignorantiam non ingerit, cognitio sapientie ig-
ita sic libertas inferior nullam norantiam, nec inferior lib-
arbitrio necessitatis volun- ertas necessitatem inducit.
tatem imponit.

Et sicut in predictis angeli differe- Que communia et
bant, ita et quedam communia eque equalia habuerunt
lia habebant, quia spirituales erant et quia indissolu- angeli.
biles et immortales erant, quod in omnibus equale
erat. In subtilitate vero essentie et intelligentia
sapientie et libertate voluntatis differentes erant,
quas discretiones intelligibiles invisibilium
naturarum ille solus comprehendere potuit et ponde-
rare, qui cuncta fecit in pondere, numero et mensura.

Illud etiam investigatione dignum Utrum boni vel mali creati
videtur, quod a pluribus queri solet: utrum iusti an iniusti
boni vel mali, iusti vel iniusti creati sint an- geli, et an ali-
geli, et an aliqua mora fuerit inter qua mora fuit
creationem et lapsum, vel sine mora in ipso inter creati-
creationis exordio ceciderint. ¶ Opinio quorundam non lap-
dicentium angelos in malitia creatos, et sine sum.
ulla mora ruisse. Putaverunt enim quidam ange-
los qui ceciderunt creatos esse malos, et non libero arbi-
trio in malitiam declinasse, sed in malitia a deo
factos esse, nec aliquantulum fuisse moram inter creatio-
nem et lapsum, sed ab initio apostatasse. Alios
vero creatos fuisse plene beatos. Qui opinionem

d·iii·

¶ Solutio

Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos et sine mora ruisse scilicet gratia s.

suam minuunt auctoritatem. Aug. super Gen. ad litteram: Non frustra putari potest ab initio temporis diabolum cecidisse, nec cum sanctis angelis pacatum aliquando vixisse et beatum, sed mox a suo auctore apostatasse. Unde dominus ait: Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit, ut intelligamus et quod in veritate non stetit ex quo creatus est, qui staret si stare voluisset.

Aug. Item in eodem: Non frustra inquit putandum est ab ipso initio temporis conditionis sue diabolum cecidisse nec unquam in veritate stetisse. Unde quidam in hanc malitiam libero arbitrio non esse flexum, sed in hac conditionis sue putantur esse creatum, sed illud beati Iob: hoc est inquit initium figmenti domini quod fecit deus ut illudatur ei ab angelis eius. Super hoc ait:

Aug. Draco iste quem formasti ad illudendum ei, tamquam primo factus sit malus invidus et diabolus nec voluntate depravatus. ¶ Hiis aliisque testimoniis nituntur qui dicunt angelos qui ceciderunt creatos fuisse malos et sine mora corruisse, eos vero qui perstiterunt perfectos et beatos fore creatos. Astruunt auctoritate Augustini qui super Gen. dicit per celum significari creaturam spiritualem que ab exordio quo facta est et perfecta et beata est semper. Alia sententia quorundam

Aliis autem videtur omnes angelos creatos bonos esse et in ipso creationis primordio bonos extitisse, id est sine vitio, iustos quoque fuisse, id est innocentes, sed non iustos, id est virtutum exercitio preditos. Non enim omnes potentes erant virtutibus que statim apposite fuerunt in confirmatione per gratiam. Aliis per liberum arbitrium superbientibus ceciderunt, aliquam tamen fuisse morulam aiunt inter creationem et lapsum et confirmationem. In illa brevitate temporis omnes boni erant, non quidem per usum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium. Et tales erant qui stare poterant et cadere: per bona creationis stare et cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare et non peccare, sed non poterant proficere ad meritum vite nisi gratia superaddita, que addita est quibusdam in confirmatione. Et ad hoc astruendum inducunt auctoritatem testimonio Augustini, qui super Gen. dicit angelicam naturam primo informiter creatam et celum dictam, postea formatam et lucem appellatam quando ad creatorem est conversa per sui dilectionem ei inherens. Unde prius dictum est: In principio creavit deus celum et terram, et postea subditum dixit deus: Fiat lux, et facta est lux, et primo angelice nature spiritualis nature informitas, postea de formatione eiusdem.

dicit omnes angelos creatos esse bonos et aliquam fuisse morulam inter creationem et lapsum.

¶ Ratio que obviat illis qui dicunt angelos creatos fuisse malos. Non enim potuit creator optimus auctor mali esse; ipso creante bonum erat quod ex ipso ille erat, et totum bonum erat quod ex ipso creatum erat. Hoc modo probatur quod boni erant omnes angeli cum primo facti sunt, sed ea bonitate qua natura incipiens acceperat.

Ratione id astruit.

Ubi eandem

Inde etiam Aug. exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuisse malos putant, auctoritate et ratione probat bonos fuisse creatos, et verba premissa beati Iob que illi pro se inducebant quomodo sint intelligenda aperte tradit, dicens super Gen.: Omnia inquit fecit deus valde bona; naturam quoque angelorum bonam fecit. Sed quia iniustum est ut nullo merito damnet in aliquo quod creavit deus, damnet vel naturam vel voluntatem malam puniendam esse credendum est. Nec enim naturam ligatam esse cum dicitur: Hoc est initium figmenti domini etc., sed corpus aereum quod tali voluntati aptavit deus, vel ipsam ordinationem dei in qua eum etiam invitum fecit utilem bonis, vel ipsi angeli facti sunt, quia et si presciret deus voluntate malum futurum, fecit tamen eum providens quanta de illo sua bonitate esset facturus. Figmentum quoque domini dicitur quia eum fecit deus cum voluntate malum futurum ut bonis noceret. Creavit tamen illum ut de illo bonis prodesset; hoc autem fecit ut illudatur ei. Illuditur enim cum ei per sanctos proficit temptatio eius, sicut et mali homines quos deus malos futuros esse previdens creavit tamen ad sanctorum utilitatem. Illuduntur cum per illos sancti de temptatione proficiunt. Sed ipse diabolus initium quia precedit antiquitate et principatu malitie. Vel illusio fit angelis malis et hominibus per angelos sanctos, quia subduntur eis angelos malos et homines malos, ut sicut iam incipiunt, sic quantum sinuntur possint. ¶ Ecce aperte ostendit qualiter predicta verba Iob intelligenda sint, et angelicam naturam bonam creatam asserit.

augusti. esse illos bonos creatos, qui dicit angelos creatos malos, verba Iob determinant, que illi pro se inducebant.

Hoc primo

Quomodo intelligenda sint verba domini premissa.

Deinde qualiter verba domini in evangelio que supra posuit accipienda sint aperte insinuat, et etiam illa que post verba determinat, evidenter docens angelos fuisse creatos bonos et post

Aug. discretio est dicit et demum angelos esse creatos bonos et post creationem cecidisse.

ꝭ. ille homicida erat ꝭc.

ationem interposita aliqua morula cecidisse. Ita inquiens accipi potest: diabolus numquam in veritate stetisse, numquam beatam vitam duxisse, sed ab initio cecidisse. Ut sic accipiendum est ut malus non bonus creatus esse putetur, quia ab initio non cecidisse dicitur. Non enim cecidit si talis factus est. Sed factus, statim a luce veritatis se avertit, superbia tumidus et propria potestate delectatus. Unde beatae vitae dulcedinem non gustavit, quam acceptam non fastidivit, sed nolendo accipere amisit. Sui ergo casus praescius esse non potuit, quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem ut factus est cecidit, non a luce quam acceperat, sed quam acciperet si deo subdi voluisset. ¶ Ecce hic aperte declarat angelos creatos bonos, et post creationem cecidisse, et fuisse ibi aliquam morulam, licet brevissimam. Quod etiam confirmat super Ezechielem dicens: Serpens hostis contrarius veritati, non statim a principio in statum suum super pectus ambulavit, et ventrem suum, sicut Adam et Eva non statim peccaverunt. Ita et serpens angelus, non serpens cum in paradiso deliciarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit. ¶ Ecce aperte dicit post creationem interposita morula cecidisse. Ideoque illud illius sic accipiendum, ut homicida esse dicatur ab initio et mendax, id est statim post initium, quando sibi aequalitatem dei promisit, et superbus cecidit. Quia homo dicitur in evangelio nec in veritate stetit, quia in ea non fuit, sed ab initio temporis, id est statim post initium temporis apostatavit. Potest etiam sic accipi illud: ab initio homicida fuit et mendax, id est ex quo homo conditus fuit, quem per invidiam in mortem praecipitavit et fallacia seduxit. Ex praedictis igitur liquet angelos omnes bonos esse creatos, et post creationem quosdam cecidisse a bono quod habuissent, superbientes.

Quod triplex fuit angelis sapientia ante casum et confirmationem

Hic inquiri solet cuiusmodi sapientiam habuerint ante casum vel confirmationem. Fuit illis in eis triplex cognitio: sciebant quod facti erant, et a quo facti erant, et cum quo facti erant, et habebant aliquam boni et mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respuendum esset.

An aliquam dei habuerint dilectionem vel sui invicem

Solet etiam quaeri utrum aliquam dei vel sui vel sui invicem dilectionem habuerint. Ad quod dici potest quia naturalem dilectionem habebant, memoriam, intellectum, ingenium, quibus deum et se aliquatenus diligebant, per quam tamen non sic innotuerunt.

An perfecti et beati creati sint angeli, an miseri vel imperfecti

Di. iiii.

Post haec videndum est iterum utrum perfectos et beatos creaverit deus angelos, an miseros et imperfectos. Ad quod dici potest quia nec in beatitudine nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt, quia ex peccato miseria est. Nam si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoque numquam fuerunt illi qui ceciderunt, quia sui eventus ignari fuerunt, et peccati et supplicii futuri. Si enim lapsum suum praescierunt, aut vitare voluerunt sed non potuerunt, et ita erant miseri; aut potuerunt sed noluerunt, et ita erant stulti et maligni. ¶ Ideoque dicimus quia non fuerunt praescii eventus sui, nec eis data est cognitio eorum quae futura erant circa eos. Boni vero qui perstiterunt forte suae beatitudinis praescii fuerunt. Unde Augustinus super Genesim: Quomodo, inquit, beatus inter angelos fuit qui futuri peccati atque supplicii praescius non fuit? ¶ Quaeritur autem cur non fuerit praescius. Noluit deus illi diabolo revelare quid facturus vel passurus esset; ceteris revelare voluit quod in veritate mansuri essent. Hic videtur Augustinus significare quod angeli qui corruerunt non fuerint praescii sui casus, ideoque beati non fuerint, et quod angeli qui perstiterunt beatitudinem sibi ascriptam praesciverunt, atque de ea certi esse crediderunt, et quodammodo iam beati erant. Et revera si ita fuisset, posset dici alios aliquo modo fuisse beatos, alios vero non, qui nescierunt eventum suum.

Quod opinando dixit non asserendo, scilicet

Sed hoc magis opinando et inquirendo dicit Augustinus quam asserendo. Unde huic opinioni opponentes se aiunt: angeli qui perstiterunt praescii fuerunt

Sic quaeri solet, sed discerni debent illi a ceteris, ut deus illis quidem ad quos pertinebat revelaret, aliis vero non revelaret. Cum non sit prius ipse ultor quam aliquis peccator, non vult damnare ipse innocentes. Sic enim videtur inveniri quod non peccaturis futurum malum nec permansuris futurum bonum revelaverit. Ideoque nec illi qui ceciderunt ante casum, nec illi qui perstiterunt usque ad consummationem beati fuerunt, quia beati esse non poterant si de beatitudine certi non erant, vel si damnationis incerti erant. Unde Augustinus in eodem: Dicere, inquit, de angelis quod in suo genere beati esse possunt damnationis vel salutis incerti, nec spes esset quod mutandi essent in melius, nimia praesumptio est. Quomodo enim beati esse possunt

a vi fuerit . i . innocentes
bona collectione

Summa colligitur predictis

quibus est incerta sua beatitudo. affirmans de ange-
Ex predictis consequitur quod angeli qui lis an confirmatione
corruerunt nunquam beati fuerunt nisi vel lapsum non fuisse
beatitudinem aliquis accipiat illum beatos. si quis ac-
statum innocentie in quo fuerunt ante cipiat illum statum
peccatum. Illi vero qui perstiterunt aut sua innocentie beati-
beatitudinem futuram deo revelante presciebant tudinem. item
et ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt. vel non fuisse
certi extiterunt sue beatitudinis. et ita aliter ante ca-
beati non fuerunt quam reliqui qui ceciderunt. quod lis.
autem quod postea dictum est probabilius videtur. Responsio ad id quod
Ad hoc autem quod querebatur utrum querebatur an angeli
perfecti vel imperfecti fuerint creati, creati sunt perfecti an
dici potest quod quodam modo perfecti imperfecti. id est quod perfecti
fuerunt et quodam alio imperfecti. Non fuerint secundum
enim uno modo dicitur aliquid per- aliquid.
fectum sed pluribus. Quot modis dicatur perfectum secundum tempus.
Dicitur namque perfectum tribus modis. perfectum, uni-
Est enim perfectum secundum tempus, et perfectum secundum versale
naturam, et universaliter perfectum. Secundum tempus perfectum.
perfectum est quod habet quicquid tempus requirit
exigente pro tempore habere. Et hoc modo erant angeli per-
fecti ante confirmationem vel lapsum. Secundum na-
turam perfectum est quod habet quicquid debitum est ad decorem
nature sue ad glorificationem. Et hoc modo perfecti fue-
runt angeli post confirmationem, et erit homo post
resurrectionem. Universaliter vero perfectum est cui
nichil unquam deest, et a quo universa perveniunt
bona, quod est solus deus. Prima ergo perfectio est
nature conditio. Secunda nature glorificatio. Ter-
tia nature increate. Qualia fuerint angeli ad eorum crea-
Quales fuerunt angeli in creatione tionem fuerint angeli.
ostensum est, boni scilicet non mali, in aversione et
et iusti id est innocentes, et perfecti quodammodo, aversio
alio vero imperfecti. Beati vero non fuerunt usque ad con- ne
firmationem, nisi beatitudo accipiatur ita ut eadem
sit que status innocentie et bonitatis in quo
conditi sunt. De aversione et conversione confirmatione

Post hec considerandum adducitur in quem statum et qua-
lem tandem quales effecti sunt. Dividuntur enim sione vel lapsu
per aversionem et conversionem. Post creationem cadentium
namque mox quidam conversi sunt ad creatorem
suum, quidam aversi. Conversio ad deum fuit dili-
gere et adherere ei, aversio odio habere et invidere. Invidie
namque mater est superbia, qua voluerunt se parifica-
re deo. Sed conversi sunt in speculo eterne lucis accepti dei
sapientie qua illuminati sunt. Aversi vero excecati
sunt. Illi quidem conversi sunt et illuminati adhibita
gratia apposita. Isti vero sunt excecati

non immissione malitie sed desertione gratie qua
deserti sunt. Non tamen quod prius data subtraheretur, sed
quod numquam est apposita ut converterentur. Hec est ergo
conversio et aversio qua divisi sunt, qui natura boni
erant, ut sint alii super illud bonum per iustitiam boni,
alii illo corrupti per culpam mali. Conversio
iustos fecit, aversio iniustos. Utraque fuit volun-
tatis, et voluntas utrorumque libertatis. De libero arbitrio
Habebant enim omnes libertatem quia liberum angelis de-
Hoc est libera facultas et habilitas voluntatis. certis quod
rationis. Poterant enim voluntate eligere quod est
libet, et ratione iudicare et discernere. In quibus
consistit libertas. Nec coacti sunt volentes
aut contra, sed habiles ad volendum hoc vel il-
lud. Et secundum motionem spontaneam voluntate alii ele-
gerunt malum, alii bonum. Et ita discrevit deus lu-
cem a tenebris, sicut dicit scriptura, id est bonos
angelos a malis, et lucem appellavit diem,
tenebras vero noctem, quia bonos angelos gratia sua
illuminavit, malos vero excecavit. Si in conversione
Si autem queritur utrum post creationem aliquid angelis
conversis aliquid collatum sit per quod conver-
terentur, id est diligerent deum vel diligere inciperent, quod
quod est eis collata gratia cooperante, sine nisi angelis,
qua non poterant proficere, ut dicit Augustinus ad me, gratia coo-
perantem. Cadere enim per se potuerunt, sed proficere non per se parti.
sine gratia adiuvante. Qua gratia indigebat an-
Non indigebat angelus gratia gelus. et quia non.
qua iustificaretur, quia malus non
erat, sed qua ad diligendum deum per-
fecte et obediendum adiuvaretur. Ope-
rans quidem gratia dicitur qua iustificatur
impius, ut fit de malo bonus.
Cooperans vero qua adiuvatur Quod sit gratia operans
ad bonum volendum et efficiendum. Dicitur operans et coo-
omnibus diligendo et cooperando bona ... cooperans.
proveniendo in bono, de quibus plenius in sequenti
diremus. Data est ergo angelis qui persti-
terunt cooperans gratia, per quam conversi sunt
ut deum perfecte diligerent. Conversi sunt ergo
a bono quod habebant non per gratiam ad maius bonum
quod non habebant. Et est facta ea conversio per gratiam
cooperantem libero arbitrio, que gratia aliis
qui ceciderunt apposita non fuit. An sic impu-
deo quia aquile damnationem solet non tandum est
esse imputandum illis qui aversi quod aversi sunt
sunt, non conversi, quia sine gratia cooperante.

55

[illegible] innocentes

natura

sicut in Genesi.

Sed non illuminavit

Opera facilius est delinquere quam bene agere

Hec que gratia operans vite bona et cooperans ut bona
xxvi d.

emendo
lapsu

Sed
gloria
finale

est non apposita

non poterant. Sed illa non est eis data, nec culpa illorum fuit quod non est data, quia in eis nulla culpa adhuc precesserat. Sed dici potest quod gratia quibus apposita est, ipsa gratia fuit ex meritis eorum. Aliorum quoque [illegible] sic et merito quod decet [illegible] gratia non datur.

a

Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt.

Quod vero aliis non est data, culpa eorum fuit, quia cum stare possent, noluerunt quousque gratia apponeretur, sicut alii perstiterunt, donec illis cadentibus per superhabundantem gratiam eis apposita est. Aperte ergo cadentium culpa in his deprehendi potest. Liquet sine gratia nec remanere perfecte quod residuum acceperunt, per id videlicet quod eis collatum erat in creatione poterant non cadere, id est stare, quia nichil erat quod ad casum eos impelleret; sed sua spontanea voluntate declinaverunt. Quod si non fecissent, quod datum est aliis, utique daretur et illis.

Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuere. Si autem meruerunt per gratiam sibi datam ambiguum est.

b

questiones due

Hic queri solet utrum in ipsa confirmatione beati fuerint angeli, et an ipsam beatitudinem aliquo modo meruerint. Quod in ipsa confirmatione beati fuerint, plures testantur auctoritates, unde pro constanti habendum est.

De hoc enim diversi diversa sentiunt.

Utrum vero per gratiam sibi tunc datam ipsam beatitudinem meruerint, ambiguum est. Quibusdam enim placet quod eam meruerint per gratiam quam in confirmatione acceperunt, simulque in eis meritum et premium fuisse dicunt, nec meritum precessisse premium tempore, sed causa. Aliis autem videtur quod beatitudinem quam receperunt in confirmatione per gratiam tunc appositam non meruerint, dicentes tunc non fuisse eis collatam gratiam ad merendum, sed ad beate vivendum. Et tunc eis datum esse bonum, non quo mererentur, sed quo feliciter fruerentur. Quod autem tunc in premissa acceperunt, per obsequia nobis exhibita et deo obedientiam et reverentiam mereri dicunt, ita premium precessit meritum. Et istis magis placere fateor.

¶ Scilicet quod angelis stantibus meritum fuit [illegible] fuisse in deum.

Quod de maioribus et minoribus quidam ceciderunt, inter quos unus fuit celsior, scilicet Lucifer.

Preterea sciri oportet quia sicut de maioribus et minoribus quidam ceciderunt, quidam perstiterunt, ita de utroque gradu quidam corruerunt, inter quos unus fuit ceteris omnibus aliis cadentibus excellentior, nec inter stantes aliquis eo fuit dignior, sicut testimoniis auctoritatum monstratur. Ait enim Iob: Ipse principium viarum dei; et in Ezechiele legitur:

xl. Iob

¶ Scilicet principium inter opera dei, quia primum dominus opera eius fecit.

¶ Ymago ad naturalia. Similitudo ad gratuita.

Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore, in deliciis paradisi dei fuisti; quod Gregorius exponens ait: Quanto in eo subtilior est natura, eo magis in illo imago dei similis insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur: Omnis lapis preciosus operimentum eius, id est omnis angelus quasi operimentum erat, quia ut dicit Gregorius, in aliorum comparatione ceteris clarior fuit. Unde et vocatus est Lucifer, sicut testatur Ysaias: Quomodo, inquit, cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris etc. Qui non ut ordinis, sed unius persona accipiendus est. Unde teste Ysidoro, postquam creatus est, eminentiam nature et profunditatem scientie sue perpendens, in superbiam intumuit, quod etiam deo se equare voluit, ut in Ysaia dicitur: In celum ascendam, super astra celi exaltabo solium meum, et ero similis altissimo. Similis quidem deo esse voluit, non per imitationem, sed per equalitatem potentie.

In Ezechiele.

In Ezech.

¶ Scilicet ipsi tempori.

¶ i. ad excellentiam [illegible]

Unde et quo deiectus fuerit merito sue superbie.

Et tante superbie merito de celo, id est de empyreo, in quo cum aliis fuerat, deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus suis fautoribus. Nam ut ait Iohannes in Apocalypsi: Draco de celo cadens secum traxit terciam partem stellarum, quia Lucifer ille aliis maior non solus cecidit, sed cum eo alii multi qui ei in malicia consenserunt, eos quoque cadentes huius caliginosi aeris habitaculum excepit. Et hoc ad nostram probationem factum est, ut sit nobis exercitationis causa. Unde apostolus: Colluctatio est nobis adversus principes et potestates mundi huius et adversus rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitie in celestibus, quia demones qui sunt spirituales et nequam in hoc caliginoso aere nobis propinquo, quod celum appellatur, habitant. Unde et diabolus princeps aeris dicitur.

¶ i. Lucifer. ¶ i. magni

¶ i. demones

¶ i. non demones [illegible]

Quare non est eis concessum habitare in celo vel in terra.

Non est concessum eis habitare in celo, quia clarus locus est et amenus, nec in terra nobiscum, ne homines nimium infestarent. Sed iuxta apostoli Petri doctrinam, in scriptura canonica traditam, in aere isto caliginoso, qui eis quasi carcer usque ad tempus iudicii deputatus est; tunc autem detrudentur in baratrum inferni secundum illud: Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.

Quod demones alii aliis presunt, et habent prelationes.

Et sicut inter bonos angelos

Hec est similitudo non imitacionis, sed equalitatis;
per hanc ultimam voluit esse equalis deo.

alii aliis praesunt, ita inter malos alii aliis praelati sunt, alii aliis subiecti. Quamdiu enim durat mundus, angeli angelis et homines hominibus et demones demonibus praesunt. Sed in futuro omnis evacuabitur praelatio, ut docet Apostolus. Hoc quoque secundum modum scientiae maioris vel minoris posuit alias maiores vel minores. Quidam enim uni provinciae assignati sunt, et aliqui singuli vitio praesunt, unde dicitur spiritus superbiae, spiritus luxuriae et huiusmodi, ex illo vitio in quo maxime possunt homines temptare, a quo nominantur. Unde etiam quod nomine demonis divitiae vocantur, scilicet mammona. Est enim mammona nomen demonis, quo nomine vocantur divitiae secundum Syram linguam. Hoc autem non ideo est quod diabolus in potestate habeat dare vel auferre divitias cui velit, sed quia eis utitur ad hominum temptationem et deceptionem.

Quoniam demones sunt in hoc aere caliginoso et aliqui sunt in inferno.

Solet autem quaeri utrum omnes in hoc aere caliginoso sint, an aliqui eorum sint in inferno. Quod in infernum cotidie descendat aliquis demonum, verisimile est, qui animas illuc cruciandas deducunt. Sed quod illic aliqui semper sint, alternatim forte vicibus, non improbabile est, qui illuc animas detinent atque cruciant. Quod autem animae malorum illuc descendant atque ibi puniantur, ex eo constat quod Christus ad inferos descendit et electos qui ibi tenebantur eduxit. Si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniusti. Et sicut testantur auctoritates, cum electos eduxit, iniquos ibi reliquit; momordit enim infernum, non absorbuit.

Quidam putant luciferum in inferno religatum ex quo temptavit Christum, vel etiam quando dicitur primo hominem temptasse.

Luciferum autem quidam opinantur quod ibi religatus sit et non accedere ad nos temptandos, nec habeat tunc accessum. Quia in Apocalypsi legitur: Cum autem consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas de carcere suo et exiet et seducet gentes; quod erit in novissimo tempore Antichristi, qui erit tantae persecutionis ut etiam, si fieri potest, moveat electos. Quem ibi religatum dicunt ab eo tempore quo temptavit Christum in deserto vel in passione, et victus est ab eo. Sed hi putant primum hominem temptasse et vicisse, et a Domino Christo victum et ideo in inferno religatum. Alii ex quo cecidit. Alii autem putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine illuc fuisse dimersum.

Ubi dicunt sum.

Quod lucifer non habet potestatem quam habebit tempore Antichristi.

Sed sive in infernum dicatur missus sit sive non, credendum est eum non habere facultatem accedendi ad nos, quam habebit tempore Antichristi, in quo tam fraudulenter ac violenter operabitur, unde forte dicitur tunc solvendus, quia tunc dabitur ei tanta potestas temptandi homines, quanta modo non habet.

Quod demones a sanctis victi non accedunt amplius ad illos.

Aliud quoque quod a sanctis iuste et pudice viventibus vincuntur, potestas aufertur eis temptandi vel ad illum vel ad alium. Unde Origenes: Puto sanctos repugnantes adversus istos incentores peccati et vincentes minuere exercitum demonum, velut si plurimos eorum interficiant; nec ultra licet illi spiritui qui ab aliquo sancto caste et pudice vivendo victus est, impugnare iterum alium hominem. Hoc autem quidam putant intelligendum tantum de illo vitio in quo superatus est, ut si de superbia aliquem victus sit temptans, non ulterius liceat ei vel illum vel alium de superbia temptare.

Quod boni angeli adeo sunt confirmati per gratiam ut peccare non possint, et mali obdurati in malo ut bene vivere nequeant.

Supra dictum est quod angeli qui perstiterunt per gratiam confirmati sunt, et qui ceciderunt a gratia deserti sunt; et boni quidem ita confirmati sunt per gratiam quod peccare nequeunt, mali vero per malitiam adeo sunt obstinati quod bonam voluntatem habere sive bonum velle non valeant, vel si bonum sit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod Deus vult fieri, et illud utique bonum est et iustum fieri; nec tamen bona voluntate illud volunt, nec bene illud volunt.

Quod utrique liberum arbitrium habent, non tamen ad utrumque flecti possunt.

Sed cum nec boni peccare possint nec mali bene velle vel bene operari, videtur quod iam non habeant liberum arbitrium, quia in utramque partem flecti non possunt, cum liberum arbitrium ad utrumque se habeat. Unde Ieronimus in tractatu de prodigo filio dicit: Solus Deus est in quem peccatum cadere non potest; cetera vero cum sint liberi arbitrii, in utramque partem flecti possunt. Hic videtur dicere quod omnis creatura libero arbitrio constituta potest flecti et ad bonum et ad malum. Quod si est, ergo et boni et mali angeli ad utrumque flecti possunt; ergo et boni possunt fieri mali et mali boni. Ad quod dicimus quod boni angeli ita gratia confirmati sunt ut non queant fieri mali, et mali adeo in malitia obdurati sunt ut non valeant fieri boni, et tamen utrique habent liberum arbitrium, quia et boni non aliqua cogente necessitate, sed propria ac spontanea voluntate per gratiam quidem adiuti bonum eligunt, et ma-

Item glosa dicit super librum regum diversa(?) [illegible]

d. vii.

Iero.

Non ergo habent angeli boni et mali [illegible]

liberum arbitrium
liberatum — angeli
captivum — demonum
liberum mere — dei

lunt despectum. Et mali similiter spontaneaque voluntate agunt ad deteriora; bonum vitant et malum sectantur. Habent mali liberum arbitrium, sed depressum atque corruptum, quo surgere ad bonum non valent.

Quod boni post confirmationem liberius habent arbitrium quam ante.

Boni vero arbitrium habent multo liberius post confirmationem quam ante habuerint. Ut enim Augustinus tradit in Enchiridion: Non ideo carent libero arbitrio quia male velle non possunt. Multo quippe liberius est arbitrium quod non potest servire peccato. Neque culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, ut esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam velle possimus. Non possunt ergo boni angeli velle malum vel velle esse miseri. Neque hoc habent ex natura, sed gratie beneficio. Ante gratie vero confirmationem potuerunt peccare angeli, et quidam etiam peccaverunt et demones facti sunt. Unde Augustinus in libro contra Maximinum: Creaturam nature celestium mori potuisse, quia peccare potuit. Nam et angeli peccaverunt et demones facti sunt, quorum diabolus est princeps, et qui non peccaverunt peccare potuerunt; et cuicumque creature rationali prestatur ut peccare non possit, non est hoc nature proprie, sed Dei gratie. Ideoque solus Deus est qui non gratia cuiusquam, sed natura sua nec potuit nec potest nec poterit peccare. Ecce hic insinuatur quod angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationem non possunt; et quod potuerunt, fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale; quod vero modo non possunt peccare, non est eis ex natura vel ex libero arbitrio, sed ex gratia. Ex gratia enim est ut ipsum liberum arbitrium sic non possit peccato servire.

[illegible] peccare non potuit fuit gratie non nature.

Quod post confirmationem angeli non possunt peccare et non sicut ante, nec quod sit debilitatum eorum arbitrium sed confirmatum.

Non ergo post confirmationem angeli de natura sua peccare possunt: non quod liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiam, sed ita potius confirmatum, ut iam per illud non possit bonus angelus peccare; quod utique non est ex ipso libero arbitrio, sed ex gratia Dei.

Aperte quidem dicta verba sunt intelligenda.

Quod ergo Ieronimus ait: Cetera, cum sint liberi arbitrii, possunt flecti in utrumque, quod partem accipi oportet secundum statum quo creata sunt intelligendum est. Talis enim et homo et angelus creatus est, qui ad utrumque flecti poterat. Sed postea boni angeli per gratiam ita sunt confirmati ut peccare non possint, et mali ita in malitia vitio obdurati, ut bonum velle nequeant.

Eodem modo intelligendum est [illegible] id.

Similiter etiam illud Ysidori intelligendum est: Angeli mutabiles sunt natura, immutabiles sunt gratia. Quia enim per naturam conditionis sue mutari potuerunt ad bonum sive ad malum, sed per gratiam alii in bono alii in malo confirmati, immutabiles dicti sunt, ut iam mutari nequeant; ideoque eorum repugnat gratie, non nature.

Quod mali angeli vivacem sensum non amiserunt, et quibus modis sciant.

Et licet mali angeli ita per malitiam obcecati sint et obdurati, vivaci tamen sensu non penitus privati sunt. Nam, ut tradit Ysidorus, triplici acumine scientie vigent demones, scilicet subtilitate nature, experientia temporum, revelatione superiorum spirituum. De hoc etiam Augustinus ait: Spiritus mali quedam vera de temporalibus rebus noscere permittuntur, partim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores propter tam magnam longitudinem vite, partim sanctis angelis que ipsi ab omnipotenti Deo discunt iussu eius sibi revelantibus; aliquando autem eidem nefandi spiritus, que facturi sunt, velut divinando predicunt.

[illegible]

Quod magice artes virtute et scientia diaboli valent, que tamen scientia et virtus a Deo est ad fallendum malos vel ad monendum vel ad exercendos bonos.

Quorum scientia atque virtute etiam magice artes exercentur. Quibus enim tam scientia quam potestas a Deo data est vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam probandamque iustorum patientiam. Unde Augustinus in libro de Trinitate: Video, inquit, infirme cogitationi quid possit occurrere, cur scilicet miracula etiam magicis artibus fiant. Nam et magi Pharaonis serpentes fecerunt et alia similiter. Sed illud amplius admirandum, quomodo magorum potentia, que serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas ventum est, omnino defecit. Qua tertia plaga Egyptus cedebatur. Ubi certe defecerunt magi dicentes: Digitus Dei est hic. Unde datur intelligi nec ipsos quidem transgressores angelos et aerias potestates, in istam imam caliginem tamquam in sui generis carcerem ab illius sublimis etheree puritatis habitatione detrusos, per quos magice artes possunt quicquid possunt, valere aliquid nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallendos fallaces, sicut in Egyptios et in ipsos etiam magos data est, ut in eorum spirituum operatione viderentur admirandi a quibus fiebant dampnandi; vel ad monendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent; vel propter quod etiam nobis in Scriptura sunt prodita. Vel

Virgas [illegible] serpentes [illegible] et ranas fecerunt [illegible] tertio signo defecerunt [illegible] que fuit signi tertie plage. [illegible] ad pervertendam prolem Adam, vel ad manifestandam eorum potentiam.

Quod transgressoribus angelis inservit ad nutum materia rerum visibilium.

Nec putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, a quo haec potestas datur, quantum incommutabilis iudicat.

Quod non sunt creatores, licet per eos magi ranas et alia fecerunt. Solutio.

Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt, quia per illos magi ranas et serpentes fecerunt. Non enim eas ipsi creaverunt. Omnium quippe rerum quae corporaliter visibiliterque nascuntur, occulta quaedam semina in corporeis mundi huius elementis latent, quae Deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator omnium rerum est, qui creator est invisibilium seminum. Quia quaecumque nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi huiusmodi primordia, et incrementa debitae magnitudinis distinctionesque formarum ab originalibus tamquam regulis sumunt.

Sic parentes dicuntur creatores, nec agricolae frugum, ita nec angeli.

Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamvis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda Dei virtus interius operetur, ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus et corporis semina istarum rerum nobis occultiora noverunt, et ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt, atque ita gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum praebent occasiones. Sed nec boni hoc nisi quantum Deus sinit, nec mali haec iniuste faciunt, nisi quantum iuste ipse permittit. Nam iniquus malitia sua voluntatem suam habet iniustam, potestatem autem non iniuste accipit, sive ad suam poenam, sive ad aliorum vel poenam malorum vel laudem bonorum.

Iniquus habet a se malam voluntatem, a Deo vero iustam potestatem accipit.

Sicut iustificationes et creationes per se solus Deus operatur.

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, praedicare autem extrinsecus evangelium etiam homines possunt, non solum boni per veritatem, sed et mali per occasionem, ita creationem rerum visibilium Deus interius operatur; exteriores autem operationes atque [illegible] sive occasiones ab angelis tam bonis quam malis vel etiam hominibus adhibentur. Sed hoc ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quanto desunt eis sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Unde quibuscumque angelis vicinas causas ab elementis contrahere, quanto facilius est, tanto mirabiliores sunt in huiusmodi operibus eorum celeritates. Sed non est creator nisi qui principaliter ista format, nec quisquam hoc potest nisi unus creator. Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere ac ministrare creaturam, quod qui facit solus creator Deus est; aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admovere, ut tunc vel tunc, sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt, sed acceptis opportunitatibus prodeunt.

Quod angeli mali multa per se possunt quae non possunt per Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, et quaedam permittuntur.

Illud quoque sciendum est, quod angeli mali quaedam possunt per naturae subtilitatem, quae tamen non possunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur ista facere a Deo vel a bonis angelis. Possent utique fecisse sciniphes qui ranas serpentesque fecerunt; quaedam vero non possunt facere, etiam si permittantur ab angelis superioribus, quia non permittit Deus.

Quod non potuerunt facere sciniphes qui ranas et serpentes fecerunt.

Unde Augustinus in libro III de Trinitate: Au. Ex ineffabili potentatu Dei fit, ut quod possent mali angeli si permitterentur, ideo non possunt, quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio cur non potuerunt facere sciniphes qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum Sanctum, quia magi confessi sunt dicentes: Digitus Dei est hic. Quid autem per naturam possint, nec possint per prohibitionem, et quid per ipsius naturae suae conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, immo impossibile. Novimus hominem posse ambulare, et nec hoc posse si non permittitur; volare autem non posse, etiam si permittatur. Au. Sic et illi angeli quaedam possunt facere, si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio Dei; quaedam autem non possunt, etiam si ab eis permittantur, quia ille non permittit a quo illis est talis naturae modus, qui etiam per angelos suos illa plerumque non permittit quae concessit ut possint.

exo. viii.

xviij

.Qo. Solet etiam in quaestione versari apud doctores, utrum angeli omnes, boni scilicet ac mali, corporei sint, id est corpora habeant sibi unita. .opi. Quod aliqui putant etiam Augustinum sensisse, ubi dicere videtur quod angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpora aerea habuerunt, de puriore ac superiore aeris parte formata, ad faciendum habilia, non ad patiendum; et angelis bonis qui perstiterunt talia conservata sunt corpora, ut in eis possint facere et non pati; quae tantae sunt tenuitatis, ut a mortalibus videri non valeant, nisi superinduantur aliqua grossiori forma, qua assumpta videntur, et deposita quae videbantur desinunt. Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatem spissioris aeris. Sicut enim de illo loco digniori in inferiorem locum, id est in caliginosum aerem, deiecti sunt, ita illa corpora tenuia transformata sunt in deteriora corpora et spissiora, in quibus possint pati a superiori elemento, id est ab igne. Et hoc Augustinus sensisse videtur super Genesim, ita dicens: Daemones aeria animalia sunt, quia corporum aeriorum natura vigent, nec per mortem dissolvuntur, quia praevalet in eis elementum aptius ad faciendum quam ad patiendum. Ad patiendum enim humor et humus, ad faciendum aer et ignis aptitudinem praebent. Transgressores vero angeli cum principe suo, nunc diabolo, tunc archangelo, non mirum si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. xi. Neque etiam hoc mirum est, si conversi sunt ex poena in aeriam qualitatem, quae possit ab igne pati. Caliginosa tamen aeris retinere tantum permissi sunt, qui eis quasi carcer sit usque ad tempus iudicii. ¶ Ecce his verbis videtur Augustinus id tradere quod quidam opinantur de corporibus angelorum.

Utrum angeli corporei sint, quod apud doctores indefinite relinquitur. Opinantium asserere, ut dicunt angelos omnes ante casum habuisse corpora tenuia et spiritualia, sed in casu mutata in deteriora malorum; corpora bonorum esse perstetisse pura.

Quibus dicunt Augustinum non ita sensisse, sed opinionem aliorum referendo.

.opio a. ¶ Hoc autem alii dixisse astruunt, non ita sentiendo, sed opinionem aliorum referendo, quod et ipse ubi supra diiudicare voluit, quibus ait: daemones dicuntur aeria animalia, quia aeria sunt; ita enim quidam dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt, non opinando sed resultare asserendo eum tradidisse dicunt, quia ipse loquendo distinctionem ostendit. Dicunt etiam plurimos catholicos tractatores in hoc convenisse, scilicet atque id concorditer docuisse, quod angeli incorporei sunt, nec corpora habent sibi unita. Assumunt autem aliquando corpora Deo parante ad impletionem ministerii sui sibi a Deo iniuncti, eademque post expletionem deponunt, in quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt; et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei sine distinctione alicuius personae, aliquando ex persona Patris vel Filii sive Spiritus sancti.

Quod deus in corporalibus illis formis apparuit.

Nec dubitandum est Deum in corporalibus formis apparuisse hominibus, sicut Augustinus in libro II de Trinitate ostendit, conferens diversa scripturae testimonia, ex quibus Deum in corporeis figuris hominibus apparuisse probat, et aliquando ex persona Dei sine distinctione, aliquando sub distinctione personarum sermonem esse factum eis.

De completa quaestione qua ponitur quaestio an ad exhibendas has corporales apparitiones creatura nova sit formata, an angeli qui antea erant missi, ipsi missi sunt; vel utrum alterent sive aliud corpus assumant; an corporis speciem corporalem de complementum assumpserint; an spiritum proprium corpus mutant vel in speciem suae actionis aptam.

Sed ubi Deus hominibus in corpore talibus formis et imaginibus apparuisse asseritur, ad explendam actionem propositam, quia nec absolute creans videtur in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua creata accessit ad id in qua Deus hominibus appareret, an angeli qui iam erant sic mitterentur ut manentes in suis spiritualibus corporibus assumerent ex corpulentia inferiorum elementorum materia aliquam speciem corporalem quam coaptatam quasi aliquam vestem mutarent in quaslibet species corporales veras, quidem an corpus suum proprium verterent in species aptas actionibus suis per virtutem sibi a Deo datam. Ait enim Augustinus in tertio libro de Trinitate: xv. Quaerendum est in illis antiquis corporalibus formis iussisne ad hoc opus tunc creatura formata sit, in qua Deus, sicut tunc oportuisse iudicavit, humanis ostenderetur aspectibus; an angeli qui iam erant ita mittebantur ut ex persona Dei loquerentur, assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui, aut ipsum corpus suum cui non subduntur sed subditum regunt, mutantes atque vertentes in species quas vellent accommodatas atque aptas actionibus suis per attributam a Creatore potentiam. ¶ Set fatetur excedere vires intentionis meae, utrum angeli manente

Concedit angelos mitti, scilicet relinquit; expedire non illustrat.

h.i. ꝑ pena

spiritali siue corporis qualitate per hanc occultam operationem assumunt ex inferioribus elementis corpulentioribus quod sibi coaptatum quasi aliquam uestem mutent et uertant in quaslibet species corporales ipsas ueras sicut aqua uera in uinum uersa est a domino, an ipsi ipsa corpora transforment in id quod uolunt accommodatum ad id quod agunt. Sed quodlibet horum sit, ego qui homo sum nullo experimento comprehendere ualeo sicut angeli qui hoc agunt. Et ecce de lectoris examine questionem propositam insolutam et indiscussam relinquit, utrum angeli qui intelligantur seriosi suis corporibus spiritualibus superinducerent aliqua corpulentioris speciei in qua possent uideri, an ipsum corpus mutarent et transformarent in quascumque uellent species in qua possent cerni. In quibus uerbis uidetur augustinus attestari angelos esse corporeos ac propria et spiritualia habere corpora.

Quod deus inuisibilis est. quod deus sola numquam mortalibus apparuit.

Ceterum hoc uelud nimis profundum atque obscurum relinquentes, illud indubitanter teneamus quod deus in specie essentie sue numquam mortalibus apparuit. Sic enim famulo suo moysi dicitur: Non uidebit me homo et uiuet. Et in euangelio iohannis legitur: Deum nemo uidit umquam. Visibile enim quicquam non est quod non sit mutabile. Ideoque substantia siue essentia dei, quia nullo modo mutabilis est, nullo modo per se ipsam potest esse uisibilis. Proinde illa omnia que patribus uisa sunt cum deus illis presentaretur per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit deus, per angelos tamen esse facta dicimus et fideliter dicimus nec deum patrem nec filium eius nec spiritum eius, qui est unus deus, pro eo quod est atque ipsum est nullo modo esse mutabile ac per hoc nec omnino uisibile.

Utrum demones intrent corpora hominum substantialiter et illabantur mentibus hominum.

Illud etiam consideratione dignum uidetur, utrum demones siue corporei siue incorporei sint hominum substantialiter intrent corpora eorumque animabus illabantur, an ideo intrare dicantur quia malitie sue effectum ibi exercent, dei permissione opprimendo eas et uexando uel in peccatum pro uoluntate sua trahendo. Quod in homines intrent et ab eis expulsi exeant, euangelium aperte declarat, memorans demonia ingressa et egressa et per christum eiecta, sicut etiam in iudam fuit ingressa.

Quod demones substantialiter non illabuntur anime hominis, sed ob malitie effectum dicuntur intrare.

an spiritus mali essentialiter dicantur ingressi, non adeo perspicuum est. ¶ De hoc autem gennadius in diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum ait:

Gennadius in ecclesiasticis dogmatibus.

Demones per inergiam operationem non credimus substantialiter illabi anime, sed applicatione et oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creauit, qui natura subsistens incorporeus capabilis est sue facture. ¶ Ecce hic uidetur insinuari quod substantialiter non illabantur demones uel intrent corda hominum. Beda quoque super illum locum actuum apostolorum ubi petrus ait ananie: Cur temptauit uel impleuit sathanas cor tuum, dicit:

Beda.

Notandum quod mentem hominis iuxta substantiam nihil eorum implere possit nisi creatrix trinitas, quia tantummodo secundum operationem et uoluntatis instinctum anima de his que sunt creata impletur. Implet uero sathanas cor alicuius non quidem ingrediens in eum et in sensum eius neque introiens aditum cordis, siquidem potestas hec solius dei est, sed callida et fraudulenta deceptione animam in affectum malitie trahens per cogitationes et incentiua uitiorum quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor ananie non intrando, sed malitie sue uirus inserendo. Eodem spiritu immundus flamma uitiorum de cordibus fidelium expulsus de cordibus uertitur uenenum persecutionum infundit. ¶ His auctoritatibus ostenditur quod demones non substantialiter intrant corda hominum, sed propter malitie effectum, de quibus pelli dicuntur cum nocere desinunt.

De ordinum distinctione et quot sint.

Post predicta superest cognoscere de ordinibus angelorum quid scriptura sacra tradat. Que in pluribus locis nouem esse ordines angelorum promulgat, scilicet angelos, archangelos, principatus, potestates, uirtutes, dominationes, thronos, cherubin et seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus trinitatis esse et in singulis ternos ordines, ut trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Unde dionisius tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres superiores, tres inferiores, tres medii. Superiores: seraphin, cherubin, throni; medii: dominationes, principatus, potestates; inferiores: uirtutes, archangeli, angeli.

Dionisius.

Quid appelletur ordo, quod sic dicuntur.

Hic considerandum est quid appelletur ordo, et utrum ab ipsa creatione fuerit ista distinctio horum ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo celestium spirituum qui

f. i. gergiam

f. i. capitur a sua factura.

[illegible]

quod dicit [illegible] cancellarius parisiensis.

inter se aliquo munere gratiae similantur, sicut in naturalibus datorum participatione conveniunt. Ut ubi gradus Seraphim dicuntur, qui prae aliis ardent caritate. Seraphim enim interpretatur ardentes vel succendentes; Cherubim, qui prae aliis scientia eminent; Cherubim enim interpretatur plenitudo scientiae. Thronus dicitur sedes; Throni autem vocantur, ut beatus Gregorius ait, qui tanta divinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat Deus, et per eos sua iudicia discernat atque informet. Dominationes vero vocantur, qui Principatus et Potestates transcendunt. Principatus dicuntur, qui sibi subiectis quae sunt agenda disponunt, eisque ad explenda divina ministeria principantur. Potestates nominantur hi qui hoc ceteris potentius in suo ordine acceperunt, ut virtutes adversae eis subiectae sint, quorum refrenentur potestate, ne homines temptare tantum valeant quantum desiderant. Virtutes vocantur illi, per quos signa et miracula frequentius fiunt. Archangeli, qui maiora nuntiant; Angeli, qui minora.

Quod haec nomina non propter se sed propter nos eis data sunt. Ad dona gratiae quae non habent singuli sed gratiam vel excellentiam et specialiter nominantur.

Haec nomina illis non propter se, sed propter nos data sunt. Cum enim sibi noti sint contemplatione, nobis innotescunt cognominatione. Nominantur singuli ordines a donis gratiae, quae non singulis sed excellentius data sunt in participatione. In illa enim caelesti patria, ubi plenitudo boni est, licet quaedam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt, non quidem aequaliter, quia aliis sublimius possidentur, quae tamen omnes habent. Cumque omnia dona gratiae superiores ordines sublimius et perfectius perceperint, tamen ex perceptis solent vocabula inferioribus ceteris relinquentes ordinibus ab eo cognominantur; ut Seraphim, qui ordo excellentissimus existimatur, tam dilectionem quam cognitionem divinitatis et cetera itemque dona ceteris ordinibus sublimius percepit, sed ab excellentiori dono, id est a caritate, nomen accepit; nam superior ordo est. Maius enim donum est caritas quam scientia. Item maius est scire quam iudicare. Scientia namque inferior iudicium. Ideoque secundus ordo a secundo dono, id est a cognitione veritatis appellatus est, scilicet cherubim; et ita de aliis intelligendum est. Assignatur ergo excellentia ordinum secundum excellentiam donorum.

Gg. Unde sic ait Gregorius: Illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent caritate et scientia pleni sunt, sed de aliis, sed superiores aliis excellentius ita data dona esse ipsa acceperunt, a quibus nominantur. Unde Gregorius: In illa summa civitate quisque ordo eius rei censetur nomine quam plenius accepit in munere.

Quod cherubim gradus non maior...

Sed oritur hic quaestio talis. Si quisque ordo ab illo dono nominatur quod plenius possidet, tunc cherubim scientia praeminet aliis, et seraphim caritate nominatur. Sed qui magis diligit plus cognoscit; tunc enim ut credit auctoritas agnoscit quisque ibi quantum diligit. Itaque seraphim non solum in caritate, sed etiam in scientia praeminent.

Ideoque auctoritas illa sic est intelligenda, ut comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scilicet inferiores. Ille enim ordo non plenius seraphim accepit scientiam in munere, sed plenius aliis ordinibus qui sunt inferiores. Nec nominatur quisque ordo ab omni re quam plenius aliis accepit, sed ab aliqua re quam accepit. Vel potest comparatio referri non ad ipsos ordines, sed ad alia dona, nec ad alia omnia dona sed ad quaedam. Sicut enim homines cum plura habent dona, quaedam aliis excellentius possident, ita forte et angeli quibusdam muneribus magis pollent, et aliis quibusdam minus.

Utrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.

Illud etiam nunc inquirere restat, utrum isti ordines a creationis initio ita distincti fuerint. Quod ita distincti fuerint a primordio suae conditionis, videtur testimonio auctoritatis insinuari, quae tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namque superiori Lucifer ille fuit, quo nullus dignior conditus est; Apostolus etiam principatus et potestates tenebrarum nominat, ostendens de ordinibus illis cecidisse, qui tamen in malis ministerium exercent. Sed non perierunt nobis ordinibus suis privati sunt. Sed non videtur illud posse stare. Non enim tunc caritate ardebant, nec scientia pollebant, neque in eis Deus sedebat. Si enim haec habuissent, non cecidissent; non ergo tunc erant seraphim vel cherubim vel throni. Ad quod dicimus, quia casu quorundam non erant illi ordines, quia non habebant dona in quorum participatione conveniunt. Sed quibusdam accidentaliter aliis apposita sunt, eisque qui ceciderunt collata fuissent eadem, si cum aliis perstitissent. Ideoque secundum dicitur

Quod casu non fuerunt hi ordines quia non habebant dona gratiae, quia eadem habebant vel aliis apposita sunt.

Singulis gratiae ordo habet omnia dona licet excellentia.

fuit in unde ... habundantius ... iob in pacientia, moyses in mansuetudine

quod precellebat omnibus

Oo.

Prima solo

Secundus

Si plus diligit plus cognoscit, quod ... solo

Oo

Distinctio vii

... de ordinibus

Seraphim

de singulis ordinibus aliquos cecidisse. Nec qui fuissent in ordinibus, sed postea corruerunt. Sicut qui si perstitissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus. Qui etiam in naturae tenuitate et in formae perspicacitate differentes gradus habebant, sicut illi qui perstiterunt. Alii enim ut potentiores superiores, alii inferiores conditi sunt. Superiores qui natura magis subtiles et sapientia amplius perspicaces, inferiores vero natura minus subtiles et intelligentia minus perspicaces facti sunt. Has autem invisibiles distinctiones invisibilium solus ille ponderare potuit qui omnia in numero et mensura et pondere disposuit, id est in se ipso qui est mensura omni rei modum praefigens, et numerus omni rei speciem praebens, et pondus omnem rem ad stabilitatem trahens, id est terminans et formans et ordinans omnia.

Utrum omnes angeli eiusdem ordinis aequales sint.

Praeterea considerari oportet utrum omnes angeli eiusdem ordinis aequales sint. Ita esse quibusdam placuit. Sed non est hoc probabile, nec assertione dignum, cum Lucifer qui fuit de collegio superiorum ipsis etiam dignior exstitit qui aliis excellentiores creati sunt. Ex quo percipitur quod si perstitisset in ordine superiorum fuisset, et aliis eiusdem ordinis dignior exstitisset. Sicut ergo unus est ordo apostolorum, et alter martyrum, et tamen in apostolis alii sunt aliis dignitate sublimiores, et in martyribus alii aliis sunt superiores, ita et in ordinibus angelorum creditur recte esse.

Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus complendum cum non sint nisi novem ordines.

Notandum etiam quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandus. Sed cum non sint nisi novem ordines, nec plures fuissent etiam si illi qui ceciderunt perstitissent, movent lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Gregorius namque dicit homines assumendos in ordine angelorum, quorum alii assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent caritate; alii in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tamquam novem sint angelorum et decimus hominum; sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Ordo ergo legitur decimus complendus de hominibus, ex tali sensu forte dictum accipi potest, quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est, de quibus tot corruerunt ut posset fieri decimus ordo. Sicut quod dicit Apostolus restaurari omnia in Christo quae in caelis et quae in terris sunt, quia per Christum redemptum est humanum genus de quo fit reparatio ruinae angelicae. Tamen non minus salvaretur homo etiam si angelus non cecidisset.

Utrum homines assumantur iuxta numerum stantium vel lapsorum.

Non ergo secundum numerum eorum tantum qui ceciderunt, sed et eorum qui permanserunt homines ad societatem beatitudinis assumuntur, ut Gregorius ait: Superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere quantos illic contigit angelos remansisse, sicut scriptum est: Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.

Quod dicitur a quibusdam homines reparari iuxta numerum lapsorum.

A quibusdam non putatur quod homines reparentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt, ut illa caelestis civitas nec suorum civium numero privetur, nec maiori copia regnet. Quod Augustinus in Enchiridion sentire videtur, asserens de hominibus plus salvari quam corruit de angelis, sed non minus, ita dicens: Superna illa Ierusalem mater nostra, civitas Dei, nulla civium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiori etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum aut immundorum daemonum novimus, in quorum locum succedentes filii sanctae matris catholicae, quae sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine ullo termino temporis permanebunt. Sed illorum civium numerus, sive qui est, sive qui futurus est, in cogitatione est artificis, qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt. Ecce aperte dicit non minus de hominibus salvari quam corruit de angelis, sed plus non asserit.

An omnes supercaelestes mittantur. [illegible] duas opiniones.

Hoc etiam investigandum est, utrum omnes illi caelestes spiritus ad exteriora nuntianda mittantur. Quidam putant aliquos ex illa multitudine, scilicet qui foras pro officio exeunt, alios qui semper intus assistunt, sicut scriptum est: Millia millium ministrabant ei, et decies centena millia assistebant ei. Item Dionysius in Ierarchia, quae sacrae praeceptus de separatione spirituum ait: Superiora illa agmina ab intimis numquam recedunt, quia ea quae praeeminent usum exterioris officii numquam habent. His auctoritatibus innituntur qui angelos tantum inferiores mitti asserunt.

Obiectio contra alios.

Quibus obicitur quod Isaias ait: Volavit ad me unus de seraphim, qui ordo superior est et excellentior. Hoc ergo de illo

Aug. super Gen.

ł forma

plus unus ordinis est alter
[illegible] eiusdem ordinis [illegible]
[illegible] numeretur [illegible]

[illegible] cecidisset angeli
[illegible] fuisse decem hominum
[illegible] ordo [illegible]
[illegible] de angelis [illegible]

Gg.

aug.

daniel.

dionisius.

Omnes mittuntur vel ad nos vel ad inferiores

Sabba doct.

Super [illegible]
capitulo pe-
[illegible]

x. i. raro.

ordine mittuntur, non est ambigendum, cum etiam de talibus mittantur, apostolo dicente: Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi. His testimoniis asserunt quidam omnes angelos mitti. Hoc decet satis dignum videri, si etiam superiores mittuntur, cum et ille qui creator est omnium ad hec inferiora descenderit.

Quod si omnes mittuntur unus ordo tantum nominatur angelorum censentur.

Hic oritur questio: si omnes ministri et nuntii dei existunt, quare unus tantum inter novem ordines angelorum nomine censeatur. Ad quod quidam dicunt omnes quidem ministeriales, et alios sepe et de officio iniuncto esse angeli vel archangeli nominantur, alios vero rarius mitti, scilicet maiores, qui extra celum dispensationem obeunt, qui cum angelorum ministerium suscipiunt, et nomen assumunt. Unde in psalmo: Qui facit angelos suos spiritus, quasi illi qui non sunt etiam angeli, id est nuntii, fiunt.

Principes quidam Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Sicut et dicitur. Nota.

Opinio

Et putant illi Michaelem, Gabrielem, Raphaelem de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur quis ut deus, Gabriel fortitudo dei, Raphael medicina dei. Et nota quod sunt ista nomina ordinum, non spirituum. Sic vero quidem singulorum horum unius proprie ac specialiter designatione sint eorum nomina; alii vero non unius singulariter id est nomina, sed vel non esse ei conferantur eorum ad que figuratur legerentur vel mutuantur. Sic et demonum quedam nomina sunt que quidam putant unius esse proprie, alii vero pluribus communia. Diabolus quippe qui grece vocatur, latine interpretatur deorsum fluens; hebraice dicitur Satan, id est adversarius; dicitur Belial, id est apostata, absque iugo; dicitur et Leviathan, id est additamentum eorum hominum. Et alia plura reperies nomina que unius sunt proprie vel pluribus communia.

a Cum talia fiunt quibus mirandum est deus.
b Cum talia quibus per fortitudo dei.
c Cum talia dicuntur quibus per medicina dei.

Non propter magnitudinem scientie, hoc quod premisit scientiam, etiam demon dicitur.

Quomodo et eminent prelatis auctoritatibus quibus consentiant qui dicant omnes vel angelos mitti.

Qui autem omnes angelos mitti asserunt, premissis auctoritatibus nituntur. Alii vero secundum Dionysium ita determinant, dicunt superiora agmina de assistere ab intimis nunquam recedere, quoniam ea que preeminent usum exterioris ministerii nequaquam habent; qui mittuntur sic tamen assimo ad exteriora procedunt, neque tunc ab intimis recedunt, sed dei presentie contemplatione semper assistunt. Quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur.

[illegible] varietate

Quod alios alii dicunt mitti, alios dicunt non mitti cum determinatione auctoritatis.

Alii vero dicunt tres ordines, id est supremos, scilicet seraphin, cherubin et thronos, ita circa deum de assistere, quia ad exteriora non exeunt; inferiores vero tres ad exteriora mitti. Tres vero medios inter utrosque consistere, qui modo digniori loco, scilicet in officio, quod preceptum divinum ab altioribus accipiunt, deferunt ad inferiores; et hoc cum superiores mediis et medii imis, atque hi hominibus preceptum dei nuntiant. Verum tamen omnes angelos notari dicunt id forte apostolus dixit: Omnes sunt administratorii spiritus et filii ... in ministerium, vel potius non singulos ordines, scilicet de inferioribus ordinibus singulos angelorum complexus est. Illud vero quod Ysaias dicit, per illam Dionysii determinationem dicemus hi spiritus quorum nuntiant propriis horum vocabulis quorum gerunt officium. Unde dicunt illum angelum qui missus est ad Ysaiam ut mundaret et incenderet labia prophete fuisse de ordine inferiorum, sed ideo dictum esse forte de seraphin quia veniebat incendere et consumere delicta prophete.

Quod quisque electus habet angelum ad sui custodiam delegatum.

D xi

Illud quoque sciendum est quod angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita ut unusquisque electorum habeat angelum ad suum profectum atque custodiam specialiter delegatum. Unde in evangelio Veritas, de pusillorum scandalo prohibens, ait: Angeli eorum semper vident faciem patris. Angelos dicit eorum esse quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum ieronimus dicit: Magna dignitas animarum, ut unaquaque ab exordio nativitatis habeat angelum ad sui custodiam deputatum. Ieronimus. Magna dignitas animarum est ut unaqueque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum delegatum. Ex quo ostenditur quod quilibet unum bonum angelum ad custodiam deputatum sibi et unum malum ad exercitium habet. Licet enim omnes angeli boni nostrum bonum velint et communiter salutem omnium studeant, ille tamen qui deputatur est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum. Sicut legitur de angelo Tobie et de angelo Petri in actibus apostolorum. Similiter et mali angeli, cum desiderent malum hominum, magis tamen hominem ad malum incitat et ad nocendum fortius insistit ille qui ad exercitium ei deputatus est.

Verum singulis hominibus singuli angeli an plures unius deputatus sit.

Solet autem queri utrum singuli angeli singulis hominibus an unus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit. Sed cum electi non sunt tot quot boni angeli, et plures constat esse omnes simul bonos et malos homines quam boni angeli sunt, vel

tot sint electi quot angeli boni, et angeli boni
plures sint quam mali, plures quoque sint homines ma-
li quam boni, non est ambiguum plures esse bonos
homines quam sint mali angeli, et plures esse ma-
los homines quam sint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat unum angelum bonum vel malum pluribus hominibus deputari, sive simul sive diversis temporibus.

Illud quoque dici oportet, utrum unum eundemque
angelum bonum vel malum pluribus
hominibus deputari ad custodiam
vel ad exercitium sive eodem tempore sive diver-
sis temporibus. Quod autem diversis eodem tempore vel diver-
sis temporibus, certum videtur quibusdam, quod omnes ho-
mines qui fuerunt sunt vel erunt in aliquo tempore sin-
guli singulos habere possunt bonos vel ma-
los, quia licet maior sit numerus hominum computa-
tis in unum omnibus qui fuerunt et sunt et futuri sunt,
quam angelorum, tamen quia homines decedentibus ho-
minibus succedunt, ideo numquam sunt simul tot in hac vi-
ta; angeli vero numquam decedunt, quia simul omnes sunt. Ita es-
se potest ut singuli hominum dum in hac vita sunt
singulos habeant angelos bonos vel malos ad
sui custodiam vel exercitium destinatos. Verum-
tamen ita sit sive non, non est dubitandum unumquemque
habere angelum sibi deputatum, sive pluribus sint
destinati, sive uni singulariter. Nec est
mirum si unus angelus pluribus hominibus ad
custodiam deputatur, cum uni homini plu-
rium custodia deputetur, ut eorum quisque suum
dicatur habere dominum vel episcopum vel abbatem.

Utrum angeli proficiant in merito vel in praemio usque ad iudicium.

Praeterea illud considerari oportet,
utrum angeli boni in merito vel
in praemio proficiant usque ad iudicium.
Quod in utrisque proficiant atque eo die ma-
gis ac magis mereantur. Quibusdam
videtur ex eo quod hominum utilitatibus
deserviunt eorumque profectibus student. Qui
hoc etiam nisi boni vi dicunt quod in praemio profi-
ciant, scilicet in cognitione et dilectione Dei. Licet
enim ut aiunt in confirmatione beatitudinem ac-
ceperint et aeternam atque perfectam, augetur tamen co-
tidie eorum beatitudo, quia magis ac magis diligunt
atque cognoscunt; et est eorum caritas
qua Deum et nos diligunt meritum vel
meritorum, quia per eam et obsequia ex
ea nobis impensa merentur beatitudinis pro-
fectum, et ipsa eadem est praemium quo beati fiunt.

Et quod angeli proficiant in
cognitione ac per hoc in beati-
tudine, testimoniis sanctorum confirmant. Dicit enim
Hieronymus ex persona angelorum Christo ascendentis mag-
nificentiam admirantium: Quis est iste qui ve-
nit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Et: Quis
est iste rex gloriae? Ex quibus apparet quod mysterium
incarnationis plenius cognoverunt angeli post im-
pletionem quam ante. Et sicut in cognitione huius mys-
terii profecerunt, ita dicunt eos in ceterorum cognitione
profecisse. Quod autem istius mysterii cognitione profecerint,
evidenter apostolus docet dicens: Quae sit dispensatio
sacramenti absconditi a saeculis in Deo, ut innotes-
cat multiformis sapientia Dei per ecclesiam principatibus et po-
testatibus in caelestibus. Super quem locum dicit Hieronymus: An-
gelicas dignitates praedictum mysterium ad purum non
intellexisse, donec completa est passio Christi et apostolorum
praedicatio per gentes dilatata.

Quod in hac sententia videtur Augustinus adversari.

Huic autem videtur Augustinus contraire super
eundem locum epistolae dicens:
Non latuit angelos mysterium regni
caelorum, quod opportuno tempore revelatum
est pro salute nostra. Illis ergo innotuit
super memoratum mysterium, quod omnis cre-
atura a saeculis absconditum est.

Determinatio auctoritatum praedictarum.

Attende, lector, quia videntur dissentire auctori-
tates hae sanctorum, illustres doctores; sed ut
omnis repugnantia de medio tollatur, dicta
praedicta rationem sequentes ita determinamus, vi-
detur illis angelis qui maioris dignitatis sunt,
et per quorum ministerium illa nuntiata sunt, ex
parte cognita a saeculis fuisse, et per eorum famulatum
aliis praenuntiata; illis vero qui minoris dignitatis
sunt incognita exstitisse dicimus usque quo imple-
ta sunt. Ipsa etiam praedicta tunc ab omnibus an-
gelis perfecte fuerunt cognita. Constat ergo omnes
angelos in cognitione divinorum mysteriorum
per processum temporis profecisse. Unde non incongrue
creditur usque ad diem iudicii angelorum scientiam et beatitu-
dinem augeri usque ad futuram consummationem,
quando in scientia ac beatitudine perfectissimi erunt,
ut nec augeatur amplius nec minuatur.

Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibusdam praedictorum non profecisse.

Aliis autem non videtur angelos
a sua confirmatione tam
in deitatis dilectione atque cognitione
perfecta fuisse perfectos ut in aliquo postea
vel profecerint, nec profecturi sint. Concedunt
profecisse tamen in scientia rerum exteriorum, sicut
in cognitione sacramenti incarnationis et huiusmodi.

Determinatio

sed non usque ad contemplationem deitatis, quia Trinitatem in unitate atque unitatem in Trinitate non plene intelligunt, sive intellecturi sunt, quam ab ipsa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt in scientia eos non profecisse post confirmationem, quorum caritas, ut praedictum est, non est aucta. Et secundum dictum eorum, quamvis non profecisse in spiritualibus, scilicet efficacium aliquem merendi, scilicet non quantum ad numerum meritorum, plura tamen bona fecerunt postea, quae tunc non fecerant, sed eorum caritas, ex qua illa proferuntur, non est aucta, ex qua tamen meritum est, quod illa adderent meritum post ea huic adiectis.

Quod sit probabilius.

Istud vero quod aliis superius dictum est probabilius videtur, scilicet angelos usque ad iudicium in scientia et in aliis proficere.

Quod autem videtur obviare probabilioni sententiae.

Quibus tamen videtur obviare quod Isidorus in libro De summo bono de angelis tradit, dicens: Angeli in Verbo Dei omnia sciunt antequam fiant. Sed non omnes nec omnia perfecte angelos scire dixit, quod inscientia eos perficere non removit. Et Gregorius in libro Dialogorum ait: Quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Videtur dictum quod omnia sciant angeli, et nihil sit quod nesciant. Sed accipiendum est hoc de his quorum cognitio beatos facit, ut sunt ea quae ad mysterium Trinitatis et unitatis pertinent.

Post cognitionem de angelis habitam, agitur de aliarum rerum conditione et praecipue de operum sex dierum distinctione.

Haec de angelica natura dixisse sufficiat. Nunc de aliarum rerum conditione ac praecipue de operum sex dierum distinctione, in ulla intentio vestra.

Cum Deus in sapientia sua angelicos condidit spiritus, alia etiam creavit, sicut ostendit supra memorata Scriptura Genesis, quae dicit in principio Deum creasse caelum, id est angelos, et terram, scilicet materiam quatuor elementorum adhuc confusam et informem, quae a Graecis dicta est chaos; et hoc fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit, et species proprias atque distinctas singulis rebus secundum genus suum dedit; quae non simul, ut quibusdam sanctorum patrum placuit, sed per intervalla temporum ac sex dierum volumina, ut aliis visum est, formavit.

De sententia eorum qui dicunt omnia simul facta, et de illorum qui dicunt per intervalla temporum.

Quidam namque sanctorum patrum, qui verba Dei atque arcana excellenter scrutati sunt, super hoc quasi adversa scripsisse videntur. Alii quidem tradiderunt omnia simul in materia et forma fuisse creata, quod Augustinus sensisse videtur; alii vero hoc magis probaverunt atque asseruerunt, ut primo materia rudis atque informis, quatuor elementorum commixtionem atque confusionem tenens, creata sit; postmodum vero per intervalla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quam sententiam Gregorius et Hieronymus et Beda aliique plures commendant ac praeferunt; quae etiam Scripturae Genesis, unde prima ad nos manavit cognitio, magis congruere videtur.

Quomodo per intervalla temporis res corporales formatae sunt.

Secundum hanc ergo traditionem ordinem atque modum creationis formationisque rerum inspiciamus. Sicut supra memoratum est, in principio Deus creavit caelum, scilicet angelicam naturam, sed adhuc informem, ut quibusdam placet, et terram, id est illam confusam materiam quatuor elementorum.

Cur illa confusa materies vocetur terra et abissus et aqua.

Quae nomine terrae et aquae, ut Augustinus contra Manichaeos ait, appellata est, quia terra inter omnia elementa minus est speciosa. Illa inanis erat et incomposita, propter elementorum commixtionem; eamdem etiam vocat abyssum, dicens: Et tenebrae erant super faciem abyssi, quia confusa erat et commixta, specie distinctionis carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua, super quam ferebatur Spiritus Domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis, quia subiacebat bonae voluntati Creatoris quod formandum perficiendumque inchoaverat. Quae sic dicta est, et confusionem praeferebat fluitantem, et confusae materiae, ut distingueretur per species varias, velut aqua; vel ideo dicta est aqua, quia omnia quae in terra nascuntur, sive animalia, sive arbores vel herbae et similia, ab humore incipiunt formari atque nutriri. His omnibus vocabulis vocata est illa informis materia, ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus, et non uno tantum; nam si uno tantum significaretur vocabulo, hoc esse putaretur quod consueverunt homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est illa materia confusa et informis, quae nulla specie cerni aut tractari poterat, nominibus visibilium rerum quae in futurum erant, ut infirmitatem parvulorum, qui minus idonei sunt invisibilia comprehendere, et nunc dicam

Determinatio.

Item alia determinatio.

a

b

Di. xii

a

Nota

Au(gustinus). tenebre vero lucis absentia. Non enim tenebre aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia, sicut silentium non est aliqua res, sed ubi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas non est aliqua res, sed in corpore ubi tegumentum non est, nuditas dicitur. Et inanitas non est aliquid, sed inanis dicitur locus ubi non est corpus, et inanitas absentia corporis.

Quo sensu tenebre dicantur non esse aliquid, et quo dicantur esse aliquid.

Attende quod hic dicit Augustinus tenebras non esse aliquid, cum tamen quidam tenebras inter creaturas ponant, que benedicunt dominum, dicentes: Benedicite lux et tenebre domino. Ideoque sciendum est tenebras diversis modis accipi: aliquando pro lucis absentia, qualiter supra accepimus, iuxta quam acceptionem non sunt aliquid; aliquando pro aere obscurato sive aeris obscuritate, qualiter tenebre aliqua res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras fuisse tunc super faciem abyssi, quia nondum erat lux, que si esset, super esset et super funderetur. Sed nondum lucis gratia opus suum deus venustaverat, quod per lucem in primo die formatum est.

Duo hic consideranda sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis, et ... [illegible]

Que quia superius tetigimus, duo nobis discutienda occurrunt: videlicet quare illa materia confusa et informis dicatur, an quod omni forma caruit, ut quidam putant, an aliquam habuerit. Secundo vero, ubi prodierit, et quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo quod primo positum est, breviter respondentes dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem quod nullam omnino formam habuerit, quia non aliquid corporeum tale existere potest quod nullam habeat formam; sed ideo non absurde informem appellari posse dicimus, quia in confusione et permixtione quadam subsistens, nondum pulchram apertamque et distinctam receperat formam, qualem modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formam dispositionis. In forma confusionis prius omnia corporalia materialiter simul et semel sunt creata; postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Sic absolutum est quod primo in discussione propositum fuit, scilicet quare illa materia dicatur informis.

Hic ad id quod secundo querebatur respondet.

Nunc superest quod secundo proponebatur explicare, scilicet ubi illa materia prodierit, et quantum in altitudine porrigeretur. Ad quod nichil temere asserentes dicimus quod illa prima rerum omnium moles, quando creata est, ibi videtur prodiisse ubi nunc formata consistit; fuitque terrenum hoc elementum in uno eodemque loco medio subsidens, ceteris tribus in una confusione permixtis eidem circumquaque, in modum cuiusdam nebule oppansis, ita obvolutum erat ut apparere non posset quod erat. Illa vero tria in una permixtione confusa circumquaque suspensa eo usque in altum porrigebantur quousque nunc summitas corporee nature pertingit, et, sicut quibusdam videtur, ultra locum firmamenti extendebantur. Illa moles que in inferiori parte spissior atque grossior erat, in superiori tenuior et levior atque subtilior consistebat. De qua tenuiori substantia putant quidam fuisse aquas que super firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio, priusquam recepisset formam vel dispositionem.

Ostenso qualis fuit mundi facies in principio, modo incipit persequi operationem vi dierum distinctionem.

Nunc superest ut dispositionem illam qualiter perfecta sit ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet Scriptura Genesis, distinxit deus et in formas redegit universa que simul materialiter fecerat, perfecitque opus suum die vi, et sic deus requievit die vii ab omni opere quod patrarat, id est cessavit novam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit, nichilque postea fecit quod in aliquo illorum non contineatur. Operatus est tamen postea, sicut Veritas in evangelio ait: Pater meus operatur usque modo, et ego operor.

De iiii modis divine operationis.

Quatuor enim modis, ut dicit Alcuinus super Genesim, operatur deus. Primo in Verbo omnia disponendo. Secundo in materia informi quatuor elementorum de nichilo eam creando; unde: Qui vivit in eternum creavit omnia simul, omnia scilicet elementa vel omnia corpora materialiter simul creavit. Tertio per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminibus non incognite oriuntur nature, sed note sepius reformantur, ne pereant.

Quod fuit prima distinctio creationis prima die.

Prima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis, sicut ostendit Scriptura, que commemorata rerum informitate primum operis dispositionem a luce inchoavit, subdens: Dixit deus: Fiat lux, et facta est lux, et divisit lucem a tenebris, appellavitque lucem diem et tenebras noctem. Et factum est vespere et mane dies unus. Congrue enim mundi ornatus a luce incepit, unde cetera que creanda erant viderentur.

Qualis fuit illa lux, corporalis an spiritualis.

Sed queritur qualis illa lux fuerit, corporalis scilicet an spi(ritualis)

S(ed) tenebre .s.

+ hic q(ue)rit(ur) ... [illegible]

S(ed) Iohis

D(istinctio) xiii

S(anctus) Vigilanc(ius)(?). hilari(us). fulg(entius). ut [illegible]. ... [illegible] filii [illegible] cap(itulo) et uitalis. Id respondemus quod alias et uidetur legitur.

au· de spirituali·

Dicit enim Augustinus quod lux illa corporalis uel spiritualis intelligi potest. Si spiritualis accipitur, angelica natura intelligitur, que prius informis fuit, sed postea formata est, cum ad creatorem suum conuersa ei caritate adhesit; cuius informitas etiam superius signata est, cum dictum est: In principio creauit deus celum et terram. Hic uero eiusdem formatio ostenditur, cum dicitur: Fiat lux, et facta est lux. Lux ergo angelica natura, que prius tenebre, postea lux fuit, quia prius uocatur informitatem et imperfectionem, deinde formationem et perfectionem. Et ita diuisit lucem a tenebris. Sicut ait Augustinus super Genesim: In illa conuersione informitas et imperfectio fuit, antequam formaretur in amore conditoris; formata uero est cum conuersa est ad incommutabile lumen uerbi.

Hic de corporali·

au·

Si uero corporalis fuit lux illa, quod uero probabilius est, corpus lucidum fuisse intelligitur, uelud lucidam nubem, quod non de nichilo, sed de preiacenti materia formaliter factum est, ut lux esset et uim lucendi haberet. Cum qua dies prima genita est, quia ipsa antea nec dies fuit nec nox, licet tempus fuerit.

au· s· gen·

Ubi lux illa facta est, ubi sol apparet nunc, quae inde dicitur luce potest.

Si autem queritur ubi facta est lux illa, cum abyssus omnia tegeret, dici potest in illis partibus facta, quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis posse lucere, cum etiam nautarum operatione sepe illustrentur, qui in profundum missi emisso ex ore oleo aquas sibi illustrant; que multo rariores fuerunt in principio quam modo sunt, quia nondum congregate fuerant in loco uno. Facta ergo lux illa uicem et locum solis tenebat, que motu suo circumagitata noctem diemque discernebat. Vel in ea parte lucem apparuisse uerisimile est in qua sol cotidiano cursu circumuectus apparet, ut eodem tramite lux circumiens et primo ad occasum descendens uesperam faceret, deinde reuocata ad ortum auroram, id est mane illustraret.

Post facta diuisit deus lucem a tenebris et appellauit lucem diem et tenebras noctem.

Quod dies diuersis modis accipitur.

Hic notandum est quod dies diuersis modis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa que in illo triduo tenebras illuminabat. Dicitur etiam dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur et dies spatium .xx.iiii. horarum, qualiter accipitur cum dicitur: Factum est uespere et mane dies unus, quod tamen distinguendum est. Factum est uespere prius, et post est mane, et ita fuit dies unus expletus .xx.iiii. horarum, dies scilicet naturalis, qui habet uesperam, sed non mane. Mane enim dicitur finis precedentis et initium sequentis diei, quod est aurora, que nec plenam lucem nec tenebras omnino habet. Mane ergo primus dies non habuit, quia nec dies precesserat quem sequentis diei initium terminaret, sed post que luce apparente nox super terram plenius fuit, peractus dies erat, qui ita sumpserat a plena luce inchoatus, et in mane sequentis diei consummatus est. Unde Beda super Genesim: Decebat ut dies a luce inciperet et in mane sequentis diei tenderet, ut opera dei a luce inchoasse et in luce completa esse significarentur. Reliqui autem dies sex mane habuerunt et uesperam, quorum quisque a suo mane incipiens usque ad alterius diei mane tendebatur.

Qualiter distingui debeant illi dies, et quomodo est uespere et mane dies unus.

Hic est naturalis ordo distinctionis dierum, ut distinguantur cum suis operibus tenentes dies a mane usque ad mane. Post casum uero hominis mutatio facta est, ut dies computentur a uespera usque ad uesperam, et adiungatur dies precedenti nocti in oppositione, cum superius alterum ordine naturali precedens dies sequenti nocti adiungi deberet; quia homo a luce per peccatum decidit in tenebras ignorantie et peccatorum; deinde per Christum a tenebris ad lucem redit. Unde Apostolus: Fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino.

Primus itaque dies naturalis a plena luce incipiens et post paulatim uesperam occidente luce excipiens, et mane sequentis diei expletus est. Unde Beda: Occidente luce paulatim et post spatium diurne longitudinis inferiores partes subeunte factum est uespere, sicut nunc usitato cursu solis fieri solet; sed mane autem eadem super terram redeunte et alium diem inchoante, dies expletus est unus .xx.iiii. horarum. Fuit ergo nox in illo triduo, uel tenebra que postea tamen fuit aliqua luce clarificata.

Cur sol factus sit, si lux illa sufficiebat.

au·

Solet autem queri cur factus sit sol, si lux illa faciendo diei sufficiebat. Ad quod dici potest quia lux illa fortasse superiores partes illustrabat, et ad illuminationem inferiorum solem fieri oportebat. Vel potius ideo quod facto sole diei fulgor auctus est; amplior enim multo luce irradiauit dies. Si uero queritur quid de illa luce factum sit, cum modo non appareat, potest dici aut de ea corpus solis formatum, aut in illa parte celi esse in qua sol est, non quod ipsa sit sol, sed sic ei unita sit ut discerni non ualeat.

Quomodo accipiendum sit quod dixit deus, an sono uocis id deus dixerit an non.

·i· Bed' ca· quod prima et appellauerit.

Spacium [illegible] alia pera habere dies [illegible] habuit mane [illegible]

Beda.

Preterea investigandum est quomodo accipiendum sit quod ait: dixit deus. Utrum temporaliter et sono vocis illud dixerit an alio modo. Augustinus super genesim tradit nec temporaliter nec sono vocis deum fuisse locutum, quia si temporaliter, et mutabiliter. Si corporaliter diceretur sonuisse vox dei, in lingua enim qua loqueretur? nec erat quem oporteret audire et intelligere. Bene ergo vox dei ad filium ubi per quem omnia facta sunt refertur. Dixit ergo deus fiat lux, id est non temporaliter, non sono vocis, sed in verbo sibi coeterno, id est verbum genuit intemporaliter, in quo erat dispositum ab eterno ut fieret in tempore, et in eo factum est.

Quomodo accipiendum sit cum dicitur pater operari in filio vel per filium vel in spiritu sancto.

q[uesti]o

Hic solet queri quomodo accipiendum sit quod dicitur pater operari in filio vel per filium vel in spiritu sancto. Hoc enim sepius frequentatur nobis propter illud: Omnia in sapientia fecisti domine, id est in filio; et: In principio, id est in filio, creavit deus celum et terram. Item per quem fecit et secula. Super illum locum quoque psalmi: Verbo domini celi firmati sunt etc. Dicit Augustinus quod pater operatur per verbum suum et spiritum sanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est? Putaverunt quidam heretici quod pater velut auctor, tamquam cum filio et spiritu sancto inferiori operatione quasi instrumento uteretur, ex predictis verbis sumendi occasionem sumentes. Quod velud blasfemum atque sane doctrine adversum abiciat pia fides.

epistola ad hebreos

¶ Non est hic accipiendum eorum sensu dicitur pater operari per filium vel per spiritum sanctum.

Non est itaque intelligendum cum sepe frequenter commemoratur patrem operari in filio vel per filium, tamquam filius non posset facere si pater ei non porrexisset dexteram, vel tamquam aliquid instrumentum fuerit patris operantis; sed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio et spiritu sancto operari, et sine eis nichil facere.

Contra hanc opinionem surgit hereticus.

Sed dicit hereticus: hinc videtur scriptura dixisse filium operari per patrem vel in patre, et spiritum sanctum cum utroque vel per utrumque, quia filius cum patre et spiritus sanctus cum utroque operatur. Cui breviter respondetur: Id illud demum esset, si nusquam in scriptura monstraretur auctoritas. Non enim pater a filio sed filius a patre operatur, et spiritus sanctus ab utroque. Idemque filius etiam per spiritum sanctum legitur operari, quia cum spiritu sancto operatur, et ipsum a se mittit operatur.

Respo[nsio]

Alia predictorum expositio.

Ali[ter] mitte

Potest et aliter illud accipi ut dicatur pater in filio vel per filium operari, quia eum genuit operantem, sicut opificem, sicut dicitur per eum iudicare quia genuit iudicantem. Ita et per spiritum sanctum dicitur operari sive pater sive filius, quia ab utroque procedit spiritus sanctus operator. Ita et Johannes Crisostomus in expositione epistole ad hebreos, sic ait: Ut hereticus insaniens suspicetur tamquam minus aliquid et instrumenti exhibuerit filius, neque per eum pater dicitur fecisse tamquam ipse facere non posset. Sed sicut dicitur pater iudicare per filium quia iudicem genuit, sic et dicitur operari per filium, quia eum constat opificem genuisse. Si enim causa est pater eius secundum quod pater est, multo amplius eorum que per filium facta sunt. Hec de opere prime diei dicta sunt.

Iohs crisost[omus]

Nota cur filius hic pater dicitur

De opere secunde diei quo factum est firmamentum.

Dixit quoque deus: Fiat firmamentum in medio aquarum et dividat aquas ab aquis. Divisitque aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. Sciendum est quod nomine celi hic describitur creatio, sicut ait beda super genesim: Celum in quo fixa sunt sidera, cui supposite sunt aque in aere suspense, et superposite sunt alie de quibus dicitur: Qui tegis aquis superiora eius.

Quid celum dicitur hic. Beda.

Aque in ter firmamento celi.

In medio ergo firmamentum est, id est sidereum celum, quod de aquis factum esse credimus. Cristallinus enim lapis, cuius magna est firmitas et perspicuitas, de aquis factus est. Si quem vero movet quomodo aque natura fluide et in ima labiles super celum possint consistere, de deo scriptum esse meminerit: Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra celum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas, potest etiam super celi speram non vaporali tenuitate sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autem et ad quid sint condite, ipse novit qui condidit.

Quomodo possint esse super celos aque et quales sint.

¶ Ecce ostensum est his verbis quod celum factum sit, scilicet illud in quo fixa sunt sidera, id est quod excedit aerem, et de qua materia, scilicet de aquis, et quales sint aque que super illud celum sunt, scilicet ut glacies solidate.

Aliqui putant celum illud esse igneae nature, quibus consentit aug.

Quidam vero celum quod excedit aeris spatia igneae nature dicunt, asserentes super aerem purum igneum esse, quod dicitur celum, de quo ignes sidera et luminaria facta esse contendunt. Quibus aug. consentire videtur. Hic vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem atque ipse aer

s[ecundu]m auctorita[tem]

s[ecundu]m iob

hic intelligatur, idem Augustinus querit nec absolvit. Quia si aquas tantum appellare vellet celum, illud hic accipi quod spatia aeris excedit, aquas autem que super illud celum sunt more dicit vaporali tenuitate et levissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporaliter trahit et subtiles minutias suspendit, et postea conglobatas pluviales refundit. Si ergo potest aqua, sicut videmus, in quotidianis adventibus pervenire minutias, ut ferantur vaporaliter super aerem aquis levi levior, cur non credamus etiam super illud levius celum minutioribus guttis et levioribus immanere vaporibus? Sed quomodo ibi sint, esse non dubitamus.

Quales sint aque que super celum sunt. Ex quo (?) ... nubium ... levior

Au. su. gen.

Queri etiam solet cuius figure sit celum. Sed sancti scriptores et auctores non scrutati sunt, quia per eos dicere noluit nisi quod prodesset saluti. Certatur etiam si stet aut moveatur celum. Si movetur, inquiunt, quomodo est firmamentum? Si stat, quomodo infixa ei sydera circueunt? Sed firmamentum dicitur non propter stationem, sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. Si autem stat, nichil impedit moveri et circuire sydera.

Que sit figura firmamenti. Utrum stet aut moveatur celum. Quare dicatur firmamentum. Quare non dicitur secunda die

Au. su. gen.

Post hec queri solet quare hic in opere secunde diei non est dictum, sicut in aliorum dierum operibus: Vidit deus quod esset bonum. Sacramentum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est hic dictum, quod sic in mathesi est, secundum quam binarius primus ab unitate est alteritas et signum divisionis.

opere secunde diei quod in aliis dicitur

g. ii. lectio

Sequitur: Dixit deus: Congregentur aque in locum unum et appareat arida. Tertii diei opus est congregatio aquarum in unum locum. Congregate sunt enim omnes aque a celo inferiores in unam matricem, ut lux que preterito biduo aquas clara luce illustraverat in puro aere clarior fulgeret, et appareret terra que cooperta latebat, et que aquis limosa erat fieret arida et germinibus apta. Eodem enim die produxit terra herbam virentem et lignum pomiferum faciens fructum. Si autem queritur ubi congregate sunt aque que totum terre spatium usque ad celum operuerant, forte terra subsidens concavas partes prebere potuit fluctuantibus aquis receptui. Potest etiam dici primarias aquas rariores fuisse, que sicut nebula tegebant terras, sed congregatione esse spissatas, et sic facile in unum posse redigi locum. Et licet plura et multa constet esse maria et flumina, unum tamen locum dicit aquas congregatas, propter continuationem omnium aquarum que in terris sunt, quia cuncta flumina et maria magno mari iunguntur. Idcirco cum dixerit: aquas congregentur in unum locum, deinde dixit pluraliter congregationes aquarum, propter multiplices sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

De opere tertii diei. Quomodo aque congregate in unum locum. Ubi aque congregate sunt. Quomodo aque in unum locum congregate cum multa sint maria et flumina.

beda

beda

De opere quarti diei. Quid fecit.

Sequitur: Dixit deus: Fiant luminaria in firmamento celi, et dividant diem ac noctem. In precedenti triduo disposita est universitas huius mundi machina et partibus suis distributa, in sequenti elementorum formata. Cum lux prima die, que universa illustraret, duo sequentes dies attributi sunt suprime et infime parti mundi, scilicet firmamento faciendo et terre et aque. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est, tertia vero aquarum molibus intra receptacula sua collectis terra est revelata et aer serenatus. Quatuor enim mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt et ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt et ordinata illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentum sole et luna et stellis. Quinta aer in volatilibus et aque in piscibus ornatum acceperunt. Sexta accepit terra iumenta et reptilia et bestias. Post omnia factus est homo de terra, sed non ad terram nec propter terram, sed ad celum et propter celum.

Fiant luminaria. Quare in precedenti triduo facta. Disposita est distinctio elementorum et formata. Quare dicitur duos sequentes dies natura esse attributos firmamento

Ad alia de ornatu celi agitur, sicut prius factum est.

Quia ergo celum ceteris elementis specie prestat, prius ... alia ornatum est in quarto die, quo facta sunt sydera. Et ideo facta sunt, ut per ea illustretur inferior pars, que erat habitantibus tenebrosa. Infirmitati etiam hominum provisum est, ut circumeunte sole perciperent homines dierum noctiumque vicissitudinem propter dormiendi vigilandique necessitatem, et item ideo ne nox indecora remaneret, sed luna et syderibus consolarentur homines quibus in nocte operandi necessitas incumbit, et quia quedam animalia sunt que lucem ferre non possunt. Quod autem subditur: et sint in signa et tempora et dies et annos, quomodo accipiendum sit querit Augustinus, cum quarto die dicantur facta tempora, cum tria priora dies sine tempore non fuerunt. Idcirco tempora que fiunt per sydera ...

Au. su. gen.

Quare facta sunt luminaria

Quomodo accipiendum sit quod ait Augustinus: et sint in signa et tempora.

species motarum vicissitudine certa et qualitates diversas temporibus accipiunt, quia illa mobilibus sideribus fiunt. Et fiunt dies et anni, quos usitate novimus. Sunt enim insignia serenitatis et tempestatis. Et in tempora, quia per ea distinguimus quattuor tempora anni, scilicet ver, aestatem, autumnum, hiemem. Vel sunt insignia et tempora, id est in distinctione horarum temporis, quia priusquam fierent, ordo temporis nullis notabatur indiciis, vel meridiana hora vel qualibet hora. Et in dies et annos, quia per ea fiunt. De opere v. diei. quid dicit

Dixit etiam Deus: Producant aquae reptile animae viventis et volatile super terram etc. De creatis volatilibus una natio Opus quinti diei est formatio piscium et avium, quibus duo elementa ornantur, et de eadem materia, id est de aquis, pisces et aves creavit: volatilia levans in aera, natantia relinquens gurgiti. De opere vi. diei. quo creata sunt animalia

Sequitur: Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, iumenta et reptilia et bestias terrae per species suas etc. Sexti diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur. Utrum post peccatum venenosa creata animalia sint

Quaeri solet de venenosis et perniciosis animalibus, utrum post peccatum hominis ad ultionem creata sint, an potius creata innoxia, post peccatum nocere coeperint. Sane dici potest quod creata nihil homini nocuissent, si non peccasset; pro puniendis enim vitiis vel terrendis, vel probanda et perficienda virtute nocere coeperunt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt nocia. Utrum minuta animalia tunc fuerint creata

De quibusdam etiam minutis animantibus quaestio est, utrum in primis conditionibus creata sint, an postea ex rebus corruptis exorta sint. Pleraque enim de humidorum corporum vitiis vel exhalationibus sive de cadaveribus gignuntur; quaedam etiam de corruptione lignorum et herbarum et fructuum, quorum Deus auctor omnium est. Potest tamen dici quod ea quae de corporibus animalium, maxime mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint nisi potentialiter et materialiter. Ea vero quae de terra vel ex aquis nascuntur vel exeunt, quae terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incongrue dici potest. Quare post omnia factus est homo

Omnibus autem rite atque dispositis, novissime factus est homo, tamquam dominus et possessor, qui omnibus praeferendus erat. Unde sequitur: Vidit Deus quod esset bonum, et ait: Faciamus hominem ad imaginem etc. Sed antequam de factura hominis agatur, de hominis creatione teneamus de in principio admonuisse debet quod supra breviter tetigimus plenius veritatis tetigi plenius agat ubi sanctos scriptores sententias. Inter eos enim tractatores catholici dissentire videntur. Hi rerum distinctione catholica tractatores dissentire ut supra diximus videntur. Alii dicentes res omnes simul esse factas in materia et forma. Alii dicentes res creatas atque distinctas secundum species suas per intervalla vi. dierum, quorum sententiae quae Gregorius et Ieronimus et Beda sic magis insinuare videntur atque ceteri plures, et eius expositio magis approbari videtur. Id hactenus studiose docuimus pro multis, ut quomodo ex illa communi materia informi res corporales per vi. dierum volumina distincti sint formatae. Alii vero tradunt quod non per intervalla temporum facta sunt, sed simul in materia et forma sunt producta. Quod Augustinus super Genesim pluribus modis videtur ostendere, dicens elementa quattuor formata sic in apparentia ab initio extitisse, et caelum et sideribus ornatum fuisse. Quaedam hic alios sequi vero non formaliter sed materialiter tunc facta fuisse opinionem quae post per temporum accessum formaliter distincta sunt, ut herbae, arbores et cetera animalia. Secundum quam sententiam

Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicuntur, sed quaedam formaliter, ut quattuor haec elementa et maiores mundi partes, quaedam vero materialiter. Sed dicit Moyses loquens rudi et carnali populo, locutionis modum temperavit ut de loquendis quasi loqueretur hominibus, qui per moras temporum opera sua perficiunt, cum ipse simul sua opera fecerit. Unde Augustinus: Ideo, inquit, Moyses per dies divisum refert Deum illa opera fecisse, quia non poterant ab homine dici quod ab eo simul poterant fieri.

Item potest dividi septenario dierum numero, quod Deus operandi temporibus non divisit. Illi qui his auctoritatibus et aliis sibi inhaerent, dicunt quod elementa atque caeli luminaria et cetera formata simul facta esse, habuisse illos vi. dies, quos scriptura memorat, sex rerum genera, id est distinctiones appellatas, quae simul facta sunt, partim formaliter, partim causaliter. Quomodo intelligendum est

Quod de vii. die requievisse aliquid nobis dicitur, requievisse ab omni opere. Sequitur loqui oportet. Septimum est, quod complevit Deus die septimo opus suum et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat. Requievisse dicitur Deus die vii., non quod operando lassus sit, sed ab universo opere requievit, quia novam creaturam facere cessavit. Requiescere enim cessare dicitur, unde in Apocalypsi: Non habebant

Super folio xxxiii capitulo: quaestio patet. 42

capter 9·40

requiem dicentia: Sanctus sanctus sanctus, id est dicere non cessant laudes.

Au. Requievisse quoque Deus dicitur, quia cessavit a faciendis generibus creaturae, quia ulterius nova non condidit; usque nunc tamen, ut Veritas in evangelio ait, operatur Pater cum Filio salutem animarum in administrationem eorumdem generum quae tunc instituta sunt, cum virtus eius causa subsistendi esset omni creaturae. Unde ergo dicit: Pater meus usque modo operatur, ergo operari non desinit universae creaturae continuam administrationem. Au. Die ergo septimo requievit, ut novam creaturam ulterius non faceret, cuius similitudo non praecesserit; sed usque nunc operatur, ut quae condidit contineret et gubernaret, non cessaret.

Qualiter accipiendum sit quod Deus dicitur complesse opus suum vii die et tunc requievisse ab omni opere suo.

Sed quaeritur quomodo in vii die dicatur Deus complevisse opus suum, cum in eo ab omni opere illo die requievit, nec aliquod novum genus rerum fecerit. Alia translatio habet: consummavit Deus die vi opera sua, quod nihil habet quaestionis, quod in sexto asserit aperte manifestum, quia ea quae in sexto facta sunt et omnia consummata eodem die perfecta esse Scriptura ostendit, cum ait: Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona.

Quod alia translatio nihil dicit quaestionis quia sequitur.

Quomodo omnia a Deo dicuntur esse valde bona.

Valde bona: quod vero dicit bona erant, nec tamen in sui natura unaquaeque bona, sed bona quae dicit Deus in singulis. Simul vero universa valde bona, quia ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum et loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis.

Sexto ergo die facta est omnium operum consummatio. Id quidem secundum aliam translationem nulla oritur quaestio, quomodo dicatur Deus die vii opus suum complesse, quod Hebraica veritas habet, in quo tamen nihil novum condidisse dicitur, nisi forte dicatur die vii complevisse opus suum, quia ipsum benedixit et sanctificavit. Sic enim habet Scriptura: Benedixit diei vii et sanctificavit illum. Opus enim est benedictio et sanctificatio, sicut Salomon aliquid operis fecit cum templum dedicavit.

Responsio ad quaestionem praemissam secundum [illegible] sit dictum vii die complesse opus suum.

Beda. Illum autem diem sanctificasse et benedixisse dicitur, quia mystica praeceteris benedictione et sanctificatione eum dotavit, ut dicitur in lege: Deus cum septimo sanctificate diem sabbati. Inde est quod numerando dies usque ad vii procedimus, et dicimus vii esse dies, et quorum repetitione decursus temporis agitur.

Et sic significatur benedictio ut dici[tur].

Cur numerando dies usque ad vii progredimur et redimus.

non quia alius sit ab illis dies octavus et nonus, et sic de ceteris. Sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt, in vii vero, licet nihil fuerit novum genus rerum institutum, fuit tamen in se et quaedam novitas sanctificationis operum in quietationis conspiciatur. Potest et sic exponi: Complevit Deus die vii opus suum, id est completum et consummatum vidit.

Alia solutio quaestionis superioris.

XVI

Hic considerandum quod supra de hominis creatione praemisimus ad effectum mancipare, tandem ordine explicare hic suscepimus. Ubi haec consideranda videntur, scilicet quare creatus sit homo, et qualiter sit institutus, et qualiter et quomodo formatus; deinde qualiter sit lapsus; postremo qualiter et per quem sit reparatus. Horum autem primo et secundo pertractatis, causam conditionis humanae et modum institutionis supra pro modulo nostrae facultatis insinuavimus; id quod superest, ut qualis et quomodo factus sit, disseramus. In Genesi legitur: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. In eo quod dicit faciamus, una operatio trium personarum ostenditur; in hoc vero quod dicitur ad imaginem nostram, una et aequalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim Patris hoc dicitur ad Filium et Spiritum sanctum, non, ut quidam putant, ad angelos, quia Dei et angelorum non est una et eadem imago vel similitudo.

De hominis creatione in sexto die, et quare creatus sit homo, et qualiter sit institutus, et qualiter formatus, et qualiter lapsus, et per quem sit reparatus.

Quomodo intelligendum sit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Beda.

Imago autem et similitudo in hoc loco vel in anima intelligitur, id est in natura [illegible] essentia ad quam factus est homo, vel [illegible] qua factus est homo. Ipsa hominis creatione [illegible] cuius imaginem quam Deus creavit intellexit iste ut Beda, cum dicit non esse unam imaginem Dei et angelorum, sed trium personarum. Non angeli sunt ubi sermo fit, ut ipse cuius imago dicitur, quia imago relative ad aliud dicitur, cuius similitudinem gerit et quod repraesentando fit, sicut imago Caesaris, quae ipsius similitudinem praeferebat et ipsum quodam modo repraesentabat. Imago autem dicitur ad quod aliud fit. Sicut exemplum proprie dicitur quod sumitur ex aliquo, et exemplar ex quo sumitur aliquid; ponitur tamen aliquando abusive alterum pro altero. Sed vel minus proprie accipitur imago; essentia Trinitatis si ita nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Quod Dei et angelorum non est una imago. Quod imago et similitudo hic accipitur [illegible].

Factus ergo est homo ad imaginem et similitudinem Dei, sicut supra insinuavimus, de qua diximus. Unde fuerunt nonnulli qui ita

Au. in li. [illegible]

ſ. ii. regim

5

Fi. 3gradō

[illegible] retrahere sese respirationis.

distinxerunt, ut et imaginem in hoc loco intellige-
rent Filium, hominem vero non imaginem sed ad imagi-
nem factum dicentes. Quos refellit Apostolus dicens: Vir quidem
est imago et gloria Dei. Hec namque imago et homo est
Dei, sed ad imaginem non ad Filium dicitur factus. Alioquin
non diceretur ad imaginem nostram. Cum enim nostram di-
cit, esse cum Filius solius Patris imago sit. Alio et opposito modo ima-
Fuerunt autem et alii perspicacius sentientes ginem dicentes [illegible]
ipsi qui per imaginem Filium et per similitu- [illegible]
dinem Spiritum sanctum intelligerent, quia similitudo Similitu-
est Patris et Filii. Nos vero plurali numero dicitur [illegible] dinis
referentes ad similitudinem tam ad imaginem
ubi intelligendus est mens hominis. Licet imagi-
nem dicas et ad imaginem et similitudinem factum esse
intellexerunt, et imaginem et imaginis esse et simili-
tudinis. Hec bona satis applicat secundum imaginem dicentis

Verumtamen hec distinctio [illegible] similitudinem di-
ligentius [illegible] in homine quedam et
tum in quibusdam [illegible] considerandum
gruenter in ipso homine imago et similitudo [illegible]
Deo [illegible] considerandum est. Est ergo homo [illegible]
ad imaginem Dei et similitudinem [illegible]
irrationabilibus antecellit. Secundum imaginem [illegible] intelli-
memoriam, intelligentiam et dilectionem; ad si- gentiam
militudinem secundum innocentiam et iustitiam, que in mente
rationali naturaliter sunt. Vel imago consideratur in cognitione
veritatis, similitudo in amore virtutis. Vel imago
in aliis omnibus, similitudo in essentia, quia immortalis
et indivisibilis. Unde Augustinus in libro de quantitate anime:
Anima facta est similis Deo, quia immortalem et indissolubi-
lem fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad for-
mam, similitudo ad naturam. Factus est Quod imago de Deo et
ergo homo secundum animam ad imaginem et similitudinem non imago [illegible] et
Patris tantum vel Filii vel Spiritus sancti, sed totius Trinitatis illud in
[illegible] Faciamus. Dicitur homo esse imago Dei quia quo
imago Dei in eo est. Sicut imago dicitur tabula et
pictura que in ea est, sed propter picturam que in ea est
simul tabula imago appellatur, ita propter imaginem Trinitatis
etiam illud in quo est imago nomine imaginis vocatur.

Quo circa homo et imago dicitur Quod homo dicitur et
ad imaginem, Filius autem imago, non imago et ad ima-
go, non ad imaginem, quia natus, non ginem, Filius non
creatus, equalis et in nullo dissimilis imago et
homo creatus est, quia non genitus, non parili- non ad ima-
tate equalis, sed quadam similitudine ac- ginem
cedens. Unde Augustinus in vii de Trinitate: In genesi legitur:
Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.
Faciamus et nostram pluraliter dictum, nisi ex relativis accipi
non oportet. Ut fuerit intelligendum Pater et Filius et Spiritus sanctus ad
imaginem Patris et Filii et Spiritus sancti ut subsisteret homo
imago Dei. Sed quia non omnino equalis fiebat illa imago,
tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata, ideo ita imago
dicitur quod fit ad imaginem, quia non equatur parilitate,
sed accedit quadam similitudine. Filius autem est ima-
go, sed non ad imaginem, quia equalis Patri. Dictus est au.
ergo homo ad imaginem propter imparem simili-
tudinem. [illegible] imago interioris esse ho-
minis intelligitur, non enim equatur sicut Filius Patri. Itaque
ostenditur secundum quid homo sit similis Deo, secundum
animam. ¶ Sed et in corpore quidam Quod et corpus pot-
proprietatem habet que hoc indicat, quia est dicitur factus ad si-
erecta statura, secundum quod corpus anime ra- militu-
tionali congruit, quia in celum erectum est. dinem.

Beda.

Hic de origine anime plura De creatione anime que-
solent queri, scilicet ubi creata sit de [illegible]
et quando, et [illegible] habuerit [illegible]
¶ Sicut hominis formatio secundum corpus de [illegible]
scribitur, cum dicitur: Formavit Dominus hominem habitu
de limo terre, ita et de eius anima facta dicitur [illegible]
cum subditur: Et inspiravit in faciem eius one
spiraculum vite. Corpus enim de limo terre for-
mavit Deus, cui animam inspiravit. Vel secundum aliam au.
translationem: Flavit vel sufflavit, non quod faucibus suffla-
verit vel manibus corporeis corpus Quod non corporeis in-
formaverit. Spiritus enim Deus est, non strumentis formas-
lineamentis membrorum compositus. Non ergo set sufflasse in-
carnaliter putemus Deum corporeis manibus telligen-
formasse corpus, vel faucibus inspirasse dus est
animam. Sed potius hominem de limo terre secundum corpus for- De.
mavit iubendo, volendo, id est voluntate vel verbo suo
iussit ut ita fieret, et inspiravit in faciem eius
spiraculum vite, id est substantiam anime in qua viveret, crea-
vit; scilicet non de aliqua corporali, ut spiritualem, sed de ni-
chilo. ¶ Putaverunt enim quidam heretici Opinio
Deum de sua substantia animam creasse, verbis quarundam here-
scripture putantes in heresim ticorum qui putave-
quibus dicitur: Inspiravit vel sufflavit, [illegible] runt animam esse de
cum flat, inquiunt, vel spirat homo, de se substantia De-
flatum emittit. Sic ergo cum dicitur Deus flasse vel spi-
rasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum ho-
minis eum misisse intelligunt, id est de sua substantia. Qui au. Responsio.
hoc dicunt non [illegible] pia locutione [illegible]
et sufflavit vel flavit, flatum hominis faciam
fecit; flare enim est flatum facere. Flatum facere.

lr consideratur
imago et similitudo.

Supple.

[illegible]issibilem

ali. xiv. xv. de t.

D. xvii.

i. de ea. [illegible]

est animam facere. Unde dominus per Ysaiam: Omnem flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem dei. Si enim hoc esset, nec a se nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum vel patiendum compelli, nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animavit factus est a deo, non de deo, non de aliqua materia sed de nichilo.

Hic ostenditur quando facta sit anima, an corpus an in corpore.

Sed utrum in corpore an extra corpus, etiam inter doctores scrupulosa questio est. ¶ Augustinus enim super Genesim tradidit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ultro ad corpus accessisse, nec compulsa est incorporari, sed ipsa illud voluit, id est sic creata fuit ut vellet, sicut naturale nobis est velle vivere; male autem velle vivere non nature sed voluntatis est proprie.

Opinio aliquorum quod cum angelis creata [illegible] libere accepisse ad corp.

¶ Alii vero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam, ita exponentes verba illa: Inspiravit in faciem eius spiraculum vite, id est animam in corpore creavit, qua totum corpus animaretur, et faciem tamen spiritualiter expressit, quia hec pars sensibus ornata est ad intuenda superiora.

Aliorum sententia qui dicunt animam in corpore fuisse creatam.

¶ Sed quicquid de anima primi hominis existimetur ab aliis, expressissime sentiendum est quod in corpore creentur. Creando enim infundit eas deus et infundendo creat. De Adam vero dicendum est etiam animam illam vel sic esse creatam, ut prescia esset operis sui futuri iusti vel iniusti.

Quando illa prescia non fuit operis futuri.

In qua etate deus hominem fecerit.

Solet etiam queri utrum deus hominem repente in virili etate fecerit, an perficiendo et etates augendo, sicut nunc format in matris utero. ¶ Augustinus super Genesim dicit quod Adam in etate virili continuo factus est, et hoc secundum superiores, non secundum inferiores causas, id est secundum voluntatem et potentiam dei, quam non nature generibus alligavit, qualiter iuga more sequenda est in dicendo. ¶ Nec tamen contra illam fuit rationem causalem, sed non nobis quibus alius nature cursus innotuit. Deo autem natura est quod facit. Non ergo contra dispositionem suam illud fecit deus. ¶ Fuit enim in primitivis causis conditionis sic hominem posse fieri, sed non ibi erat necesse ut sic fieret. Hoc enim non erat in conditione creature, sed in beneplacito creatoris, cuius voluntas rerum necessitas est. ¶ Hoc enim necesse est futurum esse quod ille vult et prescit, cuius ultra vires sunt inferiores causas futura sunt, sed in sui placentia dei futura non sunt. Sicut ubi aliter futura sunt, sic et ibi sunt ubi presciret ille qui non potest falli. Sic ergo factus est Adam non secundum inferiores causas, quia non erat in inferioribus causis seminalibus ut ita fieret, sed secundum superiores, nec contra naturam operantes, quia in inferioribus causis illud erat ut ita posset fieri.

In etate virili factus est homo, et hoc secundum superiores, non secundum inferiores causas.

Ubi homo extra paradisum factus et ipse in paradiso sit positus.

Hominem autem ita formatum tulit deus, ut scriptura docet, et posuit in paradiso voluptatis, quem plantaverat a principio. ¶ His verbis aperte Moyses insinuat quod homo extra paradisum creatus, post modum in paradiso sit positus, quod ideo factum dicitur, quia non erat ibi mansurus, vel ut intelligeret se gratie hoc assignandum. ¶ Intelligitur autem paradisus localis et corporalis in quo homo locatus est.

Quod paradisus ille intelligendus sit localis.

¶ Tres enim generales de paradiso sententie sunt: una eorum qui tantum corporaliter intelligi volunt, alia eorum qui spiritualiter tantum, tertia eorum qui utroque modo paradisum accipiunt. Quam tertiam michi placere fateor.

Tres sententie de paradiso.

Ut homo in paradiso corporali sit positus. ¶ Quod autem illo principio plantatum accipitur, per quod ostenditur tertium diem remotis aquis, quando terra herbas et ligna producere iussit, qui et presentis ecclesie vel future typum tenet.

Quod a principio plantatus sit paradisus.

Ad literam tamen intelligendus est locus amenissimus, fructuosis arboribus plenus, magnus quoque fonte fecundus. Quod vero dicitur a principio, antiqua translatio dicit ad orientem. Unde volunt in orientali parte esse paradisum, longo interiacente spatio vel maris vel terre a regionibus quas incolunt homines secretum, et in alto situm, usque ad lunarem circulum pertingentem; unde nec aque diluvii illuc pervenerunt.

Qualis locus paradisus sit et ubi.

In hoc autem paradiso erant ligna diversi generis, inter que unum lignum est quod vocatum est lignum vite, et aliud lignum scientie boni et mali.

De lignis paradisi, inter que lignum vite et lignum scientie boni et mali.

¶ Lignum autem vite donum est, sicut docet beda, quod divinitus accepit hanc vim, ut qui ex eius fructu comederet, corpus eius stabili sanitate et perpetua soliditate firmaretur, nec ulla infirmitate vel etatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberetur.

Quare sic dictum lignum vite.

¶ Lignum autem

Quare vocatur sic lignum scientie boni et mali.

scientie boni et mali, non quia natura hoc nomen acceperit, sed ab occasione rei postea secute. Arbor enim illa non erat mala, sed scientie boni et mali ideo dicta est, quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientie bonum et inobedientie malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde positum est illud nomen, sed de re que transgressionem secuta est. Cognovit enim homo prius quam tangeret hoc lignum bonum et malum; sed bonum per prudentiam et experientiam, malum vero per prudentiam tantum. Quod etiam per experientiam novit usurpato ligno vetito, quia per experientiam mali didicit quid sit inter bonum obedientie et malum inobedientie. ¶ Si vero primi parentes obedientes essent, nec esset preceptum, peccassent, tamen id non minus diceretur lignum scientie boni et mali, quia hoc accideret si illud tangeret. A ligno ergo homo prohibitus est quod malum non erat, ut ipsa precepti conservatio bonum illi esset, transgressio malum. Nec melius considerari potuit quantum malum sit inobedientia, quam cum ideo reus factus est homo iniquitatis, quia prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset, nec peccasset nec penam sensisset. Sicut enim venenosam herbam prohibitus tetigerit, pena sequitur, etsi nemo prohibuisset similiter sequeretur. Si etiam prohibetur res tangi que non tangentem tantum sed prohibentem obesset, sicut aliena pecunia, id prohibitum est peccatum, quod prohiberetur est damnosum. Cum vero tangitur quod nec tangentem obesset si non prohiberetur, nec cuilibet si tangatur, ideo prohibetur ut per se bonum obedientie et malum inobedientie monstretur. Sicut primus homo ex re bona prohibita penam incurrit, ut non ex re mala, sed ex inobedientia pena esse monstraretur, sic de obedientia palma.

Si primi homines non peccassent vel non, unde diceretur scientie boni et mali.

Aug. super Gen.

De formatione mulieris.

In eodem etiam paradiso mulierem formavit Deus de costa viri. Sic enim post plantatum paradisum hominemque in eo positum, et post universa animalia ad eum ducta, eisque nominibus designatis, subnectitur scriptura: Immisit Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis eius et formavit eam in mulierem. ¶ Hic attendendum est quod non creavit simul virum et mulierem sicut angelos, sed prius virum, deinde mulierem de viro, ideo scilicet ut unum esset generis humani principium, et ut in hoc superbia diaboli confunderetur, et hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a Deo principium esse cupiens, sed ut ei superbia recideretur, hoc homo in munere accepit quod diabolus perverse rapere voluit, sed obtinere non potuit. In hoc etiam imago Dei in homine apparuit, quod sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis. ¶ Ideo etiam ex uno homine omnes esse voluit Deus, ut dum cognoscerent se ab uno esse omnes, se quasi unum amarent.

Quare prius virum et mulierem de viro, similiter etc.

Alia ratio quare ex uno omnes homines.

Quare de latere viri et non de alia corporis parte formata sit.

Cum autem his de causis facta sit mulier de viro, non de qualibet parte corporis viri, sed de latere est formata, ut ostenderetur quia in consortium formabatur dilectionis, ne forte si fuisset de capite viri facta, viro ad dominationem videretur preferenda, aut si de pedibus, ad servitutem subiciendi. Quia ergo viro nec domina nec ancilla parabatur, sed socia, nec de capite nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda, ut iuxta se ponendam cognosceret quam de suo latere sumptam didicisset.

Quare dormienti viro, non vigilanti, costa subtracta est.

Non sine causa quod dormienti viro, et postea quam vigilanti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata, sed ut nullam viro sensisse penam monstraretur, et divine simul potentie opus mirabile ostenderetur, que hominis dormientis latus aperuit, nec eum tamen a quiete soporis excitavit. In quo etiam opere sacramentum Christi et ecclesie figuratum est. Sicut mulier de latere viri dormientis formata est, ita ecclesia ex sacramentis que de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt, scilicet sanguine et aqua, quibus redimimur a penis et abluimur a culpis.

De sacramento huius operis.

Utrum de illa costa sine additamento extrinseco facta sit per Dei potentiam, sit vel per angelos sic ministerio phari ei fie.

Solet etiam queri utrum de costa illa sine adiectione rei extrinsece facta sit mulier, quod quibusdam non placuit. Ceterum si ad perficiendum corpus mulieris Deus extrinsecum augmentum addidisset, maius illud esset quam ipsa costa, et ideo potius de illo quam de ipsa costa mulier facta deberet dici, de quo plures accepisset substantie partes. Restat ergo ut de sola ipsius coste substantia sine omni extrinseco additamento per divinam potentiam in semet-

q̄ fuit ... diaboli ... appeteret.

Simile

... de gratia

Quod ad sanguinem ... quod ad aquam ...

quo ad aquam ... replet ...

... male

ipsa multiplicata in mulieris corpus facta dicatur:
eo scilicet miraculo quo postea de quinque panibus
sub caelesti benedictione multiplicatis V milia licet
hominum saturata sunt. ¶ Illud etiam Quod angelicum minis-
sciri oportet, utrum angelorum ministerio terio illud opus comple-
facta sit mulieris formatio. sed non est eis tri- tum sit cum non habent ca-
buenda creationis potentia; angeli enim nul- [illegible]
lam possunt creare naturam. Ergo non formare costam sed angeli.
in mulierem, nec carnis supplementum in loco cos-
te. Non quod nihil agant in aliquo creaturae, sed non ideo cre-
atores sunt: sicut nec agricolae segetum aut arborum;
Solus autem Deus, id est trinitas, est creator. Facta est ergo femina:
quod etiam non in costa ministerio sit per angelos:

Aug. super Gen.

Sed queritur utrum superiores an inferiores causae
an ratio qua rerum facta similiter, id est an ratio seminalis se-
Deus in primis operibus id haberet ut tantum fieret, an non haberet
concreavit, id haberet ut sic fieri posset vel ut sic fieret.
secundum ipsam ex viri latere fe- inde omnino esset causa tan-
mina fieri necessario foret, an hoc tantum ut fieri posset;
Ad quod sciendum est omnium rerum de causis rerum la-
causas in Deo ab aeterno esse. Ut enim homo tentibus in dispositione
sic fieret, et equus, et huiusmodi, in Dei potentia et dispo-
sitione ab aeterno fuit, et hae dicuntur Quare causae quae in Deo sunt
primordiales causae, quia istas aliae non primordiales dicuntur:
praecedunt, sed istae alias, quae sunt causae quae praecedunt ple-
causarum. Sunt namque universitatis divina potentia Dei
tia, dispositio sive voluntas. Haec uno solum
principalis causa, tamen per effectus diversos plures dicuntur.
Aug.: causas primordiales omnium rerum in Deo esse in-
ducens similitudinem artificis, in cuius dispositione
est qualis futura sit arca. Et hoc Quod non omnium
in Deo uniuscuiusque rei futurae causa praecessit, sunt causae
in creaturis vero quarumdam rerum, sed non omnium et in
causae sunt: ut ait Aug.; Quia inseruit Deus se- Sig-
minales rationes rebus, secundum quas aliae ex aliis
proveniunt, ut de hoc semine tale granum, de
hac arbore talis fructus, et huiusmodi. Et hae Quae causae in quantum
quae dicuntur primordiales causae, sed non a Deo seminales licet
ipsae, quae habent ante se causam etiam quae prior est ipse tamen dicuntur
universalis prima est; illae vero ad res aliquas primordiales
dicuntur primae, quae scilicet ex eis proveniunt; ideo et ¶ Alia ratio
primordiales dicuntur, quia in prima rerum conditione quare primor-
one rebus a Deo insitae sunt, et sicut dicuntur dia-
mutabiles seminales, et hae causae mutari possunt les
quae autem in Deo immutabiles sunt, mutari non possunt;

Omnium quoque rerum distinctio causarum per quas fiunt quaedam res
causae in Deo sunt; quaedam tantum in Deo, quaedam in Deo tantum.
quarumdam causae et in Deo sunt et in creaturis; quarum-
dam vero causae in Deo tantum sunt. Illae vero causae dicuntur abs-
conditae in Deo, quia in divina dispositione est ut hoc
vel illud fiat, quod non est in seminali creaturae ratione. ¶ Et
illa quidem quae secundum causam seminalem fiunt Quae
dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturae homini- dicuntur na-
bus innotuit; alia vero praeter naturam, turaliter fieri
quorum causae tantum sunt in Deo. Unde ait Aug.: et quae non.
Et illa quae per gratiam fiunt, vel ad ea significanda,
non naturaliter sed mirabiliter fiunt. Inter quae mulieris
facturam de costa viri ponit, dicens: Ut Aug. super Gen.
mulierem ita fieri necesse foret, non in rebus conditum,
sed in Deo absconditum erat. Omnis enim naturae cursus habet naturales leges. Super
hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus
facere aliud quam eorum naturalis ratio habet, ut virga
scilicet arida repente floreat, fructum gignat, et
in iuventute sterilis femina in senectute pariat,
ut asina loquatur, et huiusmodi. Dedit autem naturis ut
ex his etiam haec fieri possent, non de germine ope-
ut in naturali motu haberent; hoc quoque re pro-
ipse absconditas quasdam factorum causas quas vide
rebus condens non inseruit, easque implet hoc opere ac
providentiae quo naturas subsistere facit ut sint; sed
quo illas administrat ut velit, quas ut voluit
condidit. Ibi ergo est et quae ad gratiam significandam ad
non naturali motu rerum sed mirabiliter facta sunt,
absconditae causae in Deo fuerunt. Quorum unum erat
quod mulier facta est de latere viri dormientis.
Non habuit prima rerum conditio ut femina sic
fieret, sed ut sic fieri posset; ne contra causas quas
Deus voluntarie instituit mutabili voluntate
aliquid facere putaretur. De anima mulieris quae non est

Quemadmodum mulieris ex anima viri licet
corpus de viri corpore tra- dum putaverunt
ductum fuit, ita putaverunt aliqui dixerunt aliqui
ipsam animam de viri anima propagatam, creduntur
et omnes animas per primam de traduce esse sicut cor-
pora. ¶ Alii autem putaverunt Aliorum opinio qui pu-
simul omnes animas ab initio crea- taverunt de animabus
tas. ¶ Catholica autem ecclesia nec simul simul ab initio creatas
nec ex traduce factas esse animas ¶ Sententia catholicae ec-
docet, sed in corporibus per coitum se- clesiae digna sunt
minatis creando infundi et infun-
dendo creari. Unde in ecclesiasticis dogmatibus: Animas
hominum non esse ab initio inter ceteras intellec-
tuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes
fingit, dicimus, neque cum corporibus per coitum semi-

balaam

quia necessitati mor-
tis addictum.

Unde Aug.

nati, sicut Luciferiani et Cirillus et quidam latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminari, creationem vero anime solum creatorem nosse, eiusque iudicio corpus coagulari in vulva et compingi atque formari, ac formato iam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia. Hec etiam anathematis vinculo illos detinet qui animas ex traduce dicunt. Inducet autem auctoritatem ipse: Qui finxit singillatim corda eorum; hic sanctus inquit innuit ipsa scriptura quod non animam de anima facit deus, sed singillatim animas de nichilo creat.

Solent etiam queri plura de primi hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit homo antequam peccaret, utrum in corpore et in anima mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis, de statu non inferioris vite et de transitu ad superiorem, de modo propagationis filiorum, et alia multa que non inutiliter sciuntur, licet aliquando curiositate querantur. Et prius que ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate corporis et modo propagationis filiorum, ideo dicamus quedam inspiciamus. Primum de hoc, secundum naturam corporis mortalis an immortalis fuit. Erat quidem mortalis aliquo modo, quia poterat non mori, et mortalis quodam modo, quia poterat mori. In illo namque primo statu habuit posse mori et posse non mori, et hec fuit prima hominis immortalitas, scilicet posse non mori.

In secundo vero statu post peccatum habuit posse mori et non posse non mori, quia in hoc statu moriendi est necessitas.

In tertio statu habebit posse non mori et non posse mori, quia ad illum statum perveniet necessaria moriendi impossibilitas, que ex gratia erit, non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis animale, id est egens alimoniis ciborum, unde et homo factus dicitur in animam viventem, non in spiritualem. Quomodo id est in animam corpus vivificantem, quod adhuc erat animale, non spirituale, quod egebat cibis. Ut per animam vivere, factus est homo in animam viventem, id est vivam corpori dantem tamen per sustentamenta ciborum, et tunc erat corpus mortale et immortale, quia poterat mori et poterat non mori. Post peccatum vero factum est mortuum, sicut dicit apostolus: Corpus propter peccatum mortuum est, id est necessitatem moriendi inseparabilem. In resurrectione vero erit spirituale, scilicet agile et habile, non egens, et immortale, non sicut in statu primo tantum fuit, scilicet quod posset non mori, sed etiam quod non posset mori. Unde Augustinus super Genesim: Apostolus ait: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, id est primi de limo terre formatum est corpus animale, non spirituale tamen quale resurgentium erit. Et renovabitur enim quietus statu, non in corpus animale quale fuit, sed in melius, id est spirituale, cum hoc mortale induet immortalitatem. Quamquam mutandus erat Adam non in mortem corporis animalis, peccando meruisset. Notat autem apostolus corpus mortale esse propter peccatum, sed mortuum. Illud namque ante peccatum mortale et immortale erat, quia poterat mori et non mori. Aliud est autem non posse mori, aliud posse non mori. Ideo factum est propter peccatum non mortale, quod erat, sed mortuum, quod non fieret nisi peccasset. Animale enim non est hoc corpus sicut primi hominis fuit, sed iam deterius; habet enim necessitatem moriendi. Ecce hic evidenter aperte ostenditur quod corpus hominis ante peccatum mortale et immortale fuit, sed non quale fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda super Genesim ait: Non est credendum ante peccatum tam fuisse mortua corpora sicut modo; dicit enim apostolus: Corpus propter peccatum mortuum est. Sed licet fuissent animalia nondum spiritualia, non tamen mortua, que scilicet necesse esset mori.

Solet hic queri utrum homo primus mortale et immortale corpus habuerit, vel utrum ex conditione nature ipsius corporis habuerit utrumque, an aliud beneficium esset gratie, scilicet immortalitas, id est posse non mori.

Ad quod dici potest quod aliud habebat ex natura corporis, id est posse mori, aliud vero, scilicet posse non mori, erat ei ex ligno vite, scilicet ex dono gratie. Unde Augustinus super Genesim: Corpus animale immortale erat, quod erat ei de ligno vite, non de conditione nature; mortale vero ... lis erat conditione corporis animalis, immortale vero beneficio conditoris. Non enim immortale erat quod omnino mori non posset, quod non erat nisi cum fieret spirituale. Aperte dicit quod non ex natura, sed ex ligno vite habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt quod nisi illo ligno uteretur, non semper viveret quod peccasset; peccaret enim si non de illo ligno vite ... retur, quod preceptum erat ei ut comederet de omni

Levitici.

De primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuit corpore et secundum animam.

Que secundum eadem ad anime pertinent, dic quod an ... pecc. secundum ... erat homo corp. et secundum aliud ... et al.

De homine in primo statu, scilicet ante pecc. fuit corp. mortale et immortale.

De statu hominis mortal. post pecc.

In tertio statu erit omnino immortal. ... non poterit.

mori.

Quomodo dicatur factus in animam viventem corp.

Aug. super Gen.

Corpus hominis ante peccatum mortale et immortale erat.

Quo sensu dicatur corpus mortuum.

Beda super Gen.

Utrum immortalitas quam habuit ante pecc. esset de gratia vel natura.

Respo. quod aliud fuisse de natura, aliud scilicet posse non mori, aliterum ex dono gratie, scilicet posse non mori.

Aug. super Gen.

Aliud dicitur quod immortal. de ligno vite ... vite ...

peccaret.

Scilicet necessita-
ti mortis ad-
dictum.

Id est ex gratia.

Scilicet quod ... vite erat ei de
ligno vite.

Id est ...

necessitati mo-
rti addictum.

5

ligno paradisi. nisi de ligno scientie boni et mali;
Sicut ergo peccavit comedendo quod erat prohibitum
ita etiam peccaret si non comederet quod erat iussum;
Sed ad hoc Sed si foret preceptum ut de illo ligno ederet et
queritur. si aliquis si illo uteretur an posset non mori.
non esset preceptum ut de ligno vite Opinio quorundam di-
ederet. et aliquis si non illo vesceretur centium ei ipse
numquid posset non mori; Si semper viveret. si mori [illegible]
sustentus illo ligno non erat ei ex ligno p edere de illo
se non mori. Si vero non posset semper vivere. ligno. dum
id erat ei ex illo ligno; ¶ Aliqui dicunt quod si tamen aliis
non fuisset ei preceptum vesci de illo ligno. et [illegible]
aliquis tamen illo vesceretur. viveret semper. Sic deter-
minantes illud quod supra dixit Aug. Erat ei de
ligno vite. id est de conditione nature. Alii sic. Erat ei
ex conditione nature solummodo erat ei. sed
etiam ex ligno illo. ¶ Alii aliud Alii asserunt quod ex
uti. quod ex ligno vite erat ei posse ligno illo erat
non mori. non ex natura; Id enim dicit potius ei non posse
se non mori. quod poterat uti ligno illo mori et
de quo esset non moreretur; semper viveret.

De hac vero hominis immortalitate Quod Aug. quamdiu immor-
talitate qualis fuit Aug. super Gen. ostendit talis factus sit
au. nem moriendi. sic ait; Queritur quomodo homo
immortalis factus sit et homo cum aliis animantibus.
et quomodo cum illis cibum acceperit alimo-
niam; Sed aliud est mortalitas carnis quam in
Adam accepimus. aliud quam in resurrectione speramus
per Christum. Ille factus est homo immortalis. ut pos-
set non mori si non peccaret. moreretur autem si pecca-
ret; filii vero resurrectionis nec poterunt ultra pecca-
re. nec mori; Caro nostra non tunc egebit refec-
tione ciborum. quia nulla poterit esse defectio; Ca-
ro Ade ante peccatum ita immortalis creata est. ut
per alimoniam adiuta esset mortis et doloris ex-
pers; ¶ Sic ergo immortalis et incorruptibilis con-
dita est caro hominis. ut suam immortalitatem
et incorruptionem possideret. quamdiu man-
datum dei custodiret; ¶ In illis Attende quod in precepto
mandatis hoc continebatur. ut de ad hominem datis p-
illis concessis manducaret. et ab uno [illegible]
tantum abstineret; Per hec enim edulia de solo ligno. non
mortalitatis dona conservaret. donec de ligno scientie
corporalibus incrementis perductus ad etatem boni et ma-
quam conditor placeret. multiplicata prole li come-
iam ipso iubente sumeret de ligno vite. quo deret.
perfecte immortalis factus cibi alimenta non que-

reret requireret; ¶ Ecce his verbis videtur Summatim sic
Aug. tradere. quod caro primi hominis et per esum aliorum
mortalitatem et immortalitatem habuit. que per ali- colligit
moniam ciborum conservaretur usque ad tempus senten-
sue translationis in melius. et tunc de ligno vite tiam
comederet. et fieret omnino immortalis. ut non pos-
set mori; Quod ex premissis consequitur hominem debuisse sic conditum
deo aliquid dicitur quod immorta- esse quomodo fuisse immorta-
litatem de natura habebat. quia [illegible]
poterat non mori. et aliorum lignorum esu poterat [illegible]
vita conservari. sed non poterat consummari nisi per as- ligno
sumptionem ligni vite. quod videtur Aug. sentire super vite.
Gen. dicens. hec etiam addo talem cibum illam arborem
prestitisse. quo corpus hominis stabili sanitate
firmaretur. non sicut ex alio cibo. sed inspiratione salu-
britatis occulta. ¶ Hic innuere videtur quod ex aliis ci-
bis posset corpus sustentari. hac cibo vero stabili
sanitate firmaretur; Ex quo consequi videtur quod Adam in
natura sua habuit mortalitatem quandam. id est aptitu-
dinem moriendi. et etiam aliquam immortalitatem in
natura sua habuit. id est aptitudinem qua poterat
non mori. ciborum adiutus. sed si perstitisset immortalita-
tis perfectio esset ei de ligno vite; Si qui hec tra-
dunt. quomodo superiora Aug. illa capitula dicentia
quod erat immortalis ex ligno vite huic sententie
non contradicunt. diligenter inquirant; de hoc primo

Post hec videndum est. nis filios suos peccassent. de origine
quales primi parentes si non et quales nascerentur filii.
peccassent filios procreassent. et tales ipsi filii Opinio quidam
nascerentur. Quidam putant eos gignendos filios [illegible]
primos homines in paradiso nisi dicto primos homines
coiri non potuisse nisi post peccatum ante peccatum [illegible]
dicentes concubitum sine corrup- non potuisse
tione vel macula non posse fieri. Sed ante se-
peccatum nec corruptio nec macula in homine esse
poterat. quam ex peccato hec consecuta sunt;
¶ Ad quod dicendum est. quod si stetissent Responsio contra illorum opinionem.
peccassent primi homines sine videtur quod non si peccasset
omni peccato et macula in paradiso sine peccato [illegible]
carnali copula convenissent. et esset [illegible]
thorus immaculatus. et commixtio sine [illegible]
concupiscentia. atque genitalibus membris [illegible]
sicut ceteris imperarent. ut ibi nullum motum [illegible]
illicitum sentirent. et sicut alia membra corpo- [illegible]
ris aliis ad movendum. ut manus et os sine ardore
libidinis. ita genitalibus uterentur membris.
sine aliquo prurito carnis; hec enim legitur

¶ Hoc dicitur tamen [illegible] esse [illegible] Aug. [illegible]

Noluere in cap.

¶ [illegible] ad filios

D. xx

[illegible] filios

VIII

[illegible]

67

egritudo membris humanis ex peccato inhesit. Genuissent ergo illi filios in paradiso, quos deus creasset inmaculatos et sine corruptione. Unde Augustinus super Genesim: Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisse, sicut ceteris in quolibet opere sine voluptatis pruritu utuntur? Incredibile enim non est deum talia fecisse illa corpora, ut si non peccassent illis membris sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarent, nec cum dolore parerent. Sed per peccatum motum illum incurrerunt, quem nuptie ordinate ordinant, continentia cohibet, ut sicut infirmitas est prona in ruinam turpitudinis, excipiatur honestate nuptiali, et quod sanis esset officium, egrotis est in remedium. Exierunt siquidem de paradiso, et convenerunt et genuerunt; sed potuerunt in paradiso esse nuptie honorabiles et thorus inmaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi.

Au. su. gen.

Quare in paradiso non coierunt.

Cur in paradiso non coierunt? Quia creata muliere mox transgressio facta est, et eiecti sunt de paradiso. Vel quia deus nondum iusserat ut coirent, ubi poterat divina expectari auctoritas, ubi concupiscentia non angebat. Deus vero non iusserat, quia ex casu [illegible] placebat de quibus homo propagandus erat. *[illegible] modo solutio.*

Ecce expresse habes de modo propagationis filiorum.

De termino illius inferioris vite. Utrum natis filiis parentes [illegible] an simul omnes transferre debuissent.

De termino vero temporis quo transferrentur ad celestem conversationem, etiam aliquid scriptura non tradidit, sed ambiguum est utrum parentes genitis filiis perfectaque humani officii iustitia ad meliorem statum transferrentur, non per mortem sed per aliquam mutationem, an parentes in aliquo statu usque manerent ligno vite vescentes donec filii ad eundem statum pervenirent, et sic impleto numero omnes simul ad meliora transferrentur, ut essent sicut angeli dei in celo. De quo Augustinus ambigue super Genesim disserens ita inquit: Concedatur primis hominibus in paradiso filios gignere, non ut morientibus parentibus succederent filii, sed in aliquo forme statu manentibus et de ligno vite vigorem sumentibus, et filii ad eundem statum perducerentur, donec impleto numero sine morte animalia corpora in aliam qualitatem transirent, in qua omni regenti spiritui deservirent, et solo spiritu vivificante sine corporeis alimentis viverent. Vel potuerunt

Au.

parentes filiis cedere, ut per successiones numerus impleretur, an gignentes filii, perfectaque humani officii iustitia, ad meliora transferrentur, non per mortem sed per aliquam mutationem. Verum hic humane conditionis terminus ad meliora, sed incertum nobis relinquitur utrum simul transferrentur an per successiones.

Quales possent filios, utrum imperfectam etatem scilicet infantie, vel perfectam, sicut primus homo fuit creatus.

Si vero queritur quales, si non peccasset homo, filios genuisset, utrum videlicet sicut ipse primus homo statim in statura corporis et usu membrorum perfectus creatus existitit, ita etiam et filii in ipso nativitatis exordio perfecti existerent, ut ambulare et loqui et cuncta facere possent: *Responsio. Uno sine potiore ambiguo expertum sub breviter distinctione.* Responderi potest quod filios parvulos nasci oportebat propter maternum uteri necessitatem. Sed utrum mox nati perfectionem stature et membrorum usum haberent, an parvuli et in minori etate constituti ita possent membrorum officiis uti, et per intervalla temporum eo modo quo nunc fit ad perfectionem stature et usum membrorum recepti essent, de auctoribus diffinitum non habemus.

Ambigua Augustinus dicit: utrum nascerentur [illegible] quod filii parvuli prolem membrorum uti officiis.

Et super hoc Augustinus ambigue loquitur: Movet nos, inquit, quomodo, si primi homines non peccassent, tales filios essent habituri, qui nec lingua nec manibus uterentur. Nam propter uteri necessitatem forte necesse erat parvulos nasci. Sed cum exigua pars corporis, scilicet costa, non tamen propter hoc parvulam viro coniugem fecit; unde et eorum filios poterat omnipotentia creatoris mox natos grandes facere. Sed ut hoc omittam, poterat certe eis prestare quod multis animalibus prestitit, quorum pulli quamvis sint parvuli, tamen mox ut nascuntur currunt et matrem sequuntur. Econtra homini nato nec ad incessum pedes idonei sunt, nec manus saltem ad scalpendum habiles, et iuxta se matre posita magis possunt esurientes flere quam sugere. Proinde infirmitati mentis congruit hec infirmitas carnis. Hic videtur insinuare quod filii in parvulo corpore officia membrorum valerent.

Au.

Ci. asili.

Quibusdam non absurde placuit quod filii parvi nascerentur propter necessitatem temporis vel ut haberent et [illegible] nec perfecti quia [illegible] unio in paradiso.

Sed etiam Augustinus sub assertione de his nichil videantur in ratione nati. Quibusdam placuit primorum parentum filios nascituros parvulos, ac deinde per intervalla temporum eadem lege qua etiam nunc nativitatem humanam ex conditione mortalitatis incrementum membrorum usum recepturos, ut in illis expectaretur aetas ad ambulandum et loquendum sicut modo in nobis. Quod utique non est ex vitio deputandum sed conditioni naturae, sicut a cibo in perpetuum abstinere non valebant. Nec tamen illud erat ex vitio, sed ex natura conditionis. Ad hoc autem opponitur transgressio peccati, quia sine alimentis viverent si non morerentur si non peccavissent, sine comedendo poterant quod sine alimento [illegible]. Quod enim sicut supra diximus, non solum peccarent si de ligno vetito ederent, verum etiam si non comedissent cum tenerentur, quia si necesse erat eis praeceptum in illo ligno non vesci, ita aliis vesci. Praeterea contra illorum sententiam facere videtur quia intelligebant de illis edendi quod in naturali appetebant. Item alia oppositio: Cum fames sit poena peccati, si non peccassent famem non sentirent; sed sine fame superfluum videretur comedere. Unde putant quidam illos cibos non indiguisse ad usum, quia non poterant esurire si non peccassent. Ad quod dici potest quod famis nomine defectus est in poena peccati. Fit enim immoderatus appetitus edendi, cum non subtraxisset homo si non peccasset, sed procul dubio peccaret nisi hunc defectum cibo praeveniret. Habebat enim naturalem appetitum et moderatum, cui tamen satisfaciendo erat ne defectum famis sentiret. Sic quod non ex vitio sed ex naturae conditione erat, quod ante peccatum homo cibis indigebat, tamen non ex vitio sed de natura quod hominis conditio in principio suo, id est in primo parente, apertum fecit in creatura subsequenti propagatione, quia modico ad maiora proficeret, id est per intervalla temporis staturae corporis incrementa usumque membrorum susciperent.

Et cum de corpore humano ita non sit absurdum vel inconveniens hoc existimare, quid solet de sensu et cognitione vel scientia? Eodem modo sentiendum sit, ut scilicet hi qui sine peccato nascerentur sensu vel

Oppositio quorundam volentium plane ostendere multum sine alimentis. Responsio. Peccatum [illegible] alimentum necessario. Alia oppositio. Responsio. Sic infirmitas [illegible] homo indigebat [illegible] peccatum non ex vitio [illegible] tus si statim in perfectione nati viveri in alterius profectione crescerent. Utrum si non peccassent parvuli nascerentur in habitudinis perfectione, id est an mox nati in his essent perfecti.

intelligentia mentis imperfecti crescerent per accessum temporis in his proficientes usque ad perfectionem, an mox conditi perfectionem sensus et cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt parvulos natos in statura corporis et usu membrorum per accessum temporis perfectos, non distinguunt eosdem in exordio nativitatis imperfectos sensu crescere etiam per intervalla temporis in sensu et cognitione proficere usque ad perfectum. Sed contra quidam opponunt dicentes: Si mox nati non haberent perfectionem sensus et intelligentiae, ignorantia in eis esset; ignorantia autem peccati est poena. Sed qui hoc dicunt non satis diligenter considerant, quia non omnis qui aliquid nescit vel minus perfecte aliquid scit statim ignorantiam habet sive in ignorantia est dicendus, sed qui ignorat id quod scire debet vel nescit. Talis quippe ignorantia poena peccati est, cum mens vitio obscurata non cognoscere valet ea quae scire deberet.

Talis erat hominis institutio ante peccatum secundum corporis conditionem. De hoc autem statu transferendi erant cum universa posteritate sua ad meliorem dignioremque statum, ubi caelesti et aeterno bono in illo sibi parato fruerentur. Sicut enim ex duplici natura compactus est homo, ita illi duo bona conditor a principio praeparavit: unum temporale, alterum aeternum; unum visibile, alterum invisibile; unum carni, alterum spiritui. Et quia prius est quod animale, deinde quod spirituale, temporale ac visibile bonum prius dedit; invisibile autem et aeternum promisit, et meritis quaerendum proposuit. Ad illud autem custodiendum quod dederat, et ad aliud promerendum quod promiserat, rationem homini indidit, qua posset inter bonum et malum discernere; praeceptum addidit obedientiae, per cuius observantiam et datum non perderet, et promissum obtineret, ut per meritum veniret ad praemium.

Videns igitur diabolus hominem per obedientiae humilitatem posse ascendere quo ipse per superbiam corruerat, invidit ei; et qui per superbiam prius factus est diabolus, id est deorsum lapsus, zelo invidiae factus est Satan, id est adversarius. Unde mulierem tentavit, in qua minus quam in viro

Responsio. Ubi ostenditur quod in his non essent imperfecti, sed in intervallo temporis in sensu et cognitione perfecti. Contra illorum sententiam opponunt. Quomodo ignorantia dicatur. De his ad quae institutus est homo, id est ante peccatum. De duplici bono homini dato, alio temporali, alio aeterno. Quare homini rationem et praeceptum dederit. De invidia diaboli qua adversatus est homini. Quare tentavit primum mulierem.

ſ. het. sta.
ſ. j. sed et ne solut.
ſ. sup. ſo. ſo. ca. sol. ſ qui. ł ſi ne.

Ch. sta.
ca. ſ. q̄ ſic solut.
ca. ſup. ſo. ſo. ca. sol. ſ q̄ui. ł ſine.

ſ. j. hila nata
ca. hila nata

ca. iuxo.
ca. l. j. ł. i. lib. sola. [illegible]
composuido.
Culpa. t. ad penam.
ca. carnali.
ca. spiritali.
[illegible] ad conditi.

Si dicis debes scire quod bonum est scire, falsum est, quia puerulus habet ignorantiam quia non scire vult quod bonum esset scire ab eo; si dicis debes scire [illegible], est ignorantia vel illorum quae tenentur scire, quod falsum est; solutio: debet [illegible] tertium medio [illegible] i. [illegible].

serge: labor: ... defect.
Au. super gen. de experimentis.

conditionem urgere novit; et enim malitia aliquem
tandem ... timidum ... iam natam in ea
parte qua debilius videbatur aggressus est. Ut si forte
ille aliquatenus prevaleret, postmodum fidentius
adversus virum qui robustior fuit procederet. Ad
subveniendum accederet, primum ergo solitariam fe
minam exploravit, ut ideo primum eam sine
adiutorio suo ... experiretur. Quare in aliena for
Sed quia per violentiam nocere non ma venit.
poterat, ad fraudem se convertit, ut dolo
hominem supplantaret quem virtute superare
nequibat. Nec autem fraudem illam nimis manifestaret
sua specie non venit, ne aperte cognosceretur et repel
leretur; iterum ne nimis occulta foret fraus eius
que caveri non posset, et homini in hoc iniuria fieri videretur
si taliter eum circumveniri permitteret deus ut pre
cavere non posset, in aliena quidem forma venire
permissus est diabolus, sed in tali in qua eius mali
tia facile posset deprehendi. Ut ergo Augustinus non in infor
in propria forma non veniret voluntas sua ma serpe
fuit est; ut vero in tali forma malitie sue congru tis de
enti veniret, divinitus factum est. Venit ergo celis
ad hominem in serpente, qui forte si permitteretur
in columbe specie venire maluisset. Sed non erat
dignum ut spiritus malignus illam formam homi
ni odiosam faceret in qua spiritus sanctus apparituru
erat. Non ergo nisi per serpentem temptare per
missus fuit diabolus, ut per illud quod foris erat
astutiam temptantis animadverteret femina. Diabo
lus enim per serpentem temptabat, in quo loquebatur.
Ideoque serpens dictus est omnibus callidior. Unde dicitur est ser
cunctis animantibus terre, quia ut ait Augustinus, pens callidi
magis angeli vitio superbia deiecti natura or cunctis
tamen excellentior est omnibus bestiis, et eminen animan
tiam rationis. Quamvis serpens non rationali anima tibus
sed spiritu diabolico posset sapientissimus dici. Non
ergo mirum si diabolus spiritu suo implens serpen
tem, sicut vates implere solet, sapientissimum redde
ret omnium bestiarum; que tamen ad temptandum non elegit
diabolus, sed per quod animal permissus fuit temp
Au. tare. Unde Augustinus super Genesim: Non Quomodo intellegitur diabolus
est putandum quod diabolus serpentem serpentem ut
tem per quem temptaret elegerit, sed per quem tempta
cum decipere cuperet non potuit nisi per quod ret.
animal posse permissus est. Nocendi enim voluntas
in est a quoque ipso, sed potestas a deo. Sic autem loquebatur
diabolus per serpentem ignorante sed per inter-

gimnosophistas vel fanaticos loquitur. Serpente enim vel
illo organo est usus, movens naturam eius ad exprimen
dos sonos verborum et signa quibus suam monstraret
voluntatem. Serpens ergo nec illa intelligebat
nec sonat est sic ... ... demonibus ... hec est ... per alium
eam diabolus. Locutus est autem sicut asina balaam, sed
hoc diabolicum illud angelicum fuit; boni enim et
mali angeli similiter operantur. Hic Queritur cur mulier non
solet queri quare mulier non horruit horruit ser
serpentem. Quod ... noviter ... facta pentem.
serpentem loqui ... accepisse putavit.
Temptatio autem hoc modo facta est. De modo tempta
Astutus coram femina hostis supplex non tionis
audet in ipsum persuasionis exire, metuens depre
hendi, sed sub interrogatione eam Augustinus sub interroga
aggreditur ut ex responsione col tione e exhor
ligeret qualiter in malitia procedere posset. Sug
Cur inquit precepit vobis deus ut Verba ser
non comederetis de omni ligno paradisi? pentis.
Cui respondit mulier: De fructu Responsio mu
lignorum que sunt in paradiso vescimur, de lieris.
fructu vero ligni quod est in medio paradisi
precepit nobis deus ne comederemus nec tange
remus, ne forte moriamur. In quo Adverte serpentis natura
illo dedit locum temptandi cum dixit fiducia ...
ne forte moriamur. Unde mox diabolus dixit mulieri persua
ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim sione fal
deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur lacem.
oculi vestri, et eritis sicut dii scientes bonum et ma
lum. Attende ordinem et progressum huius tem
ptationis. Primo deus dixerat: quacumque die co
mederitis, morte moriemini. Deinde mulier
dixit: ne forte moriamur. Novissime serpens dixit:
nequaquam moriemini. Deus affirmavit, mulier
quasi ambigendo illud dixit, diabolus negavit.
Que ergo dubitavit ab affirmante recessit et
neganti appropinquavit. De vestigia diaboli quo ut fa
Vide ad suam persuasionem cilius persuaderet malum et
complendum substruenda ... ut movit et bonum
malum quod intendebat ... persuadere impollicens
ret, et malum quod mulier timuit negan dupli
do removit, et promissionem addidit. Ut enim causa
persuasio eius temperet, promissionem dupli
cat, unam nempe comestionem suadens, alio
in spiritu proposuit similitudinem dei scientiamque
boni et mali spondens. Sic tribus modis hominem
temptavit; Quod tribus modis temptatur homo: gula, vana gloria, avaritia.

Strabus

ꝗ Soto

Cum notare dubitationem ... arbitrii libertatem.

ꝗ quali

S. i. voluntas ... deformata. ... eadem ... potestas ab homine ... deformata ...
... quia potestas ... anceps ... ... eadem facere ... bonum
et malum.

Sciendum quod ... data fuit ... videlicet ad ... quod ...
... erat ... et ... erat ... in ... et ... et ...
in illo ... caractere ... a ... et ...
... et ... et ... ad ... pene
et ... erat ...

H

gula in persuasione cibi, cum dixit: In quacumque die comederitis; vana gloria in promissione deitatis, cum dixit: Eritis sicut dii; avaritia in promissione scientie, cum dixit: Scientes bonum et malum. Gula est immoderata cibi aviditas; vana gloria amor proprie excellentie; avaritia immoderata habendi cupiditas, que non est tantum pecunie, sed etiam altitudinis et scientie, cum supra modum sublimitas ambitur.

De duplici temptationis specie.

Post hec sciendum est duas esse species temptationis, interiorem scilicet et exteriorem.

Que sit exterior temptatio et a quo fiat.

Exterior temptatio est, cum nobis exterius malum visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo, ut ille cui fit ad consensum peccati declinet; talis temptatio tantum fit ab adversario.

Que sit interior temptatio et a quo fiat.

Interior temptatio est, cum invisibiliter malum nobis interius suggeritur. Et hec temptatio aliquando fit ab hoste, aliquando a carne. Nam et diabolus invisibiliter mala suggerit, et ex carnis corruptione subortus motus illicitus et titillatio surgit. Sed temptatio que est ex carne non fit sine peccato. Que autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non est peccatum, sed est materia exercende virtutis. Temptatio autem interior difficilius vincitur, quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur.

Ch.: quando est peccatum temptari, quando non.

Chr.: quod est peccatum temptari.

Chr. oppon.: quod aliquando signis exterius in nobis movetur, et per hoc magis [illegible] quod non est ab hoste interior temptatio.

de [illegible]

Cur homo post lapsum surgere potuit, non diabolus, et hominis peccatum remediabile, diaboli vero non.

Homo ergo, qui sola exteriori temptatione pulsatus cecidit, tanto gravius plectendus erat, quanto leviori impulsu fuerat prostratus; et tamen quia per alium licet mediantem cadendi occasionem habuerit, ideo per dei gratiam iuvari potuit ad veniam, ut qui per alium ceciderat per alium erigeretur. Quia ergo machinatorem habuit ad malum, non iniuste reparatorem habuit ad bonum. Diabolus vero, qui sine aliena temptatione peccavit, per alium ut resurgeret iuvari non debuit, nec per se potuit. Unde irremediabile peccatum eius extitit; peccatum vero hominis sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongrue habuit remedium.

Quare homo, non angelus, sit redemptus.

Preterea angelica natura, que non est redempta, non tota perierat, sed ex parte perstiterat; humana vero tota perierat, et ideo ne penitus repente perderetur, ex parte est redempta, ut inde ruina suppleretur angelica. Unde Augustinus in Enchiridion: Placuit universitatis creatori atque moderatori, ut quia non tota multitudo angelorum deum deserendo perierat, ea que periit in perpetua perditione remaneret; que autem cum deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper felicitate gauderet. Alia vero creatura rationalis, que in hominibus erat, quia peccatis atque suppliciis tota perierat, ex parte reparari ~~meruit~~ placuit, unde angelice societati suppleret quod ruina illa minuerat. Hoc enim promissum est sanctis, quod equales erunt angelis dei.

Illa vero.
Illa vero.

Quod non soli viro preceptum fuit datum.

Illud etiam notandum est, quod non soli viro preceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testetur sibi etiam esse mandatum, dicens: Precepit nobis deus etc. Sed tamen legitur ante factam mulierem deum dixisse viro: De ligno scientie boni et mali ne comedas; non dixit: ne comedatis. Forte quia facturus erat mulierem, sic precepit, ut per virum ad mulierem perveniret mandatum, quia mulier que subdita viro fuit, non nisi mediante viro divinum acciperet. Debuit preceptum. Unde Apostolus: Si quid discere voluerint mulieres, domi viros suos interrogent.

Gen. ii. lib.

Au. su. gen.

Ad Cor. I. c. [illegible]

Au. su. gen.

[illegible] in loquendo [illegible]

Si vero queritur quomodo loqui potuerint vel loquentem intelligere qui non didicerant, [illegible] ut loquentes credendo et magis tertio dicimus quod deus eos tales fecerit qui sic loqui et discere ab aliis sicut hii qui docent eos.

De origine illius peccati.

Hic videtur diligenter investigandum esse que fuerit origo et causa illius peccati.

Augustinus

Opinio quorundam dicentium quandam elationem precessisse.

Quidam putant quandam elationem in animo hominis precessisse, ex qua diaboli suggestioni consensit, quod videtur Augustinus innuere super Genesim tradens: Non est arbitrandum quod hominem deiceret temptator, nisi precessisset in animo quedam elatio comprimenda, ut per humilitatem peccati sciret quam falso de se presumpserit, et quod non bene se habet natura si a faciente recesserit.

Au. su. gen.

[illegible]

Item Auctoritas Augustini quod in eo fuerit amor proprie potestatis illius.

Item Augustinus in eodem: Quomodo his verbis temptatoris crederet mulier a re bona atque utili divinitus se prohibitos, nisi inesset menti amor ille proprie potestatis et quedam de se superba presumptio, que per temptationem fuerat convincenda aut punienda? Denique non contenta suasione serpentis, aspexit lignum et vidit bonum esse in escam et decorum aspectu; nec credens se inde posse mori, forte putavit deum alie

Au. [illegible]

causa significationis: illa dixisse. Comede, manduca, vel dederit viro suo forsitan cum aliqua suasione, quam scriptura intelligendam reliquit. Vel forte non fuit suadere necesse, cum eam mortuam esse illo cibo non videret. ¶ Sicut ergo non est permissus diabolus temptare feminam nisi per serpentem, ita virum non nisi per feminam. Sed sicut preceptum dei pervenit ad mulierem per virum, ita temptacio diaboli per mulierem transiret ad virum.

Quare locutus est diabolus in muliere per serpentem.

¶ In muliere vero que rationalis erat non est ipse locutus, sed in serpente; et persuasio quas instinctu diabolus agitaret interius per serpentem gerebat exterius.

[illegible]

¶ Ex predictis temptationis modus atque progressus insinuatur. Necnon et quod potuimus innuere, scilicet quod temptationem precesserit quedam elatio et presumptio in mente hominis.

Obiectio contra illos qui dicunt elationem precessisse in mente.

Quod si ita fuit, non igitur ab exteriori suggestione prius peccavit. Et auctoritas tradit scilicet peccatum diaboli incurabile esse, quia non suggestione sed propria superbia cecidit; hominis vero curabile, quia non per se, sed per alium cecidit, et per alium resurgere potuit.

Quomodo intelligendum sit illud verbum distinctum.

¶ Que eos predicta Augustini verba pium ac diligentem lectorem fatigant, que sic intelligi sane quimus: Non decidit homo scilicet in actum illius peccati ut scilicet lignum vetitum ederet, et in has miserias per temptationem diaboli, nisi elatio comprimenda precessisset. Non tamen temptationem, sed opus precessit.

Vide temptationis ordinem.

Talis enim fuit ordo huius processus. Diabolus temptando dixit: Si comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum et malum. Quo audito statim menti mulieris subrepsit elatio quedam et amor proprie potestatis, ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, et utique fecit. Suggestione ergo peccavit, et temptacio precessit, ex qua in mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, et pena peccati.

Que fuit elatio in mente mulieris.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit, precipue quia credidit et voluit habere similitudinem dei et equalitatem quandam, putans esse verum quod diabolus dicebat. Et ideo specialiter mulierem commemorat Augustinus, inquiens: Quomodo crederet mulier diabolo, si non esset in mente eius de se superba presumptio? Et quod ibi sequitur, scilicet que per temptationem fuerat convincenda et comprimenda, ad mulierem referendum est, ut intelligatur que mulier non elata fuerit per temptationem.

Que fuit elatio viri, et an crediderit vel voluerit quod mulier.

Solet queri etiam utrum in viro talis elatio et amor proprie potestatis inventus fuerit sicut in muliere. Ad quod dicimus quia Adam non fuit seductus eo modo quo mulier. Non enim putavit esse verum quod diabolus suggerebat, et ideo tamen fuisse seductum credi potest, quod commissum veniale esse putavit, quod pretemptatum erat. Sed nec per se ductus fuit, nec in eo in quo mulier, ut crederet deum illud lignum ideo tangere prohibuisse, quia si tangerent fierent sicut dii. Unde et prevaricator fuit Adam, ut testatur Apostolus. Potuit ergo aliqua elatio eius inesse illo post temptationem, ex qua voluit lignum vetitum experiri, cum mulierem non videret mortuam esca illa percepta, ut ait Augustinus super Genesim.

Quod Adam non fuit seductus sicut mulier, scilicet ut crederet esse verum quod diabolus suadebat, et in quali sit seductus, ut veniale putaret peccatum.

Sed cum Apostolus Adam prevaricatorem fuisse ostendat, dicens: In similitudine prevaricationis Ade, seductum tamen negat, ait: Adam non est seductus, sed mulier. Unde et ipse interrogatus non ait: Mulier seduxit me, sed: Dedit mihi, et comedi. Mulier vero inquit: Serpens seduxit me. ¶ Hanc autem seductionem ipse vero contrario Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum putatum est, scilicet quod deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quia sciebat eos, si tetigissent, sicut deos futuros, tamquam eis divinitatem inviderit qui eos homines fecerat. Sed etsi fuerit in eo aliqua mentis elatio, que deum latere non potuit, sollicitavit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam. Non tamen arbitror, si iam spirituali mente preditus erat, ullo modo credidisse quod diabolus suggerebat.

Auctoritas Augustini [illegible]

Cuius plus peccavit, Adam vel Eva.

Ex quo manifeste traditur potest quis eorum plus peccavit, Adam scilicet vel Eva. Plus enim videtur peccasse mulier, que voluit usurpare divinitatis equalitatem, et nimia presumptione elata credidit ita esse futurum. Adam vero nec illud credidit, et de penitentia et dei misericordia cogitavit, dum uxori morem gerens eius persuasioni consensit, nolens eam contristare et a se alienatam relinquere, ne periret, arbitratus illud esse veniale, non mor-

Augustinus super Genesim

scilicet aliquo modo in experiendi quod per mortem

Ad Romanos

scilicet Theo quod mulier

Ad Timoth. primo

Vide temptationis ordinem.

[illegible]

tale delictum. Unde Augustinus: Apostolus inquit Adam non est
seductus. Quod utique ita accipi potest ut intelliga-
tur non esse seductus prior. Vel ideo inquo mulier
ut scilicet crederet illud esse verum quod serpens dixit. Sed putavit
utrumque posse fieri, ut et uxori morem gere-
ret et per penitentiam veniam haberet. Cum vero peccavit,
qui de penitentia et dei misericordia cogitavit. Postquam enim
mulier seducta manducavit, eique dedit ut si-
mul ederent, noluit eam contristare, quam crede-
bat sine suo solatio contabescere et a se alienatam
omnino interire. Non quidem carnalis victus con-
cupiscentia, quam nondum senserat, sed amicabili
quadam benivolentia, qua plerumque fit ut offen-
datur deus ne offendatur amicus. Quod eum facere
non debuisse divine sententie iustus exitus
indicavit. ¶ Ergo alio quodam inquo adam
modo ipse etiam deceptus est. Inexpertus deceptus
enim divine severitatis in eo falli ... sit
potuit ut veniale crederet esse commissum. Sed non
dolo illo serpentino quo mulier seducta est,
nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Ex
his datur intelligi quod mulier plus peccavit,
in qua maior fuit mentis presumptio. Que
etiam in se et in proximum et in deum Et pena et plus
peccavit, vir autem tantum in se et in deum. peccasse probatur
Hinc etiam colligitur quod mulier plus pec- hic mu-
cavit, quia gravius punita est. Cui dictum fuit lier
In dolore paries filios etc. Quod predicte sententie

Sed huic videtur contrarium quod Aug. ait. Adversari
Pari genere dicuntur vir et mulier peccatum suum ex- vide-
cusantibus ait. Dixit adam: Mulier quam tur.
dedisti mihi dedit mihi et comedi; non dixit peccavi. Su-
perbia enim habet confusionis deformitatem non confessi-
onis humilitatem. Hoc etiam mulier confitetur
peccatum sed refert in alium dicens: Serpens decepit
me et comedi. In impari sexu sed pari fastu. tumore
Ecce hic dicit Aug. parem fastum fuisse mu-
lieris cum viro; pariter ergo superbierunt, pariter pecca-
verunt. ¶ Sed hoc ita determinari potest ut dicamus
parem utriusque fuisse fastum in genere Determinatio
elationis peccati et etiam in exiguitate (?) Parem autem
sed disparem, quia in muliere multo maior extitit contrariis
in eo quod credidit et voluit esse sicut deus, quod non
vir. Unum tamen in decimo legitur quod voluit in decimo legitur quod
luit esse sicut deus. Dicit enim Aug. super voluit esse
illum locum psalmi: Que non rapui tunc sicut deus.
exsolvebam. Rapuit adam et eva, presumentes

ut diabolus de divinitate rapere voluerit divi-
nitatem et perdiderunt felicitatem. Item super illum
locum: Deus quis similis tibi: Qui per se vult esse sicut
deus perverse vult esse similis deo, ut diabolus qui no-
luit sub eo esse, et homo qui ut servus noluit te-
nere preceptum, sed voluit ut nullo sibi dominante esset
sicut deus. Item super illum apostoli locum: Non rapinam
arbitratus est se esse equalem deo: quia non usurpavit
quod suum non erat, ut diabolus et primus homo. Quorun-
dam quibusdam videtur quod etiam sententia quod adam ambierit
adam ambierit esse sicut deus, non tamen credidit esse sicut deus, sed non cre-
didit id fieri posse, nec falsum esse quod di- didit esse
abolus promittebat cognovit; licet divi- possibi-
nitatis equalitatem concupierit, non tamen le.
adeo exarsit, nec tanta est affectus ambitione
sicut mulier, que illud et posse putavit, et
magis illud ambiendo superbivit. Virum autem
aliqua forte ambitionis suggestio movit, sed
non ita ut illud putaret verum vel possibile fore.
¶ Aliis autem videtur id dictum esse quod Aliorum sententia quod et ip-
adam similiter illud voluit, quia mulier de eo etiam de ui-
sumpta illud voluit, sicut inquiunt ideo super- to supra.
peccatum dicitur per unum hominem intrasse in mun- id dein
dum, id est in humanitatem, tamen cum tamen mulier putant
ante virum peccaverit, quia per mulierem intravit de
viro factam, vel potius ideo per hominem dicitur intrasse,
quia etiam peccante muliere, si vir non peccasset,
humanum genus minime peccati corruptionem peri-
ret. Minus ergo peccavit vir quam mulier.
Hic autem opponi solet hoc modo: Tribus modis Obiecti-
ut ait Ysidorus peccatum geritur: contra id quod
ignorantia, infirmitate, dictum est. in
industria. Gravius est infirmi- terim minus
tate peccare quam ignorantia; gravius quoque peccasse
industria quam infirmitate. Eva autem videtur
ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit; adam
vero ex industria, quia non fuit seductus, ut apostolus
ait. ¶ Ad quod dicimus quia licet Eva Responsio [illegible]
in hoc per ignorantiam deliquerit quod ignorantia duplex
putavit verum esse quod diabolus suadebat,
non tamen in hoc quin noverit illud dei esse mandatum
preceptum esse et tale agere, nec excusari potest per ad.
ignorantiam non potuit. Quod ignorantia alia ex-
Est enim ignorantia que excusat cusat, alia
a peccato, et est ignorantia talis que non.
non excusat. Est autem ignorantia vincibilis et igno-
rantia invincibilis. Excusatio omnis tollitur ubi

ignorantia:
quia et adam
quod non peccavit qui de se crediderit
quia et ...
et non peccavit ignorantia qui est generaliter.

etiam philosophus. Ad philosophus
etiam aliquo.
Et similiter
¶ Simile est.
Simpliciter non alteratur
ignorantia
etiam ...

Forte quia dubitat an
qui non certum habet
et quia certi sortium.

ignorantia: necessitatis et est vel potentie.
defectus et est pena et non peccatum.
Reatus

mandatum non ignoratur. **De triplici ignorantia.**

Est autem ignorantia triplex, scilicet eorum qui scire nolunt cum possint, et quorum non excusat, quia ipsa peccatum est. Et eorum qui volunt sed non possunt, quae excusat et est pena peccati non peccatum. Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt, non renuentes scire nec proponentes scire, quae neminem plene excusat, sed sic forsitan ut mitius puniantur. **Quae excusat et quae non.** Unde Augustinus ad Valentinum: Sed aufert excusationem qui mandatum Dei novit. **Quod non sit excusatio.** Quia solent homines de ignorantia, et licet gravius sit peccare scientem quam nescientem, non ideo tamen confugiendum est ad ignorantie tenebras, ut in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. Et in eis qui intelligere noluerunt ipsa ignorantia peccatum est, in eis vero qui non potuerunt pena peccati. Ignorantia autem que non est eorum qui scire volunt, sed eorum qui tantum simpliciter nesciunt, nullum sic excusat ut eterno igne non ardeat, sed forsitan ut mitius ardeat. Illud quoque multorum excusationem habet de ignorantia, cum mandatum nolunt, et peccatum esse seculis agere non ignoraverunt. **Unde processerit et sensus illius peccati cum natura hominis esset.**

Solet etiam queri cum sine vitio esset natura hominis in suis conditionibus, unde mali processerit. Ad quod responderi potest quod ex libero arbitrio voluntatis fuit, nam in ipso et alio causa exstitit ut fieret deterior, in malo, et in diabolo qui suasit, et in ipso quia voluntate liberi arbitrii consensit. Et cum liberum arbitrium sit bonum, et de se magis bona, malus ille consensus provenit, et ita ex bono malum manavit. De hoc Augustinus insequitur plerumque verbis, cum origo mali et unde iniquitas convalescat investigabatur. **An voluntas precesserit illud peccatum.**

Si vero queritur utrum voluntas illud peccatum precesserit, dicimus quia peccatum illud in voluntate et in actu consistit, et voluntas actum precessit; sed illam voluntatem alia hominis voluntas mala non precessit, atque ex diaboli persuasione et hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit, que iustitiam deseruit et iniquitatem inchoavit, ipsa voluntas iniquitas fuit.

Preterea queri solet cur Deus hominem temptari permisit, quem decipiendum esse presciebat. **Quare Deus permisit hominem temptari, sciens eum casurum.** Sed non esset laudabile homini si ideo bene vivere posset, quia nemo male vivere suaderet, cum in natura posse et in potestate haberet velle non consentire suadenti, Deo iuvante; et est gloriosius non consentire quam temptari non posse.

Movent etiam quidam questionem, cur creavit Deus quos futuros malos esse presciebat. **Quare Deus creavit quos presciebat futuros malos.** Et prius videndum quid boni de malis futuris esset facturus. Sic enim eos fecit ut relinqueret eis unde aliquid facerent, ubi et culpabilia admitterent et laudabilia operantes invenirentur, et ab eis haberent voluntatem malam, ab illo tamen bonam et iustam penam. Frustra ergo dicitur: Non deberet Deus creare quos presciebat malos futuros. Sciebat enim bonis profuturos, et iuste pro mala voluntate puniendos. Addunt etiam talem hominem deberet facere qui nollet omnino peccare. Concedimus quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet; concedant et ipsi non esse malam que talis facta est ut posset non peccare si vellet, et iuste punitam que voluntate, non necessitate peccavit. Cum ergo hec bona sit, illa melior, et utramque faceret, ut uberius laudaretur Deus in utraque. Illa enim de sanctis angelis, hec de hominibus est. Item inquiunt: Si Deus vellet, et isti boni essent. Et hoc quidem concedimus, sed melius voluit ut quod vellent essent; et boni quidem non infructuose, mali vero non impune essent. Item inquiunt: Posset Deus voluntatem eorum vertere in bonum, quia omnipotens est. Posset vero. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse novit. Non debemus plus sapere quam oportet sapere. **Hic qualis fuerit homo, et agitur de scientia hominis ante peccatum.**

Fuit quidem secundum animi rationalem fuit homo habens discretionem boni et mali. Scientiam quoque rerum creatarum et cognitionem veritatis que prime perfectioni congruebat mox conditus non incongrue accepisse putatur, et ad illam non studio vel disciplina aliqua per intervalla temporum profecisse, sed ab exordio sue conditionis divinitus illam percepisse. **De triplici homo cognitione ante lapsum, rerum, et sui, et creatoris sui.**

Fuit itaque homo primus ante lapsum triplici cognitione preditus, scilicet rerum propter se factarum, creatoris, et sui ipsius. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perhibetur. Unde est quod non ipse creator vel angelus aliquis, sed homo omnibus animantibus nomina imposuit, ut ostenderet quod singulorum notitiam homo ipse habuit.

Ignorantia
- contemptus et est peccatum.
- infirmitatis est pena peccati.
- alia que opponitur scientie [illegible]
- [illegible] [illegible] scire [illegible]

scilicet ignorantia affectata.

scilicet eorum qui scire nolunt [illegible] noluit addiscere [illegible] scire [illegible] addiscere. scilicet simplex ignorantia [illegible] non

[illegible] intelligere [illegible] ignorantia [illegible] ignorantia pena [illegible] remanere pena [illegible]

non possunt [illegible] ignorantia [illegible]

[illegible] in diversis fuit [illegible]

Responsio

[illegible] in alio

[illegible] libero

Augustinus super Genesim. XI.

Solutio

[illegible]

bene velle [illegible]

[illegible] secundum glossam [illegible]

Solutio.

haberet usum liberi arbitrii.

[illegible] plus investigare vel plus scire.

[illegible] plus investigare vel plus scire.

[illegible] angelus [illegible] scilicet [illegible]

De cognitione rerum creatarum.

creata

Que enim per illum creata erant et ab illo regenda et disponenda erant, horum omnium deus illi scientiam tribuit et providentiam atque eorum curam reliquit, scilicet ut ait apostolus: Non est cura deo de bobus. Quorum aliorumque animalium deus homini curam reliquit et providentiam, ut dominaretur omnibus subiectis et ratione illa gubernaret, et ut sciret illis providere necessaria, a quibus ipse emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando non perdidit, sic nec illam qua carnis necessaria providentur; et ideo in scriptura de his homo non debet erudiri, sed de scientia anime, quam peccando amisit.

De scientia dispositionis et providentie rerum temporalium, que non ablata est homini. Nec de ea scriptura instruit sic sicut in scientia providendi carnis necessariam, sed in scientia anime.

Cognitionem quoque creatoris primus homo habuisse creditur. Cognovit enim a quo creatus fuerat, non eo modo cognoscendi quo ex auditu solo percipitur, quo modo a credentibus absens queritur, sed per quamdam interiorem inspirationem qua dei presentiam contemplabatur, non tamen tam excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, neque tamen ita in enigmate sicut in hac vita videmus.

De cognitione creatoris.

De sui cognitione.

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur, ut et quid deberet superiori, et quid equali, et inferiori non ignoraret; et conditionem quoque suam et ordinem sibi [illegible] cognovit, et qualiter incedere deberet, quid agere, quid cavere intelligeret. Si horum notitiam non habuisset, non esset reus prevaricationis, neque se ipsum cognovisset.

Sed queritur utrum homo prescientiam habuerit eorum que circa eum ventura erant, id est si ruinam suam presciverit, et similiter si prescierit bona que habiturus fuisset si in obedientia perstitisset. Responderi potest quod ei magis facienda indicata sunt quam futura revelata; accepit enim scientiam et preceptum eorum que facienda erant, sed non habuit prescientiam eorum que futura erant. Illud hinc ergo non fuit homo prescius sui casus, sicut et de angelo diximus. Quod Augustinus super Genesim asserit ratione inventa, quia sic potuimus. Hec de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet dixisse sufficiat.

Utrum prescius fuit homo eorum que sibi futura erant.

Responsio quod dicitur non habuisse scientiam future ruine.

De gratia hominis et potentia ante casum.

Nunc diligenter investigari oportet quae gratia vel potentia huic homini ante casum fuerit, per quam potuit stare vel non. Sciendum est igitur quod homini in creatione sicut et angelo divino munere est prestitum auxilium et collata potentia, per quam poterat stare, id est non declinare ab eo quod acceperat; sed non poterat proficere in tantum ut per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratie creationis resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene vivere quodam modo, quia poterat vivere sine peccato. Sed non poterat sine alio gratie adiutorio spiritualiter vivere, quo vitam mereretur eternam. Unde Augustinus in Enchiridion: Sic factus est homo rectus ut et manere in ipsa rectitudine posset, non sine divino adiutorio, et suo fieri perversus arbitrio. Utrumlibet horum elegisset, dei voluntas fieret, vel ab illo vel de illo. Quia enim maluit facere voluntatem suam quam dei, de illo facta est voluntas dei. Item in eodem: Sic oportebat prius hominem fieri ut et bene posset velle et male; nec gratis si bene, nec impune si male. Idem in libro de gratia et correctione: Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat ut sine divino auxilio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent; defuisset enim adiutorium sine quo manere non possent. Idem: Dederat deus homini bonam voluntatem; in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum. Dederat adiutorium sine quo non posset in ea manere si vellet, ut autem vellet in eius libero dimisit arbitrio. Poterat ergo manere si vellet, quia non deerat adiutorium per quod posset; sed non habuit velle quo posset, si eam sibi habuisset perseverasset. His testimoniis evidenter monstratur quod homo rectitudinem et bonam voluntatem in creatione accepit, atque auxilium quo stare poterat; alioquin non sua culpa videretur cecidisse.

Quod gratiam acceperat auxilii per quam poterat stare, sed non proficere ut angeli.

Quod poterat per illam auxilii gratiam bene vivere quodam modo.

Qualis fuit illa rectitudo et bonitas voluntatis.

Sed quomodo rectam et bonam voluntatem habuit homo, si, inquam, ante peccatum nec mereri vitam valuit? Hec talis erat, quia in ea stare volebat, quia nec aliquid mali concupiscebat, et adherere precepto stare volebat, sed non proficere. Ideo recta et bona fuit eius voluntas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum est hominem non potuisse proficere.

Ad hoc autem quod diximus hominem non potuisse proficere vel mereri

Scilicet: ideo ista commendat sed dicit hic quod ad hoc quod non debet de bobus non curat, non allegans omnes curantes.

scilicet de scientia bonorum

Creata

Scilicet subiectionem et reverentiam.
Scilicet consilium et auxilium.
Scilicet disciplinam et correctionem.

Solo

Vide [illegible]

Vide capitulo a primo. Vide capitulo libro deinde [illegible]. Scilicet quod sciunt et resistere non poterant et [illegible] peccare; scilicet aliud sciunt et potuerunt et noluerunt [illegible].

xxiiii

scilicet libero arbitrio

innocentie

Oppositio.

veri per gratiam creationis. Solet opponi sic: Si per illud au-
xilium gratiae creationis potuit stare in bono quod accepe-
rat, potuit ergo resistere tentationi. Si resiste-
re tentationibus et suggestionibus mali meruit, et
ac bonum remunerabile. Omne autem bonum meritum per
factum est. Per gratiam ergo creationis per se potuit
sine adiectione alterius gratiae. Ad quod dicimus quia

Respo.

resistere malo et non consentire tentationi non fe-
cisset illi meritum, si non consentiret, quia nichil in
eo erat quod ad malum impelleret, sicut angelis
qui non ceciderunt non fuit meritum quod steterunt,
quia non converterunt. Nobis autem meritum est aliquando resis-
aliquid sit malum et facimus si resistimus. Ibi vere malo
dum irritat licet causa sibi sit quod non id faciat. unde est ali-
movet, quod ex peccati corruptela provenit sicut ad quid non
lapsum gressus noster. Ubi autem non inveniunt
quae nos ad malum impellens, non meretur stabi-
lis eo declinando. Declinare enim a malo semper vitat
penam, sed non semper meretur palmam. de adiu-

Hic considerandum est quod fuit torio homini in crea-
illud adiutorium homini datum tione dato quo sta-
in creatione quo poterat manere si vellet. re poterat
Illud utique fuit libertas arbitrii ab omni labe et cor-
ruptela immunis atque voluntatis rectitudo,
et omnium naturalium potentiarum animae sinceritas
atque vivacitas. De libero arbitrio

Liberum vero arbitrium est facultas rationis
et voluntatis qua bonum eligitur gratia assistente,
vel malum eadem desistente. Et dicitur liberum quantum
ad voluntatem quae ad utrumlibet flecti potest, ar-
bitrium vero quantum ad rationem, cuius est facultas
vel potentia illa, cuius etiam est discernere inter bo-
num et malum. Et aliquando quidem discreti-
onem habens boni et mali quod malum est eligit,
aliquando vero quod bonum est. Sed quod bonum est nonnisi gratia
adiuta eligit, malum vero per se eligit. Est enim in anima rati-
onali voluntas illa naturalis qua vult bonum licet tenuiter et exi-
liter, nisi gratia iuvetur, quae adveniens iuvat eam et erigit ut
efficaciter velit bonum; per se autem potest velle malum efficaciter.
Illa igitur rationalis animae potentia qua velle bonum
vel malum potest, utrumque discernens, liberum arbitrium
nuncupatur. Quod bruta animalia Quod bruta ani-
non habent, quia ratione carent; habent tamen malia non habent li-
tamen sensum et appetitum sensualitatis. berum arbi-
trium trium sed appetitum sensualitatis.

Est enim sensualitas quaedam vis de sensualitate.
animae inferior, ex qua est motus qui in-
tenditur in corporis exterioris sensus atque appetitus
rerum ad corpus pertinentium. Ratio vero de ratione quid sit
vis animae est superior, quae ut ita dicam duas prae-
duas habet partes vel differentias: supe- cipue ad
riorem et inferiorem. Secundum superiorem supernis offi-
conspiciendis vel consulendis intendit; secundum infe- cia
riorem ad temporalium dispositionem pro-
spicit. Quicquid ergo in anima nostra nobis Quod ad ratio-
considerantibus occurrit quod non est esse nem per-
cum bestiis, ad rationem pertinet. Quod autem tinet.
in ea reperitur esse cum beluis ad sensualitatem
pertinet. Sed nobis gradatim in consideratione Ubi manife-
rationis per partes animae progredientibus, marum est
primum aliquid occurrit quod non est esse cum bestiis ratio.
ibi incipit ratio. Sicut Augustinus docet in XII. li-
bro de Trinitate dicens: Videamus ubi sit quasi quoddam hominis Aug.
exterioris interiorisque confinium. Quicquid enim
habemus in animo esse cum pecore, recte dicitur adhuc ad exteri-
orem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo
exterior deputabitur, sed adiuncta quadam vita sua
qua compages corporis omnesque sensus vigent, quibus
instructus est ad exteriora sentienda; ascendenti-
bus igitur introrsum quibusdam gradibus considera-
tionis per animae partes, unde incipit nobis aliquid occur-
rere quod non sit nobis esse cum bestiis, ibi incipit
ratio, ubi homo interior iam possit agnosci.

Ratio autem pars superior aeternis rationibus de partibus
conspiciendis et consulendis adherescit. rationis.
Portio inferior ad temporalia guber-
nanda deflectitur. Illa rationis intentio qua
contemplamur aeterna, sapientiae deputatur; illa vero qua
bene utimur temporalibus rebus, scientiae depu-
tatur. Sed non ideo diversitatem de natura mentis humanae,
de una quadam re differentiam, nec eam in haec
duo quae commemoravimus potestate geminamus.
Sensualitas autem vel sensualis animae motus qui in cor-
poris sensus intenditur nobis pecoribusque communis est,
qui seclusus est a ratione sapientiae, rationi autem
scientiae vicinus est. Quis sit ordo peccandi vel cadendi
et quid sit praeveniens in nobis. Qualis in primis
talis nunc in uno homine tentationis hominibus
est ordo et progressio qualiter tunc in primis
praecessit parentibus. Ut enim tunc serpens mulieri
et mulier viro suasit, ipsaque consensit, ac deinde viro
suo dedit, sicque consummatum est peccatum, ita
et nunc in nobis pro serpente est sensualis motus
animae, pro muliere inferior portio rationis.

Cor comedere et bibere et [illegible].

contemplationem.

consilium [illegible] sapientia.

hoc [illegible] dispositionem et ordinationem.

sensualitas

homo [illegible]

eternales [illegible]

[illegible] significatur per maritum.

providentie superioris rationis portio.

Quid in nobis est mulier et vir et serpens, et quomodo.

Et hic est vir qui secundum Apostolum dicitur imago et gloria Dei. Illa est mulier que eodem modo eundem dicitur gloria viri. Atque inter hunc virum et hanc mulierem est velut quoddam

De spirituali coniugio viri et mulieris.

spirituale coniugium naturalisque contractus, quo superior rationis portio quasi vir debet preesse et dominari, inferior vero quasi mulier debet subesse et obedire. Solus vir secundum Apostolum non debet habere velamen, sed mulier. Et sicut in

De adiutorio simili.

cunctis animalibus non est repertum homini adiutorium simile sibi, sed de illo sumptum quod ei formaretur in coniugium: ita in partibus anime quas cum pecoribus habemus communes nullum invenitur viro simile esse adiutorium. Unde Augustinus in eodem: Illud

Testimonio Augustini ita esse ostenditur.

nostrum quod in actione temporalium tractandorum ita versatur ut non sit nobis commune cum pecore, rationale est quidem, sed ex illa rationali nostre mentis substantia qua subheremus intelligibili atque incommutabili veritati tamquam ductum et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non est inventum viro adiutorium simile illi, nisi de illo detractum in coniugium formaretur, ita menti nostre qua supernam consulimus et intuemur veritatem nullum est ad usum rerum temporalium, quantum nature hominis satis est, simile adiutorium ex anime partibus quas communes cum pecoribus habemus. Ideoque rationale nostrum, non ad unitatis divortium separatum, sed in auxilium societatis quasi derivatum, in sui operis dispertitur officium. Et sicut una caro est duorum in masculo et femina, sic intellectum nostrum et actionem, sive consilium et exsecutionem, sive rationem et appetitum rationalem, vel si quo alio modo significantius dici possunt, una mentis natura complectitur, ut sicut de illis dictum est: Erunt duo in carne una, sic de his dici possit: Duo in mente una. Ecce ex his intelligi potest qualiter in anima hominis exsistat imago illius coniugii, et qualiter in singulis nobis spiritualiter sint illa tria, scilicet vir et mulier et serpens.

Qualiter per illa tria consummetur in nobis temptatio.

Nunc superest ostendere quomodo per hec tria in nobis consummetur peccatum, ubi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale vel veniale peccatum. Ut enim ibi serpens suasit mulieri et mulier viro, ita in nobis sensualis motus, cum illecebram peccati conceperit, quasi serpens suggerit mulieri, scilicet inferiori parti rationis, id est rationi scientie, que si consenserit illecebre, mulier edit cibum vetitum. Postea de eodem dat viro, cum superiori parti rationis, scilicet rationi sapientie, eandem illecebram suggerit, que si consentiat, tunc vir cum femina cibum vetitum gustat. Si ergo

Quando peccatum sit veniale.

in motu sensualitatis tantum peccati illecebra teneatur, veniale ac levissimum est peccatum. Si vero inferior pars rationis con-

Quando mulier sola manducat cibum vetitum.

senserit, ita ut sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur, sola mulier manducavit, non vir, cum autem auctoritate cohibet voluntas ne ad opus usque perveniat. Si vero adsit plena vo-

Quando vir manducat.

luntas perficiendi, ut si adsit facultas ad effectum perducatur, vir quoque manducat, quia superior pars rationis illecebre consensit, et est damnabile et grave peccatum. Cum

Quare mortale peccatum. Circa gustum mulieris discretio. Aliquando mortale, aliquando veniale.

autem mulier sine viro gustat, aliquando est tale peccatum mortale, aliquando veniale peccatum. Ut enim dicit Augustinus, cum mulier sine viro gustat, id est in delectatione cogitationis peccatum tenetur ut faciendi non delectetur, et est quidam etiam in vitium peccato adhibetur a viro ut non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si vero peccatum non diu tenetur

Repetit quando mulier sine viro gustat quando veniale, quando mortale.

in delectatione cogitationis, sed statim ut mulierem tetigit, viri auctoritate repellitur, veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis tenetur, etsi voluntas perficiendi desit, mortale est, et pro eo damnabitur simul et vir et mulier, id est totus homo, quia tunc vir, qui sic debuit mulierem cohibere, vel potest dici consensisse.

Repetitio summam perstringens.

Tractans ut breviter summam perstringam, quod peccatum ita in anima concipitur ut illud fieri disponatur vel etiam perficiatur, aliud frequenter, aliud vel semel, vel etiam [illegible] quod delectatione cogitationis diu tenetur, mortale est. Cum vero in sensualitatis motu tantum est, ut prediximus, tunc omnino levissimum est, quia id tunc non delectatur. Ideo autem supra

Quare dixerit frequenter vel semel.

dixi aliud frequenter, aliud semel, quia quedam sunt que si semel fiant vel facienda disponantur, damnant; quedam vero non nisi sepius fiant vel facienda decernantur, ut de otioso verbo. Hec autem Augustinus in XII. libro

Ad idem auctoritate confirmat.

De Trinitate dicit. Sicut in illo coniugio primorum ho-

q dr adam [illegible] capta. et quomodo [illegible].

epistola ad Corinth.

q. p. et. et. p. i.

[illegible]

i. de ipso homine

i. inferiori parti ratione

i. ad rationem pertinet et quod dicitur de ro. i. theologis rationis

ratio pertinens ad rationem, et respicit ad hoc quod de Adam ducta costa et formationem mulieris.

i. mens una

in copula et una [illegible]

i. [illegible] excellentia

minus serpens in manducando persuasit, mulier autem non manducavit sola, sed viro suo dedit, et simul manducaverunt: ita in quodam secreto coniugio quod in uno homine geritur [illegible] que in rebus temporalibus agendi ratiocinandique vivacitate versatur. Animalis sensus ingerit quidem illecebram fruendi se, velut serpens alloquitur feminam; huic autem illecebre consentire, de ligno vetito edere est. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superiori vero auctoritate consilii ita retinentur membra ut non exhibeantur arma iniquitatis peccato, sic habendum existimo velut cibum vetitum mulier sola comederit. Quando sola mulier comedit. Si autem in consensione illa ita decernitur quodcumque peccatum, ut si potestas sit, etiam opere compleatur, intelligenda est mulier Quando mulier cum viro comedat. dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suaviter, verum etiam efficaciter perpetrandum mente decerni, nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est membra in opus movendi vel ab opere cohibendi, male actioni cedat.

Quando mortale sit in sola delectatione cogitationis. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen et volvens libenter que statim ut attigerunt animum respui debuerunt, negandum est esse peccatum, sed longe minus quam si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendum, et dicendum: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis supplicio plecteretur, ita potest dici in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus continuo se deberet avertere, cogitatio sola pascatur libenter, nec facienda decernantur mala, sed tantum suaviter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hec quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur, nisi hec que sine voluntate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur.

Aug. Idem quoque in libro contra manicheos de hoc eodem significans, Apostolus dicit: Secundum principem potestatis aeris huius qui nunc operatur in filiis diffidentie. Numquid ergo visibiliter apparet eis, aut quasi corporeis locis accedit ad eos quos operatur? Sed miris modis per cogitationem suggerit quecumque potest. Quibus suggestionibus resistendum est. Non enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam, cum ei persuasit ut Dominum traderet? Numquid in locis aut per hos oculos ei visus est? Sed utique ut dictum est intravit in cor eius. Repellit autem illum homo si paradisum custodierit. Posuit enim Deus hominem in paradiso ut operaretur et custodiret. Ecclesia sic est dicta in Canticis canticorum: Ortus conclusus, fons signatus, quo utique non admittitur persuasor ille. Sed tamen per mulierem decepit. Aug. Non enim etiam nos ipse deducit ad consensionem peccati, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi que debet obtemperare rationi tanquam rectori viro.

Sed etiam in uno quoque nostrum nichil aliud agitur nunc, cum ad peccatum quisque delabitur, quam tunc actum est in illis tribus, serpente, muliere et viro. Nam primo fit suggestio sive per cogitationem sive per sensus corporis, vel videndo vel tangendo vel audiendo vel gustando vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non movetur ad peccandum, excludetur serpentis astutia; si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat et quod libido commoverit faciendum esse decernat, ab omni beata vita tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiamsi non subsequatur factum, quoniam rea tenetur in consensione conscientia.

Quare hoc de partibus anime dixit.

Hec de anime partibus inseruimus, ut ipsius anime natura plenius cognosceretur, et in qua sui portione in ipsa sit liberum arbitrium intelligatur, scilicet secundum rationem, in quo omne peccatum mortale geritur, sed non et veniale illud scilicet quod in solo motu sensualitatis consistit.

De sensualitate.

Non est autem silentio pretermittendum, quod sepe in Scriptura nomine sensualitatis non id solum in anima quod est commune nobis cum pecore, sed etiam inferior rationis portio, que temporalium dispositioni intendit, intelligitur; quod diligens lector in locis Scripture ubi de ipsa fit mentio diligenter annotet.

Quod aliquando in Scriptura tam altior quam superior [illegible] accipitur, sed etiam inferior pars rationis eius nomine intelligitur.

Iam vero ad Redeo ad liberi arbitrii considerationem.

quod non simpliciter
et [illegible]

quod sit .I. non;
et in evangelio [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible] sensualitas

de libero arbitrio c.

postremum redeamus, scilicet ad liberum arbitrium. Quod philosophi diffinientes dixerunt liberum de voluntate iudicium, quia potestas ipsa et habilitas voluntatis rationisque, quam supra diximus esse liberum arbitrium, libera est ad utrumlibet, quia libere potest moveri ad hoc vel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium quantum ad voluntatem, quia voluntarie moveri et spontaneo appetitu ferri potest ad ea que bona vel mala iudicat vel iudicare valet.

Diffinitio liberi arbitrii secundum philosophos que accedit predicte assignationi.

Quod liberum arbitrium non pertinet nisi ad futura, nec ad presentia, sed ad futura.

Hoc autem sciendum est quod liberum arbitrium ad presentia vel ad preterita non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim presens est vel preteritum, determinatum est, nec in potestate nostra est ut et sit vel non sit quod iam est; potest enim non esse vel aliud esse quam est, sed non potest non esse dum est, vel aliud esse quam est dum est quod est. Sed utrum hoc sit vel illud ad potestatem liberi arbitrii spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt, sed ea tantum que per liberum arbitrium possunt fieri et non fieri. Siquis enim tale quid velit ac disponat facere quod in sua voluntate sit potestate, et quod sine ipsius dispositione eque fieret, in hoc ipse non habet liberum arbitrium.

Quod supra posita descriptio liberi arbitrii non convenit deo nec his qui glorificati sunt.

Et quidem secundum predictam assignationem ipsis tamen videtur esse liberum arbitrium qui voluntatem mutare et in diversa possunt deflectere, in quibus videlicet potestas est eligere bonum vel malum, utrumlibet secundum electionem facere vel dimittere. Sed constat quod nec in deo nec in his omnibus qui iam beati in domino confirmati sunt vel roborati ut iam peccare nequeant, liberum arbitrium esse poterit. Sed quod deus liberum arbitrium habeat Augustinus docet sic in libro xxii De civitate Dei inquiens: Certe deus ipse numquid, quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? Ambrosius quoque in libro De trinitate: Spiritus, dicit, apostolus, omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult, id est pro liberae voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.

Quod in deo sit liberum arbitrium.

Qualiter in deo accipitur liberum arbitrium.

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in homine, aliter in deo. In deo enim liberum arbitrium dicitur sapientissima et omnipotens ipsius voluntas, que non necessitate sed libera voluntate omnia facit prout vult. Ieronimus vero attendens ita esse liberum arbitrium in deo sicut est in creaturis, ab ipso videtur liberum arbitrium excludere in homelia quadam de prodigo filio dicens: Solus deus est in quem peccatum non cadit nec cadere potest; cetera cum sint liberi arbitrii in utramque partem flecti possunt. Dum autem ceteris indicat liberum arbitrium flexibile esse in ceteris, non esse in deo.

Quod angeli et sancti qui iam beati sunt habent liberum arbitrium.

Angeli vero et sancti qui iam feliciter cum domino vivunt, atque ita gratia beatitudinis confirmati sunt ut ad malum flecti nec velint nec possint, libero arbitrio non carent. Unde Augustinus in libro xxii De civitate Dei: Sicut prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, novissima erit non posse mori; ita primum liberum arbitrium posse non peccare, novissimum non posse peccare. Idem in Enchiridion: Sic oportebat prius hominem fieri ut et bene velle posset et male; postea vero sic erit ut male velle non possit, nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit servire peccato. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua sic beati esse volumus ut esse miseri non solum nolimus sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra nunc habet nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo servandus fuit quo deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale quod et peccare possit, quamvis melius sit quod peccare non possit.

Quod liberum erit arbitrium quando peccare non poterit.

Ecce his verbis evidenter astruitur quod post beatitudinis confirmationem erit in homine liberum arbitrium quo peccare non poterit, et nunc in angelis est et sanctis qui cum domino sunt, tanto utique liberius quanto a peccato immunius et ad bonum pronius. Quo enim quisque ab ista potius servitute de qua scriptum est: Qui facit peccatum servus est peccati, longius abstitit, tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde satis diligenter insinuatur liberum videri dictum arbitrium quod sine coactione et necessitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreverit.

Unde liberum esse dicatur arbitrium.

De libertatis arbitrii differentia.

Ex predictis perspicuum est quod maior erit libertas arbitrii prima autem secunda, certe multo maior quam secunda vel prima. Prima enim libertas arbitrii fuit in qua poterat peccare et non peccare. Ultima vero erit in qua poterit non peccare et non poterit peccare. Media illa est in qua potest peccare et non potest non peccare, ante reparationem etiam mortaliter, post reparationem vero saltem venialiter.

Ego fo. 55 pagina capitulo liberum non arbitrium 92.

[illegible] adiuvante — contra adiuvante.

[illegible] quod ibi est spe videns et non re — quod ibi est spe videns et non re.

[illegible] per arbitrium flecti quod est ut futuro — vel per arbitrium flecti quod est ut futuro.

[illegible] in mutationibus [illegible] in his que non in perhennitatibus [illegible] — in mutationibus non in perhennitatibus vel equalibus.

Chaldaica negatur ut sepe in gallica contingit.

ad corinth. — ad corinth. i.

Contra adiuvantes.

Contra agendum.

Quod voluntas beata quia due negationes faciunt affirmationem.

[illegible]

Et possunt notari De quatuor statibus liberi arbitrii quatuor status liberi arbitrii in homine. Ante peccatum enim ad bonum nihil impediebat, ad malum nihil impellebat; nullo trahebatur infirmitate ad malum, et habebat adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicabat, et voluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum vero ante reparationem gratiae premitur et vincitur a concupiscentia, et habet infirmitatem in malo, sed non habet gratiam in bono; et ideo potest peccare, et non potest non peccare, etiam damnabiliter. Post reparationem vero ante confirmationem premitur a concupiscentia, sed non vincitur; et habet quidem infirmitatem in malo, sed gratiam in bono, ut possit peccare propter libertatem et infirmitatem, et possit non peccare ad mortem propter libertatem et gratiam adiuvantem. Nondum tamen habet posse omnino non peccare vel non posse peccare, propter infirmitatem nondum perfecte absorptam, et propter gratiam nondum perfecte consummatam. Post confirmationem vero, infirmitate penitus consumpta et gratia consummata, nec vinci poterit nec premi, et tunc habebit non posse peccare. De corruptione liberi arbitrii per peccatum

Unde manifestum est quod praeter alias penalitates quas pro peccato illo incurrit homo penatus est corruptione et depravatione liberi arbitrii et gratuitis. Namque per peccatum naturalia bona in homine corrupta sunt, et gratuita detracta. Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est et spoliatus: vulneratus quidem in naturalibus bonis, quibus non est privatus; alioquin non posset reparatio. Spoliatus vero gratuitis, quae per gratiam naturalibus addita fuerunt. Haec sunt data optima et dona perfecta, quorum alia sunt corrupta per peccatum, id est naturalia, ut ingenium, memoria, intellectus; alia subtracta, id est gratuita, quamquam et naturalia ex gratia sint, quia ad generalem quamque Dei gratiam pertinent; sed per hoc fit distinctio, cum gratiae vocabulum ad speciem, non ad genus refertur. Corruptum est ergo liberum arbitrium per peccatum, et ex parte perditum. Unde Augustinus in Enchiridion: Libero arbitrio male utens homo et se perdidit et ipsum. Cum enim libero arbitrio ab homine peccaretur, victore peccato amissum est et liberum arbitrium. A quo enim quis devictus est, huic servus addictus est. Ecce liberum arbitrium dicitur hominem amisisse, non quia post peccatum non habuit liberum arbitrium, sed quia libertatem arbitrii perdidit, non quidem omnem, sed libertatem a miseria et a peccato.

Est namque libertas arbitrii triplex, De tribus modis libertatis arbitrii scilicet a necessitate, a peccato, a miseria. A necessitate, tam ante peccatum quam post, liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat, ita nec modo. Ideoque voluntas semper apud Deum iudicatur, quae semper a necessitate libera est et immunis, quia non De libertate a necessitate cogi potest. Ubi necessitas, ibi libertas non est; ubi non est libertas, nec voluntas, ideoque nec meritum. Haec libertas in omnibus est, tam in malis quam in bonis. Est et alia libertas a peccato, De libertate a peccato de qua dicit Apostolus: Ubi spiritus Domini, ibi libertas. Et in Evangelio: Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Haec libertas a servitute peccati liberat, et servos iustitiae facit, sicut e converso servitus peccati liberos iustitiae facit. Unde Apostolus: Liberati a peccato servi facti estis iustitiae. Et item: Cum servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. Hanc libertatem homo peccando amisit. Ideoque Augustinus dicit quod homo male utens libero arbitrio et se perdidit et ipsum, quia perdita est per peccatum libertas, non a necessitate, sed a peccato. Qui enim facit peccatum servus est peccati.

Istam libertatem in qua est Quis habet hanc libertatem scilicet a peccato, et per quid a peccato illi soli nunc habent quos Filius per gratiam liberat et reparat; non tamen quod penitus hic sine peccato in hoc mortali corpore, sed ut iam in eis peccatum non dominetur neque regnet. Et haec vera et bona libertas, quae bonam parit servitutem, scilicet iustitiae. Unde Augustinus in Enchiridion: Ad iustitiam faciendam non erit aliquis liber, nisi a peccato liberatus esse iustitiae coeperit servus. Et ipsa est vera libertas propter recte facti laetitiam, simul et pia servitus propter praecepti oboedientiam. Sed alia libertas non vera, male servitutis ad iniquitatem, quod est ad iniquitatem faciendum, sed ratio dissentire videtur, ubi dicitur non esse faciendum quod voluntas appetit. Ad bonum vero faciendum concordant ratio et voluntas, et ideo ibi vera libertas est et pia. De libertate autem ad malum et servitute mala ait Augustinus in Enchiridion: Servus addictus peccato, quid potest liberum, nisi cum eum peccare delectat? Liberaliter enim servit qui sui domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est qui peccati servus est.

Hic quaeri potest utrum sit libertas De libertate ad malum, an sit libertas arbitrii qua quis liber est ad malum, sit libertas arbitrii. Si enim libertas arbitrii ipsa libertas liberi arbitrii est, bonum quid est? quia libertas arbitrii liberi arbitrii quod bonum naturale est. Quibus dicitur: Responsio ad eosdem

au.

a necessitate.

2 ad corinth. 3.

ad romanos.

ad romanos.

a miseria.

liberum arbitrium quod ad libertatem a miseria et a peccato.

au.

supra e. de e. ad roma.

quod ad synderesim.

de diabolo: quod est dominus peccatoris.

II. libras

Contra non est.

quod sit ipsa libertas arbitrii, que semper bona est, si per peccati servitutem ad malum sit liberior et pronior. Videtur non esse ista libertas qua ad malum est.

Secundum alios

Alii autem aiunt: quod haec libertas ad malum utique supra memorata, utrum autem non sit ipsa libertas arbitrii, si sit quaedam pronitas peccandi et curvitas quae ex peccato est, et mala est.

Questio.

Questio alia de libertate ad bonum. an ipsa sit libertas liberi arbitrii an non.

Simul etiam quaeri solet utrum illa libertas uoluntatis que est ad iustitiam faciendam, sit ipsa libertas arbitrii.

Ex bene dicitur.

Responsio secundum quosdam.

Quidam dicunt illam eandem esse, sed reparatam per gratiam, qua iuuante libera est ad bonum; sine gratia uero est libera ad bonum. Unde augustinus in enchiridion: Ista libertas ad bonum faciendum non erit homini addicto et uendito, nisi eum redimat ille qui dicit: Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Quod antequam fiat in homine, incipiat quomodo quisquam de libero arbitrio glorietur, qui nondum est liber ad operandum bene. Hoc aperte ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari, ut per illud bonum operetur. Quibus sed dicit illam libertatem restauratam esse ad bene faciendum, cuius supra meminit aug., esse libertatem ipsius arbitrii gratia dei liberatam et adiutam.

Ex peccato.

Secundum alios

Ex malo.

Alii uero putant non esse ipsam arbitrii libertatem, sed aliam quidem, que ex gratia et libero arbitrio in homine deo operante incipit esse uel reparatur.

Certa determinatio de utroque

Verum nobis magis placet ut ipsa libertas arbitrii sit, et illa qua quis liber est ad malum et ad bonum, et ista qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim uariis arbitrii sortitur diuersa uocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum antequam per gratiam sit reparata; sed cum per gratiam fuit reparata, dicitur libertas ad bonum faciendum. Quia ante gratiam libera est uoluntas ad malum; per gratiam uero libera fit ad bonum. Semper igitur uoluntas hominis aliquo modo libera est, sed non semper bona est. Non enim bona nisi a peccato liberata sit. Libera autem a necessitate libera. Unde aug. in libro de gratia et libero arbitrio: Semper in nobis uoluntas libera est, sed non semper bona est. Aut enim libera est iustitiae quando seruit peccato, et tunc est mala; aut a peccato libera est quando seruit iustitiae, et tunc est bona.

Exaltatio a uocatione.

Ex ... a tertia.

3a libertas

De libertate a miseria.

Est et tertium libertas a miseria, de qua apostolus ait: Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum, quando caruit miseria et nulla tangebatur molestia, et plenius habebit in futura beatitudine, quando miser esse non poterit. Sed in hac utraque est libertas. Post peccatum uero miseriam considerantes, nemo a miseria liber est, quia peccati pena non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrii et diminutione. addit alia.

Ex praedictis iam apparet quomodo per peccatum sit inminutum et corruptum liberum arbitrium. Quia ante peccatum nulla erat homini difficultas nullumque impedimentum de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio uel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur et ad malum instigatur, ut non possit uelle et perficere bonum nisi per gratiam liberetur et adiuuetur, quia ut ait apostolus peccatum habitat in carne.

efficiatur.

Quomodo per peccatum liberum arbitrium ... libertas ... ad malum et ad bonum et ad malum ...

... anima quam unam.

Liberum ergo arbitrium semper fuit in singulis, sed liberum est, tum per partem liberum in bonis et malis, et ad bona et ad mala. Liberum enim esse ad bonum ad liberum est, cum in malis liberum dicitur. Sed liberum est ad malum, quia per se potest quod ad bonum quod nisi gratia liberetur et adiuuetur non potest.

Cur liberum ... ad malum ... sed gratia ... arbitrium ... peccati mala.

De libertate quae est ex gratia et natura.

Libertas autem a peccato et a miseria per gratiam est; libertas uero a necessitate per naturam. Utramque libertatem naturae et gratiae notat apostolus ex persona hominis non redempti dicens: Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio, ac si diceret: habeo libertatem naturae, sed non habeo libertatem gratiae, ideo non est apud me perfectio boni.

Certe ad ... nati...

Contra me.

Quod non perficit perfectio boni.

Nam uoluntas hominis, quam naturaliter habet, semper ualet erigi ad bonum efficaciter uolendo et opere implendo, sed per gratiam liberetur et adiuuetur. Liberetur quidem ut uelit, et adiuuetur ut perficiat. Unde aug.: Gratia ... non nolenti ut uelit; subsequitur uolentem ne frustra uelit.

Cooperatione.

Eternus autem dei uoluntas operetur. Si in misericordia dei qui operatur in nobis uelle et operari bonum. Cui gratia etiam non aduocat uoluntas hominis et operatur. Sed ipsa gratia uoluntatem preuenit preparando ut uelit bonum, et preparatam adiuuat ut perficiat.

Cooperatur uoluntati.

Efficiatur.

De gratia operante et cooperante.

XXVI

Hec est gratia operans et cooperans. Operans enim gratia preparat hominis uoluntatem ut uelit bonum; gratia cooperans adiuuat ne frustra uelit. Unde aug. in libro de gratia et libero arbitrio: Cooperando deus in nobis perficit quod operando incipit, quia ipse ut uelimus operatur.

Cum incipientibus quod uolentibus cooperatur.

Cum effectu.

perficiens; ut ergo velimus sine nobis operatur; cum autem volumus, et sic volumus ut perficiamus, nobiscum cooperatur; tamen sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nichil valemus. Ecce his verbis satis aperitur quae sit gratia operans et quae cooperans.

Quae sit gratia operans et quae cooperans.

Operans enim est quae praevenit voluntatem bonam; ea enim liberatur et praeparatur hominis voluntas ut sit bona, bonumque efficaciter velit. Cooperans vero gratia voluntatem iam bonam sequitur adiuvando. Unde Augustinus contra Iulianum haereticum, qui bonam voluntatem ex libero arbitrio tantum esse dicebat, atque hominem per liberum arbitrium posse bonum velle et operari sine gratia asserebat, in libro de emendatione gratiae apostolum proferens ait: Non est volentis neque currentis sed Dei miserentis. Hoc si attenderes, Iuliane, et si intenderes esse gratiam in ista voluntate humana. Non enim ideo miseretur Deus aliquo quia homo voluit, sed ideo voluit quia miseretur. Quia ideo voluit, quia praeparatur a Domino. Cum voluntas hominis a Deo praeparatur, a Domino gressus hominis diriguntur.

De perfectione iustitiae.

Ideoque congrue ait: Non est volentis neque currentis sed Dei miserentis. Non quia hoc sine voluntate nostra agatur, sed quia voluntas nostra nichil boni agit nisi divinitus adiuvetur. Unde alibi apostolus ait: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Non ideo dicit quia nichil boni ageret, sed quia nichil boni ageret si illa non adiuvaret. His testimoniis aperte insinuatur quod voluntas hominis gratia Dei praevenitur atque praeparatur ut fiat bona, non ut fiat voluntas, quia et ante gratiam voluntas erat, sed non erat bona et recta voluntas.

Quid sit voluntas.

Voluntatem ipsam Augustinus in libro de duabus animabus ita distinguit: Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. Haec autem ut sit ad iustitiam maxime adipiscendam bonum, praevenitur et praeparatur Dei gratia. Unde apostolus gratiam praevenientem et subsequentem commendans, id est operantem et cooperantem, de operante et vigilante dicit: Non est volentis neque currentis sed Dei miserentis. Non est misericordia Dei si volentis et currentis. Item sicut quibusdam placuit quod dictum est ita accipi: Non est volentis neque currentis sed Dei miserentis, tamquam diceretur: Non sufficit sola voluntas hominis si non sit etiam misericordia Dei, ergo dici potest: Non sufficit etiam misericordia Dei sola si non sit voluntas hominis, ac per hoc

De operante et cooperante gratia et de hominis voluntate.

si recte dictum est illud quia voluntas hominis sola non impletur, etiam e contrario recte dicitur: Non miserentis Dei sed volentis est hominis, cum id misericordia Dei sola non impleat. Homo enim sperare et credere non potest nisi velit, nec pervenire ad palmam nisi voluntate currat. Restat ergo ut ideo recte dictum intelligatur, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et praevenit praeparando adiuvandam et adiuvat praeparatam. Nolentem praevenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Ecce his verbis aliisque pluribus evidenter traditur quod voluntas hominis praeparatur et praevenitur gratia Dei ut bonum velit, et adiuvatur ne frustra velit.

Quod bona voluntas comitatur gratiam.

Nec tamen bona voluntas comitatur gratiam, non gratia voluntatem. Unde Augustinus ad Bonifacium papam libro contra Pelagianos: Fides, inquit, impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei; non gratiam Dei aliquid praecedit humani meriti, sed ipsa meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici, voluntate comitante, non ducente, pedissequa, non praevia. Ecce hic expresse habes quod gratia praevenit bonae voluntatis meritum, ipsaque voluntas bona pedissequa est gratiae, non praevia.

Quod gratia praeveniens voluntatem est fides cum dilectione.

Et si diligenter intendas, in eo demonstratur quid sit ipsa gratia voluntatem praeveniens, scilicet fides cum dilectione. Ideoque Augustinus in eodem tractans quomodo iustificatio sit ex fide et tamen gratis, utrumque namque apostolus ait, qui dicit: Iustificati ex fide; alibi ait: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hoc enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit, nec dicat sibi: Si ex fide iustificati, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit: Habeo fidem ut merear iustificationem, respondetur ei: Quid enim habes quod non accepisti? Fides enim qua iustificatur est gratis ei data est. Hic aperte ostenditur quod fides est causa iustificandi, ipsaque est gratiae beneficium quo hominis praevenitur voluntas et praeparatur. Unde Augustinus in primo libro Retractationum: Voluntas est qua et peccatur et recte vivitur. Voluntas vero ipsa nisi gratia Dei liberetur a servitute qua facta est serva peccati, et ut vitia superet adiuvetur, recte pieque vivi a mortalibus non potest. Hoc beneficium

De beneficio quo liberatur voluntas.

Au. Au. Au. Au. Au.

quasi solo.

Cum aliter.

quasi pedissequa.

contra augustinum iustificationis.

Contra e. ad corinth. i.

Gen.

Ad hebr.

Ad romanos.

attende

Ad romanos.

Gratia.

Cum aliter et filii.

Complex velle.

Impersonale est.

quae est fides.

Ad paulinum.

Iustificatione adulti requiruntur: infusio gratiae, motus liberi arbitrii, cordis contritio et peccatorum remissio — naturaliter simul tempore.

quo liberetur, nisi eam praeveniret. Iam vero non gratis daretur, id est secundum gratiam quae utique gratis datur. Praevenit ergo bona hominis voluntas illo gratiae beneficio quo liberatur, id est praeparatur, et illud beneficium fides Christi recte intelligitur. Sic Augustinus in Enchiridion evidenter ostendit dicens: Liberum arbitrium liberandum est post illam ruinam a servitute peccati, liberandum non omnino per se ipsum, sed per solam Dei gratiam quae in fide Christi posita est. Liberatur ut ipsa voluntas praeparetur. Hic aperte dicit gratiam per quam liberum arbitrium liberatur, id est praeparatur voluntas, positam esse in fide Christi; fides enim est, ut idem ait, quae impetrat quod lex imperat.

Quod voluntas bona quae praevenit gratiam quaedam Dei dona non praevenit.

Ipsa eadem est quaedam gratiae dona praevenit. Unde Augustinus in Enchiridion: Non praecedit bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia; quae autem non praecedit ipsa, in eis est et ipsa. Nam utrumque legitur in sacris eloquiis: Misericordia eius praeveniet me, et: Misericordia eius subsequetur me. Nolentem quippe praevenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Cur enim monemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie vivere, nisi ut Deus in illis operetur et velle? Itemque cur admonemur petere ut accipiamus, nisi ut ab illo fiat quod volumus, a quo factum est ut velimus? Unde Apostolus ait: Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Ex his apparet quod bona hominis voluntas quaedam dona Dei praevenit, et quod eam comitatur gratia adiuvans, et quaedam eam praeveniunt, et quod eam praevenit gratia operans, scilicet fides cum caritate.

Quod praedictis videntur contraria, scilicet quod videtur dicere fidem esse ex voluntate.

Non est tamen ignorandum quod alibi Augustinus significare videtur ex operatione voluntatis esse fidem. De illo verbo Apostoli: Corde creditur ad iustitiam, tractatu super Iohannem, tractans dicit: Non simpliciter Apostolus ait creditur, sed corde creditur. Cetera potest homo nolens, credere non nisi volens. Intrare enim ecclesiam, accedere ad altare potest nolens, sed non credere. Item super Genesim: Vel talem(?) baptizati credunt; vocemus puellam et requiramus eius voluntatem, dicit exponens: quia fides est voluntatis, non necessitatis.

Responsio cum determinatione.

Ad quod respondentes dicimus: Non hoc ita accipiendum fore, ut ex voluntate hominis fides intelligatur provenire, cum ipsa sit principale Dei donum, ut ait Apostolus. Et ex ea bona hominis merita incipiunt. Per hanc enim, ut ait Augustinus super psalmum xxxi, iustificatur impius, id est fit de impio pius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Unde omnia bona merita incipiunt. Si potest vero id ita dicta sunt, quia non est fides nisi in eo qui vult credere, cum bonam voluntatem fides praeveniat non tempore sed causa et natura. Unde Augustinus super [illegible] congruenter dicit quod bona voluntas in eis donis est quae non praecedit, et ipsa invitatur quae eam invitationibus praeveniunt: divisus(?) consentire ad effectum boni, in eis est quae ipsa ab eis non praeceditur.

Quemadmodum huic additur quod contrarie [illegible] faciunt contrarium, scilicet quod cogitatio boni praecedit fidem.

Contra hanc assertionem magis adversum insurgunt illa Augustini quibus in libro de praedestinatione sanctorum, tractans illud verbum Apostoli: Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, attendant, inquit, hic, et verba ista perpendant qui putant ex nobis esse fidei coeptum et ex Deo esse fidei supplementum. Commendans enim illam gratiam quae non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: Non quod, inquit, sufficientes simus cogitare aliquid boni ex nobis. Quis autem non videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitaverit esse credendum. Si ergo cogitare bonum non est ex nobis, ut hic Apostolus dicit, nec credere, quod nequaquam fit sine cogitare. Licet enim credere nihil aliud est quam cum assensione cogitare. Hic insinuare videtur quod cogitatio boni praecedat fidem, et ita bona voluntas praeveniat fidem, non praeveniatur, quod praedictis adversari videtur.

Determinatio.

Ad hoc autem dicimus quod aliqua est cogitatio boni, sive voluntas, quae praevenit fidem, sed non est bona illa voluntas, et cogitatio sive opera recte vel iuste. Iusta enim sine fide et caritate non est. Nam, ut ait Augustinus ad Anastasium: Sine spiritu non est voluntas hominis libera, quia cupiditatibus vincitur; non est libera ad bonum nisi liberata fuerit. Non autem liberatur nisi per Spiritum caritas diffunditur in cordibus; non est libera voluntas nisi eam liberet gratia per legem fidei, vel non est libera sine fide operante per dilectionem, ut ita sufficienter sive bona est. Non enim est fructus boni quidem caritatis radice non surgit. Sed postquam adest fides operans per dilectionem, fit delectatio boni.

De illa cogitatione boni quae praecedit fidem.

Illa autem cogitatio sive voluntas quae praecedit fidem, ante fidem et caritatem alicui iustificatio [illegible] nec praecedit, non sufficit ad salutem, nec recte vivitur ea; hac voluntate concupiscitur illa bona voluntas.

Quomodo illa cogitationem boni voluntatem bonam praecedit.

Gratia est fides.

3

Ad romanos.

Ad romanos.

Contra principio.

Est magis

que est magnum bonum, sicut voluntas et cognitio. Alia ergo est illa voluntas sive cogitatio, alia ista; sed illa istam precedit, et illam prevenit intellectus. Unde Augustinus, ista distinguens super illum locum psalmi: Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas, ait: Concupivit desiderare; ingerit se desiderium, videns omnino quam utiles sint iustificationes Dei, sed infirmitate sua aliquando non desideramus. Prevolat ergo intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonum, nec delectat agere; concupiscimus ut delectet. Sic iste olim desiderare concupiscebat que bona esse cernebat, cupiens sibi adesse delectationem quorum poterat habere rationem. Ostendit etiam Augustinus quibus gradibus ad ea perveniatur. Precedit enim ut videatur quam sint utiles et honeste; deinde ut eorum desiderium concupiscatur; postremo ut proficiente gratia delectet eorum operatio, quarum sola ratio delectabat.

Secundum illa Augustini gratie ordinem vere exponit.

Attende hunc ordinem gratie, quem hic distincte assignat Augustinus, qualiter scilicet intellectus bonorum precedit concupiscentiam eorumdem, et ipsa concupiscentia delectationemque sive perfectionem et caritatem, qua habita vere bona est voluntas qua recte vivitur, et ipsa quoque fidei comes est, non previa. Et cum illa Augustini premissa, si bene distinctionem consideraveris, nullam ibi repugnantiam fore advertes; sed cognoscitur etiam ante gratiam prevenientem et operantem, qua voluntas bona preparatur,

Quod ante infusionem gratie multa in homine precedunt, quedam ex gratia et libero arbitrio, quedam ex libero arbitrio.

in homine precedere quedam bona, partim ex Dei gratia et libero arbitrio, quedam etiam ex solo libero arbitrio, quibus tamen vitam non meretur, nec etiam gratiam qua iustificatur. Illi enim gratie percipiende, que voluntatem hominis sanat ut sanata legem impleat, nulla merita precedunt; ipsa est enim qua iustificatur impius, id est fit iustus qui prius erat impius. Merita autem impii non gratia sed pena debentur, nec ista esset gratia si non daretur gratuita; datur autem gratuita, quia nichil boni ante fecit.

Quod ab homine fiunt bona et plurima per liberum arbitrium.

Non negamus tamen multa ante hanc gratiam et preter hanc gratiam ab homine et bona plurima per liberum arbitrium, ut tradit Augustinus in responsionibus contra Pelagianos, dicens homines per liberum arbitrium agros colere, domos edificare et alia plura bona facere sine gratia operante.

Utrum una eademque gratia dicatur operans et cooperans.

Hic considerandum est, cum predictum sit per gratiam operantem et prevenientem voluntatem hominis liberari ac preparari ut bonum velit, et per gratiam cooperantem adiuvari ne frustra velit, utrum una sit et eadem gratia, an diverse; utrum gratiam dicamus operantem et cooperantem, an diversa. Alii enim opinantur aliam esse gratiam operantem, aliam cooperantem.

¶ Quibusdam autem videtur, Videtur quod una sit. probabilius quod una et eadem sit gratia, sed propter diversos effectus idem donum eadem virtus que operatur et cooperatur; sed propter diversos eius effectus dicitur operans et cooperans. Operans enim dicitur in quantum liberat et preparat voluntatem hominis ut bonum velit; cooperans vero in quantum eam adiuvat ne frustra velit, sed ut opere bonum faciat. Ipsa enim gratia non est otiosa, sed meretur augeri ut aucta mereatur et perfici.

Quid sit ipsa gratia, et quomodo meretur augeri.

Si vero queritur quomodo ipsa gratia preveniens mereatur augeri, cum nullum meritum sit sine libero arbitrio, et quid sit ipsa gratia, an virtus an non; si virtus, an affectus vel non: ut hoc aperte insinuari valeat, premittendum est tria esse genera bonorum. Alia namque sunt magna, alia minima, alia media, ut Augustinus ait in secundo libro Retractationum: Virtutes quibus recte vivitur magna bona sunt; species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte vivi potest, minima bona sunt; potentie vero animi, sine quibus recte vivi non potest, media bona sunt. Virtutibus nemo male utitur; ceteris autem bonis, id est mediis et minimis, non solum bene sed etiam male quisque uti potest. Et ideo virtute nemo male utitur, quia opus virtutis est bonus usus istorum quibus etiam et non bene uti possumus. Nemo autem bene utendo male utitur. Non solum autem magna, sed etiam media et minima bona esse non possunt nisi ex Deo. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.

Queritur autem in quibus bonis contineatur liberum arbitrium. De hoc Augustinus in libro Retractationum ait: In mediis bonis invenitur liberum voluntatis arbitrium, quia et male illo uti possumus; sed tamen tale est ut sine illo recte vivere nequeamus. Bonus autem usus eius iam virtus est, que in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. Et quia bona et magna et media et minima ex Deo sunt, sequitur ut ex Deo sit etiam bonus usus libere voluntatis, que virtus est et in magnis numeratur bonis.

Ex premissis auctoritatibus conferri, ut quod querebatur possit solvi.

Attende diligenter que dicta sunt, et confer in unum; sic enim aperietur quod supra querebatur. Dicit equidem opus virtutis esse bonum usum illorum bonorum quibus etiam non bene uti possumus, id est mediorum.

Au. de spiritu et littera.

Au.

Au.

Au.

Ra.

quod est

Id dicit in secundo libro de libero arbitrio

Hoc est quod optima bona sunt virtutes; media, scilicet potentie; minima, scilicet corporales; primis bonis non possumus abuti; duobus ultimis possumus male uti, ut tangit auctor.

Hic de utroque, gratia et de libero arbitrio.

XXVII

Gratia gratis

opus virtutis

opus virtutis

h. i. usus mediorum bonorum

h. actus virtutis.

h. si virtus liberi arbitrii est virtus

h. per sequentes.

Di. xxvii.

In quibus posuit liberum arbitrium Augustinus bonum usum mediorum dixit esse virtutem, quod sic est. Non est ergo opus virtutis virtutum, ut supra dixit, quia aliud est virtus, aliud opus eius.

De virtute quid sit, et quid actus eius.

Hic videndum est quid sit virtus, et quid sit actus et opus eius. Virtus est, ut ait Augustinus, bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male utitur, quam solus Deus in homine operatur.

Exemplum ponit de virtute iustitie, quod de aliis tradit intelligendum.

Hoc est, virtus opus Dei tantum est, sicut de virtute iustitie dicit Augustinus super illum locum Psalmi: Feci iudicium et iustitiam, dicens: Iustitia magna virtus est animi, quam non facit in homine nisi Deus. Hoc ergo cum dicat propheta: Feci iustitiam, non ipsam virtutem, quam non facit homo, sed opus eius intelligi voluit. Ecce aperte insinuatur hic quod iustitia in homine non est opus hominis, sed Dei; quod de aliis virtutibus similiter intelligendum est.

De fide eadem dicit, quod ex Deo tantum sit.

Nam de gratia fidei ad Ephesios scribens Apostolus tamen fidem non ex homine sed ex Deo tantum esse asserit, inquiens: Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est. Quod Ambrosius ita exponit: hoc, id est fides, est non ex natura nostra, quia donum Dei puri est. Ecce hic manifeste traditur quod fides non est ex libertate arbitrii, sive ex libero arbitrio voluntatis. Quod superioribus consonat, ubi dictum est gratiam prevenientem et operantem esse virtutem que voluntatem hominis liberat et sanat. Unde Augustinus in libro De spiritu et littera: Iustificationem suam non per liberam voluntatem, sed per gratiam Christi. Neque quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia voluntatem, et sana voluntas impleat legem.

De gratia que liberat voluntatem, quod sit virtus, et quod virtus non est ex libero arbitrio, sicut non est motus vel affectus.

Sic ergo gratia que sanat et liberat voluntatem hominis virtus est, vel una vel plures. Cum ipsa gratia non sit ex libero arbitrio voluntatis, sed eam potius sanat ac preparat ut bona sit, consequitur ut virtus non sit ex libero arbitrio. Porro non sit motus vel affectus mentis, cum omnis motus et affectus mentis sit vel ex libero arbitrio solo, vel ex gratia et libero arbitrio: malus scilicet ex libero arbitrio tantum. Ut enim ait Augustinus in I libro Retractationum: Homo sponte et libero arbitrio cadere potuit, non etiam resurgere. Item in libro De duabus animabus: Anime liberum ad sumendum vel faciendum motum animi carentem; si denique et abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum tenere non possumus. Hic aperte ostenditur quod motus animi sive ad bonum sive ad malum ex libero arbitrio est. Hoc ergo si gratia vel virtus motus mentis esset, ex libero arbitrio esset. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte esset, tamen non solus Deus sine homine eam faceret.

Propterea quidam non incongrue tradunt virtutem esse bonam mentis qualitatem sive formam, que animam informat; et ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuvatur ut ad bonum moveatur et erigatur; et ita ex virtute et libero arbitrio nascitur bonus motus vel affectus animi, et exinde bonum opus procedit exterius. Sicut pluvia irrigatur terra ut germinet et fructum faciat; nec pluvia est terra, nec germen, nec fructus, nec terra germen vel fructus, nec germen fructus. Sic gratia terram mentis nostre, id est arbitrium voluntatis, infundendo pluviam divine benedictionis, id est inspirando gratiam, quod solus Deus facit, non homo, tamen eo quia rigat voluntatem hominis ut germinet et fructificet, id est sanatur et preparatur ut bonum velit, secundum quod dicitur operans; et iuvatur ut bonum faciat, secundum quod dicitur cooperans. Ista gratia virtus non incongrue nominatur, quia voluntatem hominis infirmam sanat et adiuvat.

Quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita, et de qua gratia intelligatur. Qualiter intelligatur ex sola gratia, intelligatur autem.

Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita et incipere, aut intelligitur gratia gratis dans, id est Deus, vel potius gratia gratis data, que voluntatem hominis prevenit. Non enim dici congruit magistri libere adeo dicerent esse quo hoc omnia, sed potius de gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita. Que cum ex sola gratia esse dicuntur, non excluditur liberum arbitrium, quia nullum meritum est in homine quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merendis cause principalitas gratie attribuitur, quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium et sanatur atque iuvatur voluntas hominis ut sit bona.

Quod bona voluntas gratie principaliter est, et sic etiam bona merita. Qualiter bonum meritum in homine exoritur. Bona voluntas.

Que etiam ipsa est donum Dei et hominis meritum, id est magis principale, quia ex gratia principaliter est, igitur est. Unde Augustinus ad Sixtum presbyterum: Quod est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis faciat nisi gratia? Si ergo gratia, cum ut demum est, que preveniens sanat arbitrium hominis, sicut ipsum arbitrium precedat in anima bona voluntas, animi affectus sive bonus motus mentis, et hoc est primum bonum meritum hominis.

h. i. liber

h. principalis

h. animabus

hic incipit laudare voluntatem audire amorem

Sicut ubi gratiam vel fidem vel virtutem et hominis arbitrium generare in mente motus quosdam bonos, ut timere et ipsum credere, ita ex caritate et libero arbitrio alii quidam motus proveniunt, ut diligere bonum valde. Sed et de ceteris virtutibus intelligendum est, ut isti boni motus et affectus virtutes sint, et dona quibus meremur et premiorum augmentationem, et alia que consequenter hic et infra tractando nobis apponuntur.

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem et vitam eternam.

Cum ergo dicitur fides mereri iustificationem et vitam eternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia per actum fidei meretur illa. Similiter et de caritate et de iustitia et de aliis accipitur. Si enim fides ipsa virtus preveniens diceretur esse actus meritorius, qui est credere, iam ipsa gratia ex libero arbitrio originem haberet, quod esse non est. Sed dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum, si tamen assit caritas, sine qua nec credere nec sperare meritum est vite. Ubi apparet vere quia caritas est spiritus sanctus, qui anime qualitates informat et sanctificat, ut eis anima informetur et sanctificetur; sine quo anime qualitas non dicitur virtus, quia non valet sanare animam.

De gratia que non est: sed facit meritum.

Ex actibus itaque virtutum boni sunt motus, vel fiunt merita, ex gratia que non est meritum, sed facit merita, sine libero arbitrio proveniunt merita nostra, scilicet boni affectus et opera, ex quibus atque bona opera que deus remunerat in nobis et ipsa sunt dei dona. Unde Augustinus ad Sixtum presbyterum: Cum coronat merita nostra, nichil aliud coronat quam munera sua. Vita itaque eterna que in fine admittis precedentibus redditur, quia eadem merita quibus redditur non a nobis sunt parata, sed in nobis facta per gratiam. Recte ipsa vita gratia nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis quia non meritis datur, sed quia data sunt etiam per gratiam ipsa merita quibus datur.

Epilogus ubi aliqua addit.

Ex premissis iam innotescere nobis aliquatenus potest qualiter gratia preveniens meretur augeri, et alia: et quid ipsa sit, an virtus an aliud, et virtus sit actus vel non. Ostensum enim est supra ex parte quorundam quod ipsa sit virtus, et virtus non est actus, sed causa actus, qui non est sine libero arbitrio. Unde et supra Augustinus dixit bonum usum liberi arbitrii esse virtutem.

Exponit quomodo intelligendum sit illud ubi munus vel liberi arbitrii virtus est.

Quod tamen accipi potest vel actum virtutis, ne Augustinus sibi contradicere videretur, qui etiam opus virtutis supra dixit esse bonum usum eorum quibus bene uti possumus, in quibus ponitur liberum arbitrium. Secundum quod bonus usus liberi arbitrii opus virtutis est, iam virtus non est. Cum enim bonum usum esse virtutem dixit, nomine virtutis ipsius usum significavit.

Quid usus est virtutis et liberi arbitrii.

Idem nempe usus bonus ex virtute est et libero arbitrio, sed ex virtute principaliter. Sicut prima pars. Et bonus ille usus in magnis bonis est connumerandus. Illa autem gratia preveniens que virtus est, non usus liberi arbitrii est, sed ex ea potius est bonus usus liberi arbitrii; que nobis est a deo sine nobis. Usus vero bonus arbitrii et ex deo est et ex nobis. Ideo bonum meritum est. Ubi enim solus deus operatur, hic deus et homo, hoc meritum, ex illa primissima gratia proveniens, quod apostolus notavit dicens: Gratia dei sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit. Super quem locum Augustinus in tractatu ait: Recte gratiam nominat; primam enim solam gratiam dat deus et non nisi gratiam. Cum non precedunt ulla merita, sed per gratiam ceperunt bona merita, et ostendit et liberum arbitrium addens: Et gratia eius in me vacua non fuit, ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur aliquid boni posse. Unde dicit: Non autem ego solus, sed gratia dei mecum; et cum illa laborat. Plane cum data fuerit gratia, incipiunt esse nostra merita bona, per illam tamen, quia si illa defuerit, cadit homo.

Aliorum sententia qui ostendunt quod virtutes sint boni usus, et auctoritas.

Alii vero dicunt virtutes esse bonos usus naturalium ——— potentiarum, non tamen omnium, sed tantum interiorum, qui in mente sunt; exteriores vero que per corpus geruntur.

Qualiter exponant illud ubi Augustinus hanc sententiam convenientem.

Quales non virtutes esse dicunt, sed opera virtutum. Et ideo quod Augustinus dicit eos virtutes esse bonum usum naturalium potentiarum, de usu exteriori accipi potest; et quod idem dicit bonum usum liberi arbitrii virtutem esse et in magnis numerari bonis, de usu interiori intelligitur. Virtutes nichil aliud esse quam bonos affectus et motus mentis asserunt, quos deus in homine facit, non homo; quia licet illi motus sint liberi arbitrii, non tamen esse queunt nisi deus ipsum liberet et adiuvet gratia sua operante et cooperante. Gratia enim dei gratuitam voluntatem accipiunt, quia deus est qui operatur in nobis et velle et operari bonum.

Quibus auctoritatibus muniunt quod dicunt.

Quod autem virtutes sint motus mentis testimoniis sanctorum astruunt. Dicit enim Augustinus super Iohannem: Quid est fidem credere quod non vides? Credere autem motus mentis est. Item illi

Et licite

Et mereri

Solum usus

Unde gratia et liberum arbitrium

Et in epistola ad Corinth. i.

[illegible]

opinionis confirmatio

Unde quidquid habet meriti preveniens gratia donat,
nil deus in nobis nisi sua dona coronat.

De ultro congruit, non de nichilo merita.

tio de doctrina christiana. Caritatem autem voco —
motum animi. Sed quero cum caritas et fides motus
animi sint et virtutes sint et motus. Quomodo alii intelligant
ait sic. ¶ Quibus alii respondentes: pondere(?) precedentia
premissa verba augustini studiose intelli- determinant
gentia inquiunt: fides est qua creditur quod
non videtur, id est fides est virtus qua creditur quod non Determi-
videtur. Item caritas est motus animi, id est virtus natio-
qua movetur animus ad diligendum. Et quod his ne
et —— his similia sunt ita accipienda sunt. Confir-
ex his convincunt quod alibi augustinus ait. Illa mant auc-
in primo libro sermonum evangelii: toritatibus
inquit est fides qua creduntur ea que non videntur
quamvis ipsa dicatur fides. Item in xiii libro de trinitate: aliud sunt
ea que creduntur, aliud est fides qua creduntur.
Ex quibus verbis sic argumentando procedunt: aliud
est credere, aliud illud quo creditur; porro est
autem fidem esse id quo creditur. Sic ergo credere
non est fides, quia credere non est id quo creditur.
Credunt quoque, quia et tamen opus dei cum est, tamen ipse
solus facit in nobis; ipsa ergo non est usus vel
actus liberi arbitrii; sed credere est actus liberi
arbitrii; non est ita quo utitur. ¶ Preter harum sen-
missis que aliis et communibus ac celeberrimo tenciarum
rum sententiis iungitur; horum autem iudicium determinationem lectoris
diligentis lectoris relinquo examini. Relinquo
ad alia properans. Postea repetit ut alia addat diffini-
Id vero inconcusse et in- tam assertionem ponens
cunctanter teneamus liberum arbitrium contra pela-
sine gratia preveniente et adiuvante gianos.
non sufficere ad iustitiam et salutem optinendam.
nec in meritis precedentibus gratiam dei advocari. sicut
pelagiana heresis tradidit. Nam ut ait augustinus
in primo libro retractationum: Novi heretici pela-
giani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, ut
gratie dei non relinquant locum, quam secundum merita nostra da-
ri asserunt. Pelagiana autem heresis omnium re-
centissima a pelagio —— monacho est ex-
orta. His dei gratie qua predestinati sumus et qua
meruimus de potestate tenebrarum erui. In-
tantum inimici sunt, ut sine hac credant homi-
nem posse facere omnia divina mandata. Deni-
que pelagius a fratribus increpatus quod nichil tribue-
ret adiutorio gratie dei ad eius mandata fa-
cienda, non eam libero arbitrio preponebat, sed
infideli calliditate supponebat dicens ad
hoc etiam dari hominibus eam ut que facere
per liberum arbitrium iubentur facilius possint imple-
re per gratiam. Dicendo utique facilius possint, volue-
runt credi etiam si difficilius tamen posse homines sine
gratia facere iussa divina. Illam vero gratiam dei
sine qua nichil —— boni possumus facere, non
esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis pre-
cedentibus meritis ab illo accepit natura nostra,
ipso ad hoc tantum adiuvante nos per suam legem
atque doctrinam, ut discamus que facere et que spe-
rare debeamus. Non autem ad hoc per donum spiritus sancti, ut
que didicimus esse facienda faciamus. Ac per hoc
divinitus dari nobis scientiam confitentur, qua ig-
norantia pellitur. Caritatem autem negant di-
vinitus dari, qua pie vivitur, ut scilicet sit donum dei
scientia que sine caritate inflat, non sit donum
dei ipsa caritas, que ut scientia non inflet, edificat.
Destruunt etiam orationes quas facit ecclesia sive pro
infidelibus et doctrine dei resistentibus ut convertantur
ad deum, sive pro fidelibus ut augeatur eis fides et per-
severent in ea. Hec quippe non ab ipso accipere, sed a
se ipsis homines habere contendunt, gratiam dei qua
liberamur ab impietate dicentes secundum merita
nostra dari. Parvulos etiam sine ullo origina-
lis peccati vinculo asserunt nasci. Hic ponit ca(?)
Quod vero dixit sine gratia per liberum sensum confirmat ex
arbitrium omnia ista impleri tamen modis in- verbis aug. au-
ductionibus innuitur. Sic inquit: (?)
non potest ea facere homo que iubentur sine ter(?)
ei imputanti ad mortem. Sic tu ipse augustinus ait in
libro de libero arbitrio: ¶ Quis inquit peccat in eo testimo- ad
quod nullo modo caveri potest? Peccatur nium augusti-
autem, caveri igitur potest. Hoc testimonio(?) pelagii usus est
testimonio augustini pelagius
usus est et opinatus adversus eum. Retractatio
immo adversus gratiam. Hec augustinus in libro retrac- augustini
tationum: Illud et alia huiusmodi commemorat
inquiens: In his atque huiusmodi verbis meis
quia gratia dei commemorata non est, de qua tunc non
agebatur, putant pelagiani sic quod nos tenuis-
se sententiam. Sed frustra hoc putant. Voluntas quippe
est qua peccatur et recte vivitur, quod his verbis egi-
mus. Sed ipsa nisi gratia dei liberetur ut ipsa
superetur adiuvetur recte et immortalibus vivi
non potest, sed ea apte definitur, ex quo sensu
ita dixisse inimicos gratie refellens. Aliud testi-
Simile etiam invenitur monium augustini
pelagius ubi augustinus ait ponit.

gratiam, qui utile de duabus animabus dicit. Sed in quo verum tenuit quod ipsi per quem non fecit quod facere non potest, summe iniquitatis vel insanie est; hinc laudat eum Pelagius dicens. Cur ergo Questio pelagii. peccatur si istud ad sine gratiam sine qua non possumus fide mandata divina retinentur?

Hoc autem qua occasione dixerit iste, attende. Pelagio respondens aperte. Hoc enim contra manicheos dixit, qui in homine duas asserunt esse contrarias naturas, unam bonam, aliam malam ex genere tenebrarum diaboli, que neque bonum facere nec bonum velle potest, quod facere non est ei imputandum cum illud non faciat.

Alibi etiam Augustinus dicit que huic Aliud quod videtur gratie contradicere videntur, quia scilicet contradicere gratie in libro contra Adamantium Manichei dei ad discipulum: Illud est quod voluntatem suam dicit immutavit ad bonum operandum nisi per quod in ipsius potestate esse positum dominum decernat, ubi ait: Facite arborem bonam etc. Quod Augustinus in Retractationibus videtur esse contra gratiam Dei, quia potestatem ostendit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem, sed ea potestas nulla est nisi a Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate quod cum volumus facimus, nichil tam in potestate quam ipsa voluntas est, sed preparatur a domino voluntas. Eo ergo modo dat potestatem. Aliud testimonium eiusdem quod

Sic etiam intelligendum est quod ipse dixit in ... ad Dulicium: in nostra potestate esse vel ut inseri bonitate Dei vel excidi eius severitate mereamur. Quia in potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatem, que cum preparatur a domino facile fit opus pietatis, etiam quod impossibile vel difficile fuit. Aliud testimonium.

In expositione quarumdam propositionum epistole ad Romanos quedam Augustinus inseruit que videntur huic doctrine gratie adversari. Dicit enim: quod credimus nostrum est, quod autem bonum operamur illius est qui dat credentibus se spiritum sanctum. Et paulo post: nostrum enim est credere et velle, illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum. Que quomodo intelligi debeant Augustinus ipse in Retractationibus ostendit Retractatio que est aperte dicens: Verum est, accipi debe- sed quod dixi quod credimus nostrum est, quod autem bonum operamur illius est, eadem regula at hec utrumque ipsius est, quia et volendi scilicet et faciendi; et utrumque ipsius est, quia ipse preparat voluntatem, et utrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Illa tamen profecto non dixissem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter spiritus sancti munera reperiri. Ad hoc addit

Illud etiam diligenter est inspiciendum aliud quod videtur quod Augustinus in libro sententiarum Prosperi ait contrarium dicit doctrine scilicet quod posse habere fidem sicut posse habere caritatem naturam hominum est; habere autem fidem sicut habere caritatem gratie est fidelium. Quod non ita dictum est tamquam ex libero arbitrio valeat haberi fides vel caritas, sed quia aptitudinem talem habet mens hominis ad credendum et diligendum, que dei gratia preventa credit et diligit, quod sine gratia non valet. testimonio ... asserit. Asserit quod tenendum

Quid ergo de gratia et libero arbitrio de gratia et libero arbitrio triplex heresis indubitanter tenendum sit, perpendite ... in explanatione fidei catholice ad Damasum papam Ieronimus, et manichei ac pelagii errores colliduntur ... dicit: Liberum inquit arbitrium sic confitemur ut dicamus nos semper indigere dei auxilio, et tam illos errare qui cum manicheo dicunt hominem peccatum non posse vitare, quam illos qui cum Ioviniano asserunt hominem non posse peccare. Uterque enim tollit libertatem arbitrii. Nos vero dicimus hominem semper et peccare et non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hec est fides quam in catholica ecclesia didicimus, quam semper tenuimus. Utrum homo ante peccatum eguerit gratia.

Post hec considerandum est utrum operante et cooperante homo ante peccatum eguerit gratia operante et cooperante. Ad quod dici potest quod operante et co- dicimus quod non cooperante tantum; sed operante eguit sed etiam operante gratia indigebat, non quod operante non eguit secundum eum modum operans gratie. Operans secundum eum modum quo enim liberando et preparando voluntatem bonis ipsa operatur ad bonum, sed egebat tamen homo ea ut liberatam voluntatem sicut que post fuerat servata subsidio sicut preparatur ad volendum efficaciter bonum, quod per se non poterat. Non enim poterat bonum velle sine gratia, ut Augustinus in enchiridion evidenter tradit: Illa inquit immortalitatem in qua Au. poterat non mori natura humana perdidit per liberum arbitrium. Hanc vero in qua non poterat mori acceptura erat per gratiam, quam si stetisset sine peccato acceptura per meritum. Quamvis sine gratia Au. nec tunc ullum meritum esse potuisset, quia sicut peccatum in solo erat libero arbitrio constitutum, non tamen iustitie retinende vel retinendo sufficit

... determinatio.

... determinatio.

... interpretationibus.

... de duabus animabus.

... interpretationibus.

sine gratia

... esse a voluntas

25

22 a

B. gratia operante

immortalitas quia non potuisset mori

... doc.

D. xxix.

... i

... non ... necessario.

... eis non est et maior ... q... demeruit ... non de- runt.

Ad meritum boni etiam

habebat liberum arbitrium quo divinum praeberet adiutorium. ¶ Hic exhibetur ubi satis ostenditur quod ante peccatum homo indigebat gratia operante et cooperante. Non enim habebat quo peccatum vitare posset sine gratia operante et cooperante auxilio; habuit vero quo posset stare.

Si homo ante lapsum virtutes habuit.

Praeterea solet quaeri utrum homo ante lapsum virtutem habuerit. Quibusdam videtur quod non habuerit, id quod astruere conantur: iustitiam, inquiunt, non habuit, quia praeceptum dei contempsit; nec prudentiam, quia sibi non providit; neque temperantiam, quia aliena appetiit; nec fortitudinem, quia primae suggestioni cessit. Quibus respondentes dicimus eum quasdam tunc non habuisse, habuit tamen ante peccatum, sed amisisse tunc. Quod multis sanctorum testimoniis

Testimonium sanctorum astruit hominem primum habuisse virtutes.

confirmatur. Ait enim Augustinus in quodam sermone: Adam perdidit virtutem. Item: Non primum habitu inventus est. Item: Princeps vitiorum devicit Adam de limo terrae ad imaginem dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, caritate splendidum; primos parentes illis bonis expoliavit pariter et peremit. De hoc eodem Ambrosius ad Sabinum ait: Quando Adam solus erat, non est praevaricatus, quia mens eius deo adhaerebat. Super Psalmum etiam dicitur quod homo ante peccatum beatissimus erat; sed quomodo sine virtute beatissimus erat? Augustinus quoque super Genesim dicit Adam ante peccatum spirituali mente praeditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fulsisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

De eiectione hominis de paradiso.

In illius ergo peccati poenam eiectus est homo de paradiso in istum miseriae locum, sicut in Genesi legitur: Nunc ergo —— ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitae et comedat et vivat in aeternum. Et emisit eum deus de paradiso voluptatis. His verbis insinuari videtur quod non esset moriturus, si postea de illo sumpsisset ligno.

Quomodo intelligendum sit illud: ne sumat de ligno vitae et comedat et vivat in aeternum.

Sed quia per peccatum iam mortuum corpus habebat, ex tali intellectu accipi possunt verba Dei modo ironiae loquentis de homine et subiungentis: videte ne forte mittat manum suam, id est, cavete vos angeli, ne comedat de ligno vitae, quo indignus est, de quo si sumpsisset, comedendo viveret

in aeternum. Sed modo propter inobedientiam indignus est comedere, sicut illo dicto verbis opere exhibuit. Dimisit enim eum deus de paradiso voluptatis in locum sibi congruum, sicut plerumque malus, cum inter bonos vivere deprehensus in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur pondere pravae consuetudinis pressus.

De flammeo gladio ante paradisum posito.

Ne vero posset ad illud accedere, collocavit deus ante paradisum cherubin et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae. Quod

Strabus

iuxta litteram potest hoc modo accipi, quod per ministerium angelorum ignea custodia ibi constituta fuit; hoc enim per caelestes potestates in paradiso visibili factum esse credendum est, ut per angelicum ministerium ibi esset quaedam ignea custodia. Non tamen frustra, sed quod aliquid significaret de paradiso spirituali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiae, quae est caritas, quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autem flammeus poenae temporales sunt, quae versatiles sunt, quia tempora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiendam ligni vitae viam posita sunt ante paradisum, quia ad lignum vitae non reditur nisi per cherubin, id est plenitudinem scientiae, id est caritatem, et per gladium versatilem, id est tolerantiam passionum temporalium.

An homo ante peccatum comederit de ligno vitae.

Potest autem quaeri utrum de ligno vitae ante peccatum comederit homo. De hoc Augustinus super Genesim: Recte profecto intelligimus primos homines ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse a cibo vetito atque usos fuisse concessis. ¶ Hic ubi ostenditur quod de ligno vitae ante peccatum sumpserit, quibus praeceptum erat ut de omni ligno paradisi comederent nisi de ligno scientiae boni et mali.

Quare dicitur non fuisse immortalis, si comedebat de ligno vitae.

Quare et corporea soliditate beata immortalitate vestita non sumuntur, ut nulla infirmitate vel aetate inveterati mutarentur. Hanc ei vitam tantum illud lignum praebuisse dicitur, si forte et hoc non conferebatur nisi saepe de illo sumeret. Potuit ergo fieri ut de illo sumeret.

Solutio.

Semel et non saepe, qui per aliquam moram in paradiso fuisse intelligitur, cum scriptura dicat eum soporatum fuisse et unam costam de latere eius sumptam esse et inde formatam mulierem, et animalia ante eum ducta quibus nomina imposuit.

Quare paradisum posuit.

In superioribus insinuatum est, licet ex generalitate aliqua parte. Non enim perfecte sufficientissimus fuit

ad postea. **Solutio.**

Si ut ornatus ab Ar.

Generaliter simpliciter dictum est. Et opinionem suam.

Et subiectum ... mouendi

XXX

1 Spiritualis status hominis fuit status innocentiae sed ... gratiae, culpae, quem erit gloriae.

2 Si dum videt ... dicitur ... gratia offerri ... voluntas ... et incipit ... diligi.

In primo ... dilectionem et per caritatem.

5 Si fructus ligni vitae saepe comestus fuisset, Adam sine peccato conferret immortalitatem, sed non semel tantum per se.

3 Scientia inflat sine caritate, et quod inflat plerumque vacuum est. Verum caritas plerumque per cherubin intelligitur.

4 In paradiso praeceptum fuit in praecepto universalis et speciale. Praeceptum enim fuit quod de aliquo comederent, et speciale quod de omni, excepto ligno scientiae boni et mali.

5 Solutio: natura unum ... quod ... sed non facto semel sumptum.

primus homo deliquit, et quam pro peccato penam subierit; quibus addendum est: peccatum similiter ac penam per eum transisse in posteros, sicut apostolus ostendit inquiens: Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, ita in omnes homines mors pertransiit.

Quid illud sit originale peccatum, an actuale.

Hic primo videndum est quod sit illud peccatum originale, an actuale. Et si de originali intelligatur, consequitur aliquid: quid sit originale peccatum, et quare peccatum dicatur originale, et quomodo pertransierit. Et prius hoc in commune diligenter investigandum est.

Quidam accipiunt illud de actuali.

Quibusdam placuit de peccato actuali Ade illud accipere, asserentibus hoc apostolum sensisse, cum infert ait: Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et cetera. Fundentes inquiunt etiam ipso nomine exprimit apostolus peccatum quod per unum hominem intravit in mundum, scilicet inobedientiam; inobedientia vero peccatum actuale est.

Quomodo intrasse mundum dicunt.

Hoc autem dicunt intrasse in mundum non traductione originis, sed similitudine imitationis. Omnes quippe in illo uno peccasse dicunt, quia omnibus ille unus peccati exemplum exstitit.

Hoc dixerunt pelagiani.

Hoc male senserunt quidam heretici qui dicti sunt pelagiani, de quibus Augustinus in libro de baptismo parvulorum commemorat dicens: Sciendum est, inquit, hereticos quosdam qui nominati sunt pelagiani dixisse peccatum prime transgressionis in alios homines non propagine, sed imitatione transisse. Unde in parvulis nolunt credere per baptismum solvi originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino ostendunt. Sed eis dicitur quod si apostolus peccatum imitationis, non propagationis intelligi voluisset, eius principem non Adam sed diabolum diceret, de quo in libro Sapientie dicitur: Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Et quod ipse vult intelligi hoc esse, scilicet propagatione, non imitatione commissum, subiungit: Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius. Imitantur quidem Adam quicumque per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Non est ergo accipiendum peccatum Ade transisse in omnes imitatione vel exemplo, sed propagatione vel originis vitio.

Quod apostolus illud dicit esse peccatum originale quod transiit in posteros.

Quod est illud peccatum originale, ut aperte Augustinus ostendit, quod per Adam transiit in omnes per eius carnem vitiatam concupiscentiali genitam.

Quid sit originale peccatum hic sequitur.

Quod diligenter investigandum est, quid sit. De hoc enim sacri doctores subobscure locuti sunt, atque scolastici doctores varia senserunt.

Quorundam de originali peccato opinio.

Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pene pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem pene eterne, qua obnoxii et addicti sumus pene temporali et eterne pro primi hominis actuali peccato, quia pro illo, ut aiunt, omnibus pena debetur eterna, nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici originale peccatum nec culpam esse nec penam. Culpam non esse ipsi fatentur; pena quoque secundum eos esse non potest. Quia si debitum pene originale peccatum est, et debitum pene non sit pena, non originale peccatum est pena. Quod etiam quidam eorum admittunt, dicentes in scriptura originale peccatum sepe nominari reatum, ubi intelligitur, ut dictum est, obnoxietatem pene. Et ea ratione asserunt peccatum originale dici in parvulis, quia parvuli pro illo peccato rei sunt pene, sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulant filii secundum iusticiam fori.

Quod sit originale peccatum culpa, auctoritate probat.

Sed quod originale peccatum culpa sit, Augustinus pluribus sacris testimoniis docet. Super Exodum in lege: Primogenitum asini mutabis ove, Gregorius ait: Omnes in peccato nati sumus, et carnis delectatione concepti culpam originalem nobiscum contraximus. Unde et voluntate nimis peccatis implicamur. Hec culpam originalem dicit nos trahere. Unde constat originale peccatum culpam esse. Augustinus quoque in libro de natura et gratia de hoc eodem sic ait: Omnes, ut ait apostolus, peccaverunt, vel in se ipsis vel in Adam, quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter attraxerint vel quod malis moribus addiderint. Peccatum enim primi hominis non solum ipsum, sed omne nocuit genus humanum, quia ex eo dampnationem simul et culpam susceperunt. Idem super psalmum quinquagesimum: Quod de corpore mortis seminatur, vinculo peccati originalis nascitur et mortis. Ideo: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, dicit David, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam et vinculum mortis. Nemo enim nascitur nisi trahens penam et meritum pene; experti

pena peccati

i. dictum apostoli

Ade scilicet per eum commissum

Augustinus

et non culpe

committendo actualia

Nota quod dicit esse nocuit genus

tacent et videntur tacere

[illegible] maria

In sermone capituli quod loquitur de eadem de libro Sapientie.

diabolus: primo peccavit et in ab illo exemplum peccandi in terris portavit.

primo quod ipse peccavit et quod hominem decepit.

liber Sapientie.

[illegible] tres sunt universales ade: [illegible] culpabilis [illegible] oportet in propagatione generis humani. [illegible] sola illa [illegible] quia alie. [illegible] et in [illegible] originale peccatum dicitur

[illegible] pena: sumus debitores pene.

autem pene peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatum trahit, scilicet tamquam originale culpam; quoniam omnis concupiscentialiter conceptus trahit. Unde in libro ecclesiasticorum dogmatum scriptum est: Firmissime tene et nullatenus *In ecclesiasticis dogmatibus* dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum mortique subiectum, et ob hoc natura ire filium nasci; a qua nullus liberatur nisi per fidem mediatoris Dei et hominum. His aliisque testimoniis evidenter ostenditur peccatum originale culpam esse, et in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

Quid sit quod dicitur peccatum originale. Fomes peccati, id est concupiscentia.

Nunc superest videre quid sit ipsum originale peccatum, cum non sit actuale; non enim est actus sive motus anime vel corporis. Sicut actuale est anime et corporis, actuale ita et peccatum est; sed actuale non est, nisi gravet et moveat. Quid ergo originale peccatum dicitur? Fomes peccati, scilicet concupiscentia vel concupiscibilitas, que dicitur lex membrorum, sive languor nature, sive tyrannus qui est in membris nostris, sive lex carnis. Unde Augustinus in libro de baptismo parvulorum: Au. Est in nobis concupiscentia que non est permittenda regnare. Sunt et eius desideria que sunt actuales concupiscentie, que sunt arma diaboli, que veniunt ex languore nature. Languor autem ille tyrannus est qui movet mala Au. desideria. Si ergo vis esse victor huius tyranni atque inermem inimicum invenire, non obedias concupiscentie male. His verbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Quod nomine concupiscentie intelligitur quandoque fomes peccati.

Nomine autem concupiscentie non actum concupiscendi, sed vitium significavit, cum eam dixit legem carnis. Unde idem in tractatu de verbis apostoli: Au. Semper pugna est in corpore mortis huius, quia concupiscentia cum qua nati sumus finiri non potest quamdiu vivimus; cotidie minui potest, finiri non potest. Que autem concupiscentia cum qua nati sumus vitium utique est, quod parvulum habilem concupiscere facit, adultum etiam concupiscentem reddit. Sic *Per simile ostendit.* enim in oculo ceci in nocte vitium cecitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter videntem et cecum nisi luce veniente. Sic et in puero vitium esse non apparet donec etatis provectioris tempus occurrerit. Ex his datur intelligi quid sit originale peccatum, scilicet vitium concupiscentie.

Quod per Adam originale peccatum in omnes transivit.

Quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intravit, eosque per Adam maculavit. Unde Augustinus in libro de baptismo parvulorum: Adam preter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentie sue tabificavit in se omnes de sua stirpe venturos. Unde apostolus recte ait: In quo omnes peccaverunt, scilicet peccato. *Au. in libro de baptismo parvulorum.* Sine ambiguitate dixit hoc apostolus. Sive enim intelligatur in quo homine sive in quo peccato, omnes peccasse sanum est, id est in Adam; eius enim omnes peccaverunt, *Quomodo omnes peccaverunt in Adam.* quia fuerunt in eo materia, non solum exemplo, ut dicunt Pelagiani. Omnes enim ille unus homo fuerant, id est in eo materialiter erant. Et manifestum *Item.* est itaque omnes in Adam peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti sunt peccatores. Item in illo uno peccato quod intravit in mundum recte omnes dicuntur peccasse. Quia sicut ab illo uno homine, sic ab uno eodem peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absolvantur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tantum peccatur, que non peccata sunt aliorum; hoc unum in quo omnes peccaverunt, id est ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quod sit peccatum in quo omnes peccaverunt, scilicet originale, quod ex inobedientia processit.

Hoc est originale peccatum, in quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti, quod ex Adam sive ex eius inobedientia processit et in posteros demigravit. Unde apostolus consequitur per inobedientiam unius hominis multos dicit esse constitutos peccatores. Que est actuale peccatum; cum autem dixit primum hominem peccatum intrasse in mundum, et in eo omnes peccasse, quod de originali dictum est oportet accipi.

Quo sensu dictum sit per inobedientiam unius multos constitui peccatores.

Quod ergo ait per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores, eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Ade, scilicet ex actuali peccato Ade, processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur, et in illo est et in omnes transiit. *Quod peccatum originale in nobis est.* Unde Augustinus Iuliano heretico: Nullum peccatum inquit esse contendentes

7. ſ q a prob; ... originale; ... n demum filii ire.
3. concupiscentia nisi ade ... ; ... illa 4. nisi ade et peccato adest precipue initiata fuit.

7. ſ ut pena ...
3. ſ ut pena culpe

Pelagianis asserentibus peccatum originale ex voluntate primi hominis constitisse, ac potius inobedientiam in mundum intrasse. *Augustinus.* Quaerit enim Iulianus: per quid peccatum invenitur in parvulo? inquiens: Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui condidit. Per quas igitur rimas inter tot praesidia innocentiae peccatum fingis ingressum? *Iulia-nus quaestio.*

Responsio Augustini. Hic respondet sacra pagina: per unum hominem peccatum intravit in mundum, per unius inobedientiam, ait Apostolus. Quid quaeritur amplius? Quid quaeritur apertius? Item inquit Iulianus: *Alia quaestio Iuliani.* Si per hominem peccatum intravit in mundum, peccatum vel ex voluntate vel ex natura est. Si ex voluntate est, mala est voluntas quae peccatum facit; si ex natura, mala est natura. Cui respondeo: ex voluntate peccatum est. Quaerit forte utrum originale peccatum ex voluntate sit? Respondeo: prorsus et originale peccatum ex voluntate esse, quia et hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, ut et in illo esset et in omnes transiret. *Obiectio quorundam contra id quod superius dictum est omnes homines in Adam fuisse.*

Ad hoc autem quod diximus in Adam fuisse omnes homines, quidam ulterius se tendentes obviant, dicentes non fuisse omnis caro quae ab Adam traducta est, in eo simul existere potuisse, cum multo maioris quantitatis sit quam fuerit corpus Adae, in quo nec tot atomi etiam fuerunt quot ab eo homines descenderunt. Quocirca illum non asserunt sub illa ratione in primo fuisse parente. *Responsio, in qua aperte ostendit qualiter fuit in Adam.*

Quibus responderi potest quod materialiter atque causaliter, *secundum seminalem rationem*, non formaliter dicitur fuisse in primo parente *quomodo ex eo descendit, scilicet lege propagationis*, omne quod in humanis corporibus naturaliter est, descenditque a primo parente lege propagationis, in se auctum et multiplicatum est, nulla extrinsecus substantia in id transeunte, ipsumque in futuro resurget. Fomenta quidem habet a cibis, sed non convertuntur cibi in humanam substantiam. *Quomodo per propagationem descendit ab Adam.* Quae enim per propagationem descendit ab Adam, in se multiplicata, sicut de substantia in corpora filiorum ipsius processit, et ab aliquo modicum de massa substantiae eius divisum est, unde formatum corpus filii. Sicque multiplicatione sine rei extrinsecae adiectione auctum est, et de illo similiter augmentato aliquid tandem separatum, unde formata sunt posterorum corpora. Ita progreditur per generationis ordinem lege propagationis usque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac perspicue intelligentibus patet omnes secundum corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, et ex eo descendisse propagationis lege. *Auctoritate ostendit probatque nichil extrinsecum in veritatem humanae naturae transire.*

Quod vero nichil extrinsecum in veritatem humani corporis naturaliter transeat, Veritas in evangelio significat dicens: Omne quod in os intrat, in ventrem vadit et in secessum emittitur. *Auctoritas.* Quod etiam idem ostendi potest hoc modo. *Ratio.* Puer qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget qua futurus erat si viveret usque ad aetatem .xxx. annorum, nullo vitio corporis impeditus. Unde ergo illa substantia quae adeo parva fuit in ortu, in resurrectione tam magna erit, nisi in se ipsa multiplicatione? Unde apparet quod etiam si viveret, non aliunde sed in se augmentaretur illa substantia, sicut costa de qua facta est mulier, et sicut panes evangelici. *Quod cibi transeunt in carnem, sed non in veritatem humanae naturae.* Non infitiamur tamen cibos et humores in carnem et sanguinem transire, sed non in veritatem humanae naturae quae a primis descendit parentibus, quae sola in resurrectione erit. Reliqua vero caro in qua cibi transeunt tamquam superflua in resurrectione deponetur, quae tamen cibo alitur, quod verum fomentum carnis habet.

Quod originale peccatum a parentibus transit ad filios, et an secundum animam an secundum carnem.

Nunc superest investigare qualiter istud peccatum a parentibus traducatur in filios, an secundum solam animam, an secundum carnem, sive utrumque.

Opinio quorundam male credentium animas ex traduce. Putaverunt equidem quidam originale peccatum non solum secundum carnem, quia non solum carnem, verum et animam ex traduce esse arbitrati sunt. Dicunt enim in generatione prolis, sicut de carne patris substantia trahitur carnis, ita de gignentis anima animae generis seminaliter deducatur existimant; atque sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur, ita etiam de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta ab illis trahi dicitur.

Praedictam opinionem reprobat, dicens animam non ex traduce, sed carnem, et quomodo ostenditur. Hoc autem fides catholica respuit tamquam veritati contrarium, ad illum damnandum properans qui animas non ex traduce, sed carnem solam, sicut supra diximus, ex traduce esse admittit. Non ergo secundum animam, sed secundum carnem solam peccatum originale

D. xxxi.

Similiter requiritur utrum voluntas ... voluntarium quod actu voluntarium est.

Au. ad Valerium.

tribuitur a parentibus. Est enim peccatum originale, ut supra diximus, concupiscentia, non quidem actus sed vitium. Unde Augustinus ad Valerium: Ipsa concupiscentia est lex membrorum carnis, que est morbidus quidam effectus vel languor, qui commovet illecebrosa desideria vel carnalem concupiscentiam, que lex peccati dicitur. Que dicitur manere in carne, non quia etiam in anima non sit, sed quia per corruptionem carnis in anima fit.

Concupiscentiam dicit esse in carne.

Causam corruptionis carnis ostendit, ex qua trahit anima peccatum sci

Caro enim ipsa peccato corrupta fuit in Adam, adeo ut cum ante peccatum vir et mulier sine incentivo libidinis et concupiscentie fervore possent convenire, essetque thorus immaculatus, iam post peccatum non valeat fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscentia, que semper vitium est et etiam culpa nisi excusetur per bona coniugii. In concupiscentia igitur et libidine concepta caro formanda in corpus prolis. Unde caro ipsa que concipitur in vitiosa concupiscentia polluitur et corrumpitur; ex cuius contactu anima cum infunditur maculam trahit, qua polluitur et fit rea, id est vitium concupiscentie, quod est originale peccatum.

Quod ipsa corruptio carnis que est causa peccati dicitur peccatum et concupiscentia.

Ideo quippe peccatum dicitur manere in carne. Caro quippe que in concupiscentia libidinis seminatur trahit culpam, non habet nec auctorem culpe sed animam. In eo quippe quod seminatur corruptio est, in eo autem quod nascitur concupiscentia vitium est. Unde Ambrosius de verbis apostoli exponens ait:

Am. Quomodo habitat peccatum in carne, cum non sit substantia sed privatio boni? Sed quia corpus primi hominis corruptum est per peccatum, et ipsa corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens divine sententie date in Adam, cuius consortio maculatur peccato; sed ergo quia facti causa manet, tribuitur dici peccatum in carne. Hec est lex carnis. Idem:

Am. Non habitat peccatum in anima sed in carne, quia peccati causa ex carne est, non ex anima, quia caro est ex origine carnis peccati, et per traducem omnis caro sic peccati. Anima vero non traducitur; unde in se etiam peccatum non habitat. Augustinus quoque ex carne peccatum animam contrahere in quodam sermone de verbis apostoli ostendit dicens: Vitium concupiscentie est quod anima contrahit non ex se sed ex carne. Natura quippe humana nullo opere dei cum vitio primitus est instituta, sed ex voluntatis arbitrio primi hominis dementia vitio est sauciata, talis nobis sit in carne bonum similiter quo inficitur anima.

De causa originalis peccati que est in carne, utrum sit culpa an pena.

Hic queri solet utrum causa originalis peccati, que dicitur esse in carne, culpa sit an pena sive aliquid aliud. Culpa esse non potest, quia culpa non est in re irrationabili. Si enim culpa esset in carne ante infusionem anime, actualis esset vel originalis; sed actualis non est, nec originalis culpa, quia originale peccatum non est nisi in anima. Si vero pena, que est illa? passibilitas vel mortalitas, talia corruptio? Hos enim defectus carni inesse constat.

Hic aperit quod sit feditas carnis in conceptu ex libidine contracta, id est vitium vel corruptio dicta potest.

Ad quod dici potest, quod multiplex de feditas carnis in conceptu pollutio quam trahit, quia ex fervore coitus parentum et concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipitur, causa est originalis peccati, que recte vitium sive corruptio carnis appellari potest, quod feditatis manet esse vel in carne concupiscentialiter traducta, cum non ipsa anima traducatur. Et quod vitium vel corruptio sit in carne ante coniunctionem anime effectu probatur, cum anima infunditur, que ex corruptione carnis maculatur, sicut in vase dinoscitur vinum [illegible] accessit.

Inductu similitudinis ostendit absurde filios trahere peccatum a parentibus mundis dici.

Ne autem mireris in intellectu tuo dicentem filios habere originale peccatum, filios trahere peccatum a parentibus iam per baptismum ab omni peccato mundatis, dicitur similiter in datione id posse fieri insinuat Augustinus in libro de baptismo parvulorum, ita inquiens:

Au. Quomodo per primam regenerationem aufertur, manet tamen in eos quos genuerint carnaliter. Quomodo etiam palea que opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico. Ita peccatum quod parentes per baptismum mundatos manet in eis quos genuerint. Sed hoc enim gignuntur quod adhuc vetustum habent, non ex hoc quod in novitate promovit eos inter filios dei. Non enim generant parentes filios sed generatione qua denuo sunt nati, sed potius generatione qua carnales ipsi primitus sunt generati.

Quare originale peccatum sic dicitur cum legitur.

Iam ostensum est quid sit originale peccatum et qualiter a parentibus in filios et per Adam in omnes transeat. Sequitur etiam ut inveniatur quare dicatur originale peccatum, id est quia ex vitiosa lege originis nostre, in qua concipimur, id est carnis libidinosa concupiscentia traducitur.

Hic tangit de comedentibus uvam acerbam.

quod facti

vel peccati

Hic causa peccati

Hic corrupta habet causam peccati

Hic quod per libidinem [illegible] de verbis apostoli [illegible] carnis [illegible] ut supra dictum est. Non enim qui per carnem tracta ab adam concepti sunt ideo peccatum traxerunt, quia et Christi corpus ex eadem carne formatum est que ab adam descendit, sed eius conceptus est celebratus non lege peccati id est concupiscentia carnis. Unde et corpus eius peccatrix caro non fuit, immo operatione spiritus sancti. Iste vero conceptus non fit sine libidine, et ideo non est sine peccato. Quod evidenter augustinus ostendit in libro de fide ad petrum sic dicens: Cum enim in ipsa actione vir et mulier sibi miscentur, sine libidine non est parentum concubitus. Ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium conceptio non potest sine peccato esse conceptus, ubi peccatum in parvulos non transmittit propagatio sed libido. Nec fecunditas nature humane facit homines nasci cum peccato, sed foeditas libidinis quam homines habent ex illa iustissima condempnatione peccati. Ideo beatus david propter originale peccatum quo naturaliter obstricti filii sunt, ut diceret: In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. ¶ Ex hoc ergo apparet ex lege conceptionis traduci originale peccatum, quod nisi corruptio fieret in carne, alia ex carnis coniunctione concupiscentie vitium non inhereret. Obiectio quorundam nitentium probare peccatum non traduci ex lege concepti(onis).

Sed adhuc opponunt hoc modo: In ipso conceptu non videtur transmitti peccatum, quia cum propagatur caro non tunc infunditur anima, sed postea, et ut physici dicunt iam effigiato corpore. Quod etiam in moyse lege aperte significatur, ubi agitur de percussione mulieris pregnantis. Si quis inquit percusserit mulierem pregnantem et abortivum fecerit, si adhuc informe fuit puerperium, mulctetur pecunia; si autem formatum fuit, reddat animam pro anima. Formatum intelligi vult animatum, informe vero nondum habens animam. In ipso ergo conceptu cum caro propagatur nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur, cum peccatum non possit esse ubi anima non est? ¶ Ad quod. Responsio.

Dici potest quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti, non quod peccatum originale ibi sit, sed quia caro contrahit ibi ex qua peccatum fit in anima cum infunditur. Unde et ipse vocatur conceptus, sicut cum caro propagatur, formatumque corpus viva receptio id est anima infunditur, quod etiam aliquando dicitur nativitas. [illegible] nativitas dicitur in [illegible] contractio. De orig. pecc.

Quoniam supra dimittatur in baptismo, cum post ea sit illa dictum est peccatum concupiscentia que dicitur orig. peccatum. originale esse vitium concupiscentie, assignandumque quomodo a parentibus trahitur et originale dicatur, superest investigare quomodo in baptismo dimittatur, cum etiam post baptismum remaneat concupiscentia que ante fuerat. Unde videtur peccatum originale non esse concupiscentiam vel non remitti in baptismo. ¶ Ad quod dicimus quippe ut ait augustinus in corpore mortis huius carnalis concupiscentia, cuius vitiis et illicitis desideriis non obedire preceptum est, que tamen concupiscentia cotidie minuitur in proficientibus et continentibus. Au. de nuptiis et concupiscentia. Sed licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen dominatur et regnat sicut ante, immo per gratiam baptismi mitigatur et minuitur, ut post dominari non valeat, nisi quis reddat vires hosti eundo post concupiscentias. Nec post baptismum remanet ad reatum, quia non imputatur in peccatum, sed tantum pena peccati est. Ante baptismum vero pena est et culpa. Quod orig. peccatum duobus modis dimittitur, scilicet extenuatione sui et solutione reatus.

Dupliciter ergo remittitur peccatum originale dicitur dimitti in baptismo, quia per gratiam baptismi vitium concupiscentie debilitatur atque extenuatur, ita ut iam non regnet nisi consensu reddantur ei vires, et quia reatus ipsius solvitur. Unde augustinus in libro de baptismo parvulorum: Gratia inquit per baptismum id agitur ut vetus homo crucifigatur et corpus peccati destruatur, Au. auctoritas de [illegible] non ita ut in ipsa vivente carne concupiscentia respersa et innata repente absumatur et non sit, sed ne obsit mortuo que inerat nato. Nam si post baptismum vixerit in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnet eamque adiuvante deo superet, si non in vacuum gratiam eius receperit vel susceperit. Au. Non itaque hoc prestatur in baptismo nisi forte miraculo ineffabili creatoris ut lex peccati que est in membris penitus extinguatur et non sit, sed ut quicquid mali ab homine factum vel dictum vel cogitatum est totum aboleatur ac velut factum non fuerit habeatur. Ipsa vero concupiscentia soluto reatus vinculo quo per illam diabolus animam retinebat et a suo creatore separabat, maneat in certamine. ¶ Ecce hic aperte ostendit quomodo dimittitur in baptismo, et quare non maneat post baptismum, scilicet quia reatus in baptismo aboletur. Deinde idem ipse ostendit eo modo etiam dimitti, quia baptismi gratia concupiscentia ipsa mitigatur et minuitur, in eodem libro ita dicens: ¶ Lex carnis quia apostolus ap- Au. ¶ Auctoritas de eodem.

libidinosa concupiscentie a. t. i. non sit libidine.

Peccatum originale obligat. maculat. vitiat. In baptismo tollitur. abluitur. deletur. obligatio. macula. vitiatio.

pellat peccatum: ei subiaceat. Non regnet peccatum in vestro
mortali corpore. Et sic manet in membris eorum concupiscentia
qui ex aqua et spiritu sancto sunt renati, tamquam si non
sit facta eius remissio, cum omnino plena fit remissio
peccatorum; sed manet in vetustate carnis tamquam
superatum et peremptum, si illicitis consensibus
quodam modo reviviscat, et in regnum proprium do-
minationemque revocetur. ¶ Hic aperte insi-
nuat in baptismo concupiscentiam debilitari, ex quo dicitur
dimitti, non solum ideo quia reatus illius solutus est. Quem
remissionis modum Augustinus etiam pluribus testi-
moniis scripturarum edocet. Ait enim Augustinus contra Iulia-
num: au. Lex quae in membris est, vitium carnis est,
quod ex poena peccati contraxit mortalis propago.
Sed lex ista quae est in membris remissa est re-
generatione spirituali, et manet in carne mor-
tali. Remissa est, quia reatus solutus est sa-
cramento quo renascuntur fideles; manet autem
quia operatur desideria contra quae dimicant
fideles. Idem in sermone quodam de concupis-
centia carnis: Per gratiam baptismatis et lavacrum re-
generationis solutus est ipse concupiscentiae
reatus, cum quo tu natus eras, et quidquid antea
consensisti malae concupiscentiae, sive cogi-
tatione, sive locutione, sive actione. Idem
in libro de nuptiis et concupiscentia: Concupiscentia carnis
licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum,
cuius tamen prolis natae obligata est originali pec-
cato. Item: Dimittitur concupiscentia carnis
in baptismo, non ut non sit, sed ut non imputetur in peccatum.
Hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quo-
modo ergo alia peccata praetereunt actu et reatu
remanente, ut homicidium et adulterium et huiusmodi, sic
e converso concupiscentia praeterit reatu et ma-
net actu. ¶ Ex praedictis evidenter monstratur
quomodo peccatum originale in baptismo remittitur.

Solet autem hic quaeri utrum ipsa De foeditate quam caro
caro in baptismo ab illa foeditate ex libidine contrahit.
purgetur quam in conceptione ex concu- Utrum in
piscentia libidinosa contraxit. Quibusdam baptismo
videtur quod sicut anima a reatu purificatur, munda-
ita et caro ab illa pollutione pur- tur
gatur, ut sicut duobus completur mysterium baptismi,
scilicet aqua et spiritu, ita ibi duo purgentur, anima
scilicet a reatu, et caro ab illa contagione, quod quibusdam
probabile. Alii non putant, cum animam sibi unitam
dari, carnem non ab illa foeditate purgari.

Si vero remanet illa foeditas usque Ostendit incon-
ad procreationem filiorum, quae fit in veniens quod
carnis concupiscentia, videtur naturam illud si
rus magis ac magis corrumpi et magis esse cor- negat.
rupta caro prolis quam parentis, quia de carne pol-
luta quam habet a conceptu retinentem trahitur,
polluta et in concupiscentia concipitur. Unde pollu-
tio trahitur duplici contaminatione, unde maior esse
pollutio carnis prolis, quia habet in parentibus. ¶ Ad
quod illi dicunt quod licet caro prolis ex Responsio
carne foeda seminetur et in concupiscentia illorum
concipiatur, non tamen foeditatem maiorem trahit
quam caro illa seminantis habuit. Cuius etiam
si foedior atque immundior sit caro prolis, videtur
magis corrupta quam caro parentis, non tamen id
aiunt fit praeiudicium veritati, quia nec absurdum
est dicere, si carnis natura magis in posterio-
ribus corrupta invenitur, neque ex ipsa magis
corrupta anima amplius inficitur. Ex quo auctore

Praeterea solet quaeri cum concupiscentia sit illa concu- ·Qo·
pia quae post baptismum remanet et tamen pe- piscentia, an a Deo,
nalitas est, ante baptismum vero poena et cul- scilicet talio.
pa, ex quo auctore sit et talio. ¶ Ad quod breviter 2^m^ Responsio
respondentes dicimus quod inquantum poena est, Deum
habet auctorem; inquantum vero culpa est, diabolum
sive hominem habet auctorem. Qua iustitia animae ini-

Solet etiam quaeri qua iustitia de creatione illud pec- ·Qo·
teneatur illo peccato anima innocens catum imputetur.
a Deo creata, cum non sit in potestate sua cum non posset
illud vitare, non enim per liberum arbitrium illud vitare.
contraxit, quae non prius est anima quam illi pec-
cato est obnoxia. ¶ Ad hoc quidam Responsio quorum-
dicunt ideo animam ream esse illi peccato, licet -dam fal-
sit munda quae sit creata, quia cum infunditur sa.
corpori cum delectatione carnis, ex quo peccatum contrahit,
quod si esset, iam non originale sed actuale diceretur.
Potest ergo ideo recte dici potest illi imputari aliud
illud peccatum, quod ex corruptione corporis inevi-
tabiliter contrahit. Quia ut ait Augustinus Congrua
in libro de civitate Dei: Non fuit cor- respon- au.
ruptio corporis quae aggravat animam causa sio ve-
primi peccati, sed poena, nec caro corruptibilis ra.
animam peccatricem fecit, sed peccatrix anima car-
nem corruptibilem fecit.

Illud etiam videtur tractandum quod quidam Utrum peccatum sit volunta- ·Qo·
potius credunt originale peccatum delectare rium, illud et necessarium.

dici voluntarium vel necessarium. Et necessarium quidem
dici, quia vitari non potest. Unde propheta dicit: De necessitati-
bus meis libera me domine. Voluntarium etiam non in-
congrue appellatur, quia ex voluntate Quod voluntari-
primi hominis processit, ut Aug. in l. i. um et necessa-
retractationum ostendit dicens: Illud quod rium pot-
in parvulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non dici.
utantur libero arbitrio voluntatis, non absurde vocatur volun-
tarium, quia ex prima hominis mala voluntate contrac-
tum est, quodammodo factum hereditarium. Quare deus

Si vero queritur cur deus qui animam corpori iunxit
fecit animam ipsam sine ma- sciens eam in ma-
cula, licet eam ex corporis coniunctione culari. Non deus
maculam peccati contrahere, aliquam ante nari.
baptismum seiungit ab ipso corpore, et sic dam-
nari eam corpori coniungit? Respondemus ex
altitudine iudiciorum dei provenire, nec iniuste
id a deo fieri. Ipse enim non incongrue humane con-
ditionis modum, quem a principio instituit, licet pec-
cata hominum intercesserint, sine immutatione
continue servat, corpora de materia a principio
sine vitio facta fingens, animasque de nichilo cre-
ans, eorumque coniunctione hominem perficiens. Cum
enim utriusque hominis natura a deo sine vitio sit
instituta, licet a diabolo sit viciata, non idcirco mu-
tabit deus humane conditionis primariam legem
mutare debuit, sive a multiplicatione hominis
desistere. An anima sit talis qualis a deo

Hic a quibusdam queri solet: creatur.
utrum anima talis sit ante baptismum qualis a deo
creatur. Quod non esse conantur probare hoc modo: anima
in corpore creatur, et ex coniunctione corporis ma-
culatur. Quia cito creatur et est peccatum Quomodo pro-
habet, nec prius fuit quam peccatum haberet. bant non esse
Non est ergo talis qualis a deo creatur. Creatur talem.
enim a deo innocens et sine vitio, et vitiosa
talis est. ¶ Ad quod dici potest, quia non solo Solutio.
talis est qualem eam deus fecit. Deus enim
bonam fecit eam, et bonitatem eius sine corrup-
tione videtur retinere in illa naturali bonitate, quam in
creatione a conditore suscepit, quia bonitatem
per peccatum penitus non amisit, sed vitiatam ha-
buit, quam deus sine vitio fecit. Sicut vero res
bona non esset, anima in ea malum esse nequiret,
cum non possit esse malum nisi in bono, ut post
dicetur. Non ergo omnino talis est anima qualis est
a deo facta. Sic enim pollutas habemus manus non

v. creatione animarum

tale habuit pomum quale ego dedi in mundis ma-
nibus. Ego enim dedi mundum. An anime equales sint

Illud quoque non incongrue solet queri, ex creatione. Inde
utrum omnes anime ex creatione res natura-
equales sint, an alie aliis excellen- libus.
tiores pluribus naturalibus videantur. Quibusdam
enim videtur ex creatione alie aliis excellant in naturali-
bus, ut ingenio, alia aliis sit subtilior et ad in-
telligendum et memorandum habilior, ut puta acu-
tiori ingenio et perspicaciori intellectu predita. Quod
non improbabiliter dicitur, cum in angelis ita fuisse constet. Et
licet naturalibus donis alie pre aliis polleant, tamen
ante baptismum a corpore discedentes parem penam,
et post baptismum statim eandem coronam sortiuntur,
quia ingenii acumen vel tarditas premium vel penam
in futuro non collocat. An peccata omnium precedentium

D. xxxiii.

Predictis adiciendum videtur an parvuli origina-
peccata precedentium patrum ad liter trahant
parvulos transeant, sicut illud primi ut peccatum
hominis delictum in omnes carnaliter ade.
genitos dicitur redundasse, et si peccata parentum
transeunt in parvulos, utrum omnium qui fuerunt ab
Adam usque ad ipsos, an aliquorum et non omnium.

De hoc Aug. in Enchiridion ambigue Quod simplex videtur
disserit. Videtur enim approbare pec- Aug. dicere
cata parentum precedentium etiam in in Enchir.
parvulos pertinere, non solum eorum qui fu-
erunt ab Adam, nec improbabiliter in prima
sententia in peccata etiam generantium parvulo-
s, si tamen eorum parentum qui eos a quarta generatione
precesserint. Quod confirmat illis verbis, quibus
in Exodo dominus ait: Ego sum deus visitans
iniquitates patrum usque in tertiam et quartam
generationem. Quia peccata parentum proximorum etiam
parvulis imputantur, in alia, quod est pro
temperationem divine miserationis. Forte po-

Et quidem non illud solum nit doctrina quod dicit
quod primi hominis delictum transire in parvulos
parvulos teneant, sed etiam alia parentum
illi quibus etiam videntur, ex eo confir- delicta.
mant, quia parvuli non maiores dicuntur bap-
tizari in remissionem peccatorum per pluralem
numerum, non per singularem numerum in remissio-
nem peccati. Et David de legitimo matrimo-
nio procreatus dicit: In iniquitatibus conceptus
sum, et in peccatis concepit me mater mea. Ostendit et
iniquitatem vel peccata. Unde putant non tantum illo

2

peccata omnium in prima parentis transgressione

[illegible]

unum originale peccatum, sed etiam plura, que in peccato
Ade reperiri possent; et alia parentum peccata parvulis
imputari. Quod in illo uno primo peccato plura repe-
Quod vero in actuali peccato Ade plura riuntur.
valeant notari peccata, Augustinus in Enchiridion insinuat:
Possunt, inquit, intelligi plura peccata in una illa
commissione Ade, si in sua quasi membra dividatur. Nam et su-
perbia est illic, quia homo potius in sua esse quam in Dei
potestate dilexit; et sacrilegium, quia Deo non credidit; et homi-
cidium, quia se in mortem precipitavit; et fornicatio
spiritualis, quia integritas mentis humane serpentina
suasione corrupta est; et furtum, quia cibus prohi-
bitus usurpatus est; et avaritia, quia plus quam illi
sufficere debuit appetivit; et si quid aliud in hoc
uno diligenter inveniri potest. ¶ Deinde de De parentum pec-
parentum precedentium peccatis utrum catis. an par-
parvulis imputentur, magis opinando vulis te-
quam asserendo disceptat, ita inquiens: Pa- neantur.
rentum peccatis parvulos obligari non solum
primorum hominum, sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt,
non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina sententia: Reddam
peccata patrum in filios, tenet eos antequam per rege-
nerationem usque adeo, ut etiam de legitimo
matrimonio procreatus dicat: In iniquitatibus
conceptus sum, et in peccatis mater mea me in utero aluit. Non
dixit in iniquitate vel in peccato, cum et hoc recte
posset dici; sed iniquitates et peccata dicere malu-
it, quia et in illo uno quod in omnes homines pertrans-
iit, atque tam magnum est ut eo mutaretur
humana natura, reperiuntur, sicut supra disserui, plura
peccata; et alia parentum, que, etsi ita non possunt mu-
tare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratia Dei
subveniat. Sed de peccatis aliorum parentum, qui-
bus ab ipso Adam usque ad patrem suum progeni-
toribus suis quisque succedit, non vide opinio-
immerito disceptari potest, utrum nes vari-
omnium actibus et multiplicatis as.
delictis originalibus qui nascitur implicetur,
ut tanto peius quanto posterius quisque nascatur;
Ad an propterea Deus in tertiam et quartam generationem
de peccatis parentum posteris eorum comminetur, quia
iram suam quantum ad progenitorum culpas non
extendit ulterius moderatione miserationis sue,
ne illi quibus regenerationis gratia non confertur,
nimia sarcina in ipsa eterna dampnatione pre-
merentur, si cogerentur ab ipso initio generis hu-
mani omnium precedentium parentum suorum origi-
naliter peccata contrahere, et pro eis debitas penas pen-
dere; an aliquid aliud de re tanta in scripturis sanctis di-
ligentius perscrutatis atque tractatis valeat vel non va-
leat reperiri, temere non audeo affirmare. ¶ Ecce
expressum habes Augustinum superiora dixisse non
asserendo, sed dubitando, opinionem referendo. Osten-
Alioquin sibi ipsi contrarius esse osten- dit Aug. sibi for-
deretur, qui in eodem libro omnium mi- te contrarius sibi
tissimam penam dicit esse parvulorum, qui sententie.
originali tantum tenentur peccato. Hiis verbis mitissima
sane pena eorum erit, qui preter peccatum quod origina-
liter contraxerunt, nullum insuper addiderunt;
et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque
illic tolerabiliorem habebit dampnationem,
quanto hic minorem habuit iniquitatem. ¶ Ec-
ce hic aperte dicit parvulorum penam omnium aliarum
penarum esse levissimam; quod non esset, si et peccatis
patrum precedentium obligarentur. Nisi ad hoc: si-
cut pro peccatis actualibus parentum etiam puni-
rentur, et pro suo originali; tamen mitius, si forte
magis quam ipsorum parentes punientur. Non ergo pro
peccatis parentum actualibus, nec etiam pro
peccatis actualibus primi parentis, sed pro originali
quod a parentibus trahunt, parvuli dampnabuntur;
et pro eo nullam aliam ignis materialis vel conscie-
ntie vermis penam sentient, nisi quod visione Dei
carebunt in perpetuum. Uno ergo et non pluribus peccatis par-
vuli obligati sunt. Verba vero illa quibus in Psalmo nu-
merum iniquitatum vel peccatorum determinare videntur determinatio op-
in parvulis, aliquando scriptura esse signi- quod illo opponebatur
ficantis pluralis numeri ita determinat. Ait communiter sic
in eodem libro, quia in scriptura per singularem oppositum
etiam numerum pluralis sepe significari solet,
ut ibi: Ora ad Dominum ut auferat a nobis ser- Ad.
pentem. Non ait serpentes, quos populus patie-
batur. Et e converso per pluralem significatur singularis nu-
merus, ut in Evangelio: Mortui enim sunt qui
querebant animam pueri. Non ait: mortuus est,
cum loqueretur de Herode. Et in Exodo: Fece-
runt deos aureos, cum unum fecissent vitulum, de quo
dixerunt: Hi sunt dii tui, Israel. Ita et illo origi-
nali plurali numero significatur. Cum dicimus parvulos
in peccatorum remissione baptizari, non peccati, vel
in iniquitatibus conceptus. An actuale peccatum Ade
Hic queri solet utrum peccatum sit gravius
Ade transgressionis, excepto peccato ceteris.
originale, in quo plura reperiri notata sunt,
peccatum gravius. Quod quibusdam maius esse videatur ceteris.

fuerit ceteris peccatis. Quibusdam tamen videtur quod illud peccatum totam humanam naturam mutaverit, sicut Augustinus dicit in Enchiridion: Illud unum peccatum in loco et habitu tante felicitatis admissum tam magnum fuit ut in uno homine originaliter et ut ita dixerim radicaliter totum genus humanum damnaretur. Idem in libro de civitate dei: Tanto maiori iniusticia violatum est illud mandatum, quanto faciliori poterat observantia custodiri; nondum enim voluntati cupiditas resistebat, quod de pena transgressionis postea secutum est. Et Hilarius super Matheum: Post auctoritates ponit rationem cor. qui illud peccatum causam aliorum omnium hominum peccatorum generaliter dicit. Quod ex consideratione laborantis huius vite sic approbat: corrupit illud peccatum quam aliquod aliorum, quia totum humanum genus vitiavit ac morti subiecit, quod non fuit ex illo alio peccato sequitur; maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum quam aliquod aliud. Responsio.

Determinatio. Ad quod dici potest quia licet illud contra illos qui alia peccatum humanam naturam magis peccata ostendunt vitiaverit in necessitatem mortis et in totum illo maio genus humanum transfuderit, non est tamen ra. putandum gravius fuisse peccato in spiritum sanctum, quod neque hic neque in futuro dimittitur. Quod illo totam humanam naturam corrupit, ideo est quia non fuit cum cunctis aliis peccatis. Sed quia ab homine commissum est qui in uno homine tota humana natura consistebat, ideo tota in eo corrupta est, et maiorem quidem effectum mali intulit. In quo humanam na corruptam ad multiplices defectus iorem effectum ma qui ex eo manaverunt. Sed et maiorem li habuit licet peccatum certam, quia graviorem non meruerint sit minoris. quam plures postea meruerint per alia peccata, immo alios graviorem promeruisse credimus tamen quam Adam meruit.

An aliud sit peccatum Si vero queritur an illud peccatum primis dimissum primis parentibus fuerit dimissum, parentibus. dicimus eos per penitentiam veniam consecutos, unde Augustinus in libro de baptismo parvulorum: Sicut illi primi parentes postea iuste vivendo creduntur per domini sanguinem ab extremo liberati supplicio, non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum revocari, sic caro peccati, etiam remissis peccatis, homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti quam traxit de propagine peccati.

Au.

per fide passionis.

[illegible] post dic. iudicati.

Et licet peccatis Quod peccata parentum in filios transeant, et quod non sit istud parentum nisi ad illa que deus dicit in exodo et in ezech. Ade parvuli non obligentur, non est tamen diffitendum peccata parentum in filios redundare, sicut dominus in exodo ad Moysen ait: Ego sum deus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem, his qui oderunt me. His verbis aperte insinuatur quod deus reddit peccata parentum in filios tertios et quartos. Huic autem videtur adversari quod dominus ait in Ezechiele: Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud dicentes: Patres nostri comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupescunt? Vivo ego, dicit dominus, si erit vobis ultra parabola hec in proverbium. Omnes anime mee sunt; ut anima patris, ita et anima filii mea est. Anima que peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii. Iusticia iusti super eum erit, et impietas impii super eum erit. His verbis videtur deus corrigere per prophetam quod maledixit in lege, scilicet peccata patrum reddi in filios in tertiam et quartam generationem. Iniusticia enim videtur deus incidisse ut alius peccet et alius puniatur. Quomodo enim iustum est alium peccare et alium penam luere? Determinatio premisse auctoritatis

Iere.

Sed ut ait Iero., ne lex et propheta convenientiam Iero. id est exodus et Ezechiel et immo idem deus ostendit qui utrobique locutus est, inter se contrarii esse videantur, attendamus finem utriusque auctoritatis exodi. Dicto enim reddo iniquitates patrum in filios addidit: his qui oderunt me, per quod evidenter monstratur non ideo puniri filios quia peccaverunt parentes, sed quia similes quadam hereditario malo deum oderunt. Illud ergo quod in exodo dominus dicit, sicut Iero. tradit, non ita sonat ut multi existimant, nec est simile huic proverbio: Patres comederunt uvam acerbam etc. Illud enim exodi Iero. super Ezechielem et Aug. super psalmum Deus laudem meam ne tacueris de filiis peccata patrum imitantibus accipiendum censent, super quos dicit deus reddere peccata patrum, quia puniuntur pro eo quod imitantur peccata patrum, non quia patres peccaverunt. Non tamen corrigit dominus in prophetia quod ante dixit in lege, sed quomodo sic intelligendum manifestat; unde et illos qui prave intelligebant arguit, qui dicebant: Patres comederunt uvam etc. Cur dixit in te. Verumtamen si de imitatoribus etiam tertiam et quartam ge malorum illud accipitur nerationem, et que plures sunt quare tertiam et quartam commemoravit.

Jere.

ł v. puniens

obicit

Ezechiel [illegible] eplet [illegible] Xabq. tale.

generationem tamen commemoravit, cum in qualibet generatione restent illis peccata patrum imitantibus; quartam commemoravit, cum ultio omnis mali sint qui quorumlibet malorum peccata imitantur. Sed ideo patres specialiter nominavit, quia maxime patres filii imitari solent, quos propter dilectionem etiam usque ad quartam generationem commemoravit, quia solent parentes interdum tam diu vivere donec filios suos usque ad quartam videant, qui patrum iniquitates eorum, impietatis heredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum intelligitur quod ad Moysen in Exodo legitur.

Quomodo illud in Osee intelligi debeat secundum Ieronimum.

Quod etiam moraliter intelligendum Ieronimus ostendit ex eo quod parabola dicitur. Sicut enim parabola est, ita et iste sermo: aliud verbis sonat, aliud sensu continet. Viri aliqui ita edisserentes primum in nobis esse dicunt leuem punctum sensuum, scilicet primum motum suggestionis vel cogitationis; secundum vero, si cogitatio conceperit peccatum, in quo notatur consensus vel delectatio mulieris; tertium, si quod cogitaverit opere compleverit vel complere decreverit, in quo notatur consensus viri; quartum, post peccatum non penitentiam agere, sed in suo sibi peccato gloriari. Et hec est quarta generatio, nec per tres possederit, sed quarta dicitur, quia quarto loco a primo motu qui quasi pater est enumeratur. Deus ergo primos et secundos stimulos cogitationum, quos sine propassione vitamus, sine quibus nullus hominum esse potest, non punit eternaliter. Sed si secundum cogitata quis facere decreverit, vel que fecit corrigere noluerit, que sunt mortalia peccata, et tertia et quarta generatio.

Quod primus motus non punitur eternaliter.

Ad probandum vero ita esse, quod primus cursus cogitationis non punitur a deo eternaliter, illud Genesis afferendum est. Cham enim peccavit irridens nuditatem patris, et sententiam super se filius eius Chanaan accepit: Maledictus Chanaan, servus erit fratribus suis. Que enim iustitia est ut pater peccaverit et filius puniatur? Sed in mysterio illud dictum est.

Que de peccato animadvertenda sint.

Post predicta de actuali peccato quedam diligenti indagine consideranda sunt: scilicet que fuerit origo et causa primi peccati, utrum res bona an res mala; post hec in qua re sit peccatum; deinde quid sit peccatum, et quot modis fiat, et de differentia multiplici peccatorum.

Que fuit origo et causa peccati prima.

Causa et origo primi peccati, ex bono creata, qua primum peccatum extitit. Cum enim primum peccatum extiterit, id est aliquod malum, utrum ortum sit, eius originem et causam habuit aut ex bono aut ex malo. Sed malum tamen non erat ex quo ortum est. Prius quidem in angelo ortum est peccatum, postea in homine. Et quid erat angelus nisi bona natura dei? Si ergo de bono ortum est malum quod fuit in angelo, non ex malo, sed ex angelo, ex bono ortum fuit. Unde Augustinus in responsionibus contra Iulianum hereticum quidem dixit: Si ex natura peccatum est, tunc mala est natura. Hoc autem quesierit, ipse respondeat: quod manifestum est ex voluntate mala, tamquam ex arbore mala, fieri omnia opera mala, tamquam fructus malos. Sed ipsam malam voluntatem unde dicitur exortam nisi ex bono? Sicut ex angelo, quid est angelus nisi bonum opus dei? Sic ex homine, quid erat ipse homo nisi bonum opus dei? Immo quod exortum est, hec duo antequam exorta esset in eis mala voluntas, non bonum opus dei et bona et laudanda natura? Ergo ex bono oritur malum, nec fuit unde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo quod a voluntate mala nullum malum precessit, sed ex bono originem habuit. Hic aperte dicitur primam causam et originem mali bonam fuisse naturam. Et in hoc non ostenditur cuius peccati fuit causa, scilicet male voluntatis.

Quod mala voluntas secundaria causa fuit malorum.

Mala autem voluntas illa angeli et hominis causa est ceterorum malorum subsequentium, scilicet malorum operum, et mala voluntatis. Unde Augustinus in Enchiridion: Nequaquam dubitare debemus rerum bonarum que ad nos pertinent causam non esse nisi bonitatem dei; malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, postea hominis. Hoc primum est creature rationalis malum, scilicet prima privatio boni. Ecce hic dicit primam voluntatem boni mutabilis, id est angeli vel hominis, deficientem ab immutabili bono, id est a deo, causam esse malarum rerum que ad nos pertinent, quod accidit tam peccatum quam pene quibus premitur humana natura. Prima quippe origo et causa peccati bonum fuit, unde et malum exortum est ex bono.

In qua re sit peccatum, an in bona an in mala. xxxiiii.

Ostensa origine mali supra, restat videre in qua re sit malum, utrum in bona an in re mala. Quod in bona, Augustinus tradit in Enchiridion: cum aperte sapientes non nisi in bono malum esse intel

xxxiiii

h(oc) est: [illegible] quia parabola illa evangelii de lazaro et divite

h(oc) est: incentiva cogitationis

h(oc) est: qualibet

h(oc) est: [illegible] consensus

h(oc) est: Resumit: ut puniet eternaliter.

Maledictum Chanaan puniri ut non [illegible] pater suus Cham [illegible] ugit id est in natura bona. Malum enim est corruptio vel privatio boni. Ubi autem bonum non est, non potest esse corruptio vel privatio boni; ideoque malum non potest esse nisi in re bona. Sicut enim morbi et vulnera corrumpunt corpora, quae ut ait Augustinus in Enchiridion, sunt privationes eius boni quod dicitur sanitas: ita et animorum quaecumque sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum. Quid est enim aliud quod malum dicitur nisi privatio boni? Bonum enim minui malum est, quamvis quantumcumque minuatur, necesse est ut aliquid remaneat, si adhuc natura est. Non enim consumi potest bonum quod est natura, nisi et ipsa consumatur. Cum vero corrumpitur, ideo malum est corruptio eius, quia eam qualicumque privat bono. Nam si nullo privat,

Argumentatio

non nocet. Nocet autem, adimit igitur bonum. Quamdiu itaque corrumpitur, inest ei bonum quo privetur; ac per hoc nullum est quod dicitur malum, si nullum sit bonum. Sed bonum omni malo carens integrum bonum est; cui vero inest malum, vitiatum vel vitiosum bonum est; nec malum umquam potest esse ullum ubi nullum est bonum. Unde res mira conficitur, ut quia omnis natura in quantum natura est bonum est, nihil aliud dici videatur, cum vitiosa natura mala natura esse dicitur, nisi malum esse quod bonum est; nec malum esse nisi quod bonum est. Hac ergo ratione evidenter insinuatur malum non posse esse nisi in re bona. Ubi etiam licet absurdum videatur, manifeste dicitur esse malum quod bonum est.

Quod exponit sic sequitur, scilicet quod dicitur esse malus homo dicitur malum bonum.

Ex quo colligitur nihil aliud significari cum dicitur homo malus, nisi bonum malum. Unde Augustinus in eodem subdit: Quid est malus homo nisi mala natura, quia homo natura est? Porro si homo aliquod bonum est, quia natura est, quid aliud est malus homo nisi malum bonum? Tamen ista duo discernimus, invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum quia iniquus est. Sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Omnis itaque natura, etsi vitiosa sit, in quantum natura est bona est; in quantum vitiosa est mala est.

Iohannes ait: Qui facit peccatum et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. Secundum quod locutus dicit Augustinus: nomos graece, latine lex; ita anomia iniquitas, quae contra legem vel est sine lege. Ideo dicitur peccatum esse iniquitas;

Quicquid peccamus contra legem Dei facimus, unde praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae. Nullus enim sine lege, vel qui scriptam legem contempserunt, vel qui in naturalem legem corruperunt.

vel scriptam legem. alia lectio.

Quod regula dialecticorum de contrariis fallit in his scilicet bono et malo.

Ideoque in his contrariis quae bona et mala vocantur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicitur nulli rei simul duo inesse contraria. Nullus enim potus aut cibus simul dulcis est et amarus; nullum simul ubi album ibi et nigrum; et hoc in multis ac pene in omnibus reperitur contrariis, ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt. Ecce haec duo contraria ita simul sunt, ut si bonum non esset in quo esset, prorsus nec malum esse potuisset; quia non modo ubi consisteret, sed unde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrumperetur; quia nihil est aliud corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt, et nisi in bonis non sunt; nec fuit prorsus unde oriretur ulla mali natura, nisi ex angelica vel hominis natura bona, unde primitus exorta est voluntas mala.

Quod ex bono orta sunt mala, et in bono consistit malum.

Epilogus sed ad alia transitus.

Ex his aperitur quod primo inter cetera supposuimus investigandum, scilicet unde fuit origo mali et in qua re sit. Ex bonis enim rebus ortum est et in bona re consistit, praemissis testimoniis comprobatur.

Sententia illa qua dicitur esse bonum esse malum opponitur verbo prophetiae.

Ubi hoc autem quod dictum est malum esse quod bonum est, quidam sic opponunt: Si bonum malum esse dicimus, incidimus in illam sententiam propheticam ubi legitur: Vae his qui dicunt bonum malum et malum bonum. Ideo hanc maledictionem vitare volentes, nullatenus dicere debemus bonum esse malum. Sed hoc Augustinus determinat in eodem libro dicens: Id quod dictum est in prophetia intelligendum est de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus: ut qui adulterium dicit bonum, merito cadit in illam propheticam detestationem, et in eum qui dicit malum esse hominem et bonum esse iniquum. Qui enim dicit hominem in quantum homo est malum esse, vel bonitatem esse iniquitatem, opus Dei culpat, quia est homo, et vitium hominis laudat, quod est iniquitas.

determinatio Augustini.

Quid sit peccatum.

Post haec videndum est quid sit peccatum. Peccatum est, ut ait Augustinus, omne dictum vel factum vel concupitum quod fit contra legem Dei. Idem in li.

Au.

· D · XXXV

de duabus animabus: Peccatum est voluntas retinendi
vel consequendi quod iustitia vetat. Alia descriptio.
In quibus assignationibus de actuali peccato agitur
mortali et veniali. Ex prima descriptione osten-
ditur peccatum esse voluntas mala sive locutio et ope-
ratio prava, id est actus malus, tam interior quam ex-
terior. Ex altera vero tantum ostenditur esse actus interior.
Voluntas enim, ut in superioribus dictum est, motus animae est,
actus scilicet interior. Et Ambrosius quoque in libro de paradiso ait: Quid
est peccatum nisi praevaricatio legis divinae et cae-
lestium inoboedientia praeceptorum? Ergo in praevaricatione
peccatum est, sed in mandatum culpa non est. Non enim
consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Illo
consistente autem peccato, non solum malitiae sed etiam
virtutis forsitan videtur. Cum nisi aliqua malitiae fuis-
sent semina vel subsistere vel eminere non posset.
Ecce praevaricationem legis et inoboedientiam dif-
finit esse peccatum. Diversorum sententias de pec-
Ob hoc autem diversitatis huius libri cato ponit.
occasione de peccato plerumque varia sen-
serunt. Alii enim dixerunt voluntatem triplex oppo-
tantum malam esse peccatum, et non actus ex- sitio de
teriores. Alii voluntatem et actus. Alii peccato.
neutrum, dicentes omnes actus esse bonos et
a Deo et ex Deo auctore esse. Et malum Quod malum
autem nihil est, ut Augustinus ait super Iohannem. nihil
Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est.
est nihil, id est peccatum, quod nihil est et nihil fiunt
homines cum peccant. Super etiam dicit Augustinus quod
malum est privatio boni vel corruptio boni, ut in Encheiridio.
In libro lxxxiii quaestionum ait: Summum malum
nullum modum habet. Caret enim omni bono et
modus aliquod bonum est. Igitur est quod nulla specie
continetur. Totum quoque hoc nomen mali de speciei
privatione repertum est. Item in dogmatibus ec-
clesiasticis dicitur malum vel malitia. Augustinus super Genesim. Mali-
tiam non esse a Deo creatam, sed a diabolo natura non est sed
inventam qui ipse bonus creatus amissio boni.
est. Item Augustinus in libro contra Manichaeos sic nota-
sit peccare ostendit dicens: Peccare quid ta est.
est nisi in iustitiae praeceptis vel in ipsa verita-
te errare? Quod si non voluntate faciunt pec-
catores, iniuste iudicantur. Quid igitur in hac
tanta varietate tenendum, quid dicendum?
Sane dici potest et libere dici Vera sententia de
debet peccatum esse actum peccato ponitur.
malum interiorem et exteriorem, scilicet malam
cogitationem, locutionem et operationem, per quae
tamen in voluntate peccatum consistit, ex qua tamquam ex
arbore mala procedunt opera mala tamquam
fructus mali. Traditur quidam quod dicitur voluntatem ma-
Quidam autem diligentius atten- lam et actum inquantum sunt
dentes verba Augustini quibus supra et in esse non bona
aliis Scripturae locis utitur, inde dicere inquantum sunt mala
tradunt voluntatem malam et actus ma- esse pec-
los inquantum sunt vel inquantum actus sunt cata.
bona esse, inquantum vero mala sunt peccata esse.
Qui voluntatem et actum quemcumque bonam
dicunt naturam esse dicunt, inquantum actus est vel mobi-
talis, et ex Deo auctore esse, inquantum vero inordinate
contra legem fit et fine debito caret, peccatum
est, et ita inquantum peccatum est nihil est. Nulla
enim substantia vel nulla omnino natura est. Auctoritatibus plurimis
Quod autem voluntas omnis voluntatem et actum
et actio bona sit inquantum omnem esse bona
est, ex eo probant quod ait Augustinus in libro inquantum
de lxxxiii quaestionibus: Deus bonorum tantum sunt. Ad.
modo causa est, quo circa mali auctor
non est. Et quorumque sunt auctor est, quae
inquantum sunt in tantum bona sunt. Idem plurimis
nihil casu fieri in mundo ait in eodem: Quod
fit casu temere fit. Quod temere fit non fit providentia.
Si ergo casu aliqua fiunt in mundo, non providentia
universus mundus administratur. Si non
providentia universus mundus administratur, aliqua
natura vel substantia est quae ad opus providentiae non
pertinet. Omne autem quod est, inquantum est bonum est.
Summum enim est illud bonum cuius participa-
tione sunt cetera bona. Et omne quod mutabile
est, non per se, sed boni illius participatione inquantum
est bonum est, quod divinam etiam providentiam
vocamus. Nihil ergo casu fit in mundo. ¶ His testi-
moniis innituntur ad ostendendum omne quod est
inquantum est bonum esse. Verum idem Augustinus in libro
primo de doctrina christiana ait: Ille summe ac primi-
tus est qui omnino immutabilis est. Cetera quae
sunt, nisi ab illo esse non possunt et in tantum bona sunt
inquantum acceperunt ut sint. Quid ex predictis
ex predictis colligatur atque inferatur. sequitur
quod si mala voluntas et mala actio est, in-
quantum est bona est. Sed quis est qui differat
malam voluntatem esse et malam actionem?
Mala igitur voluntas sive actio inquantum est vel bo-
num est, et inquantum voluntas est vel actio bo-

¶ [illegible]

h. j. N i emicuisset ¶ Item [illegible]

Quia peccati [illegible]

K. i. M causa

plur [illegible]

nihil similiter est. Sed ex vitio mala est, quod vitium adeo
nihil est neque aliquid est. Quod Augustinus notasse videtur in li-
bro de lxxxiii questionibus dicens: Vitium est volunta-
tis quo bono est deterior. Quod vitium longe
abest a voluntate deviante vel deteriore. Ex hoc loco
ostenditur voluntatem iniquitatem vitiosam esse. Non
esse aliud iniquitatem vitiosam esse quam peccatum esse; et peccatum est,
ut aiunt, iniquitas non habens ordinem nec finem
debitum. Iniquitas autem ex malo procedit
et ordinem non habet et ad malum tendit. Alia pro-
Item ratione ostendunt omnem actum batione quod omnis
interiorem vel exteriorem iniquitatis actus iniquitatis
esse bonum, quia non esset actus malus nisi est bonus
esset vel bona, quia non est aliqua res mala est.
nisi eadem res bona sit. Unde Augustinus in Enchiridion:
Omnis natura bonum est nec res aliqua mala esset
si res ipsa que mala est natura non esset. Unde non potest
esse malum nisi esset aliquod bonum. Que cum dicta vi-
deantur absurde, connexio tamen ratiocinationis nos
compellit hoc dicere. ¶ Ex premissis Summa di-
testimoniis asserunt omnes actus ctorum col-
iniquitatis sunt esse res bonas, nec aliquid ligitur.
esse malum, id est peccatum, nisi idem quod et aliquid bo-
num sit. Eo tamen quod sunt iniquitatis sunt dicuntur au-
ctorem perdidisse vel voluntatem omnia esse, quia
sunt, quia in quantum sunt naturae sunt. Obiectio contra
Quibus opponitur: Si omnia que illos qui dicunt
sunt in quantum sunt bona sunt omnes actus in-
natura sunt, ergo adulterium, ho- quantum sunt
micidium et similia in quantum sunt esse bonos.
bona sunt et naturae sunt et deo volente
fiunt, quod si est, tunc illi qui faciunt illa
bona agunt, quod penitus absurdum est. ¶ His
vero sic illi respondent, quod dicuntur et quidem homicidi-
um et adulterium, non tamen simpliciter actus denota-
re, sed actum cum vitio; illos enim actus adulterium et ho-
micidium in quantum sunt vel in quantum actus sunt a deo esse
et bonas naturas esse, sed non in quantum adulterium et homi-
cidium sunt, unde non sequitur dici: actus qui homi-
cidia et adulteria sunt a deo sunt, quod homicidia et adulteria
a deo sint. Alia illorum opinio contra eosdem.
Item aliud eis opponitur: Si aliquid non est malum
quod non sit res bona vel natura, quomodo ergo peccata sunt
non credere in deum, non ire ad ecclesiam, cum illa non
sint naturae, immo omnino nihil sint? Non est enim
aliquid vel res aliqua non ire ad eccle-
siam vel non credere in deum et huiusmodi.

¶ Ad quod dicunt: hiis atque huiusmodi dictionibus
que videntur privationes significare Responsio illorum quod dicunt
notare et nichil ponere, quia per negationem per negationem ad
omni negatione vero aliqua poni actus ponere non nec-
qui per ea significantur. Non credere enim in deum de indu-
incredulitatem dicit, et nomine incredulitatis bi-
vel malum vitiosum actum significari. Tamen etiam cum
dicitur non ire ad ecclesiam malum est, non actus, quia contrarius
significatur, scilicet voluntas mala vel propositum. Hoc enim
declinare a bono, quod malum est. Sicut econtra
declinare a malo bonum est. Sicut ergo declinare
a malo aliquid ponit, scilicet voluntatem et propositum
vitandi malum, non enim potest esse bonum quod omnino
nihil est, ita declinatio a bono aliquid quod est
significat, scilicet voluntatem et propositum mali, ut hoc
verum est, et congruat illa peccati mortalis descriptio
quam supra posuit Augustinus. Utrum malus actus iniquitatis
Potest etiam queri ab eis peccatum est sit corrup-
quomodo peccatum sit ut supra definitum est tio vel privatio
privatio boni vel corruptio, cum illis boni.
malus actus sit peccatum. Verum sit priva-
tio vel corruptio boni iniquitatem peccatum est vel non.
Si enim iniquitas peccatum est corruptio boni est,
cum corruptio boni vel privatio pena sit boni, in-
quantum ergo peccatum est pena est, quod si est, tunc in-
quantum peccatum est bonum esse videtur et a deo est. Si autem
non iniquitatem peccatum est corruptio est, queritur
ergo ubi quid corruptio sit. Si enim corruptio
est in iniquitatem peccatum est cum non sit nisi bonum
peccatum in eo quod peccatum est: ergo iniquitas boni
est corruptio vel privatio boni est. ¶ Ad quod i-
psi dicunt actum malum non iniquitatem Responsio illorum. Igitur
tum est nec iniquitatem bonum est. peccatum est esse priva-
esse privationem vel corruptionem boni, sed tio vel corruptio
iniquitatem peccatum est non tamen iniquitatem peccatum boni, sed tamen
est pena est. Et aliquid quod a deo sit et ut pena.
enim eorum ubi Augustinus premissis colligitur: pec-
catum dicitur corruptio vel privatio active non passi-
ve. Nam sicut malum vel peccatum dicitur corrup-
tio boni, quia naturam bonam quamcumque
privat bono. Nam si non privat aliquo bono,
nec nocet, ut supra Augustinus ait. Nocet autem adimendo
ergo bonum. Non autem nocet nisi inquantum peccatum est:
ergo inquantum peccatum est privat bono. Itaque
inquantum peccatum est privatio est et corruptio boni.
Sed cum nichil sit Quomodo iniquitas peccatum est ponit cor-
Si iniquitas peccatum est ruptio boni cum nichil sit.

Au

Responsio illorum

Alia opinio

vel volũtas

Opponit iterum.

Quod cum eius potest

quomodo potest bonum corrumpere et adimere? Augustinus hoc docet in libro de natura boni dicens: Absti- **Responsio Augustini** nere a cibo non est aliqua substantia, tamen substantia corporis **per similitudinem** si omnino abstineat a cibo languescit et fati- gatur. Sic et si non est substantia peccatum, eo tamen natura anime corrumpitur. **Quod peccatum per se corruptio anime est et quomodo.**

Peccatum vero id est culpa per se anime corruptio est. Sed tamen queritur unde possit corrumpi anima. In parabola illius qui incidit in latrones, qui eum spoliaverunt et vulneraverunt, clarescit. Incidit enim homo in latrones, id est per peccatum in potestatem diaboli traditur, et tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis, id est virtutibus, et vulneratur in naturalibus bonis, que sunt ratio, intellectus, memoria et ingenium et huiusmodi, que per peccatum obtenebrantur et vitiantur. Per peccatum etiam privatur illo bono cuius participatione cetera bona sunt, quo tanto magis privatur quanto magis se ab eo elongat. **Quomodo homo se elongat a deo per dissimilitudinem.**

A deo autem se elongat per peccatum non locorum **distantia**, distantia quia ubique totus presens est **sed per ...** omnibus, et omnia in ipso sunt, ut ait Augustinus in libro **...** de lxxxiii questionibus, et ipse locus non est, sed locus dei dicitur animus, sive dicitur templum dei, et quod continetur ab eo, quod ei presens sit et inhabitans. Id autem anima mundi intelligitur per peccatum, ergo non per locum sed longe fit a deo, et nos longe fimus per dissimilitudinem recedendo, et tanto longius quanto fit dissimilior. Unde ait Augustinus in libro de lxxxiii questionibus: Que participatione similia sunt deo, recipiunt dissimilitudinem, at ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Unde fit ut cum similitudo patris filius sit, ex nulla parte patri possit esse dissimilis. Cum participatione similia fiunt, quecumque deo similia sunt, illa possunt recipere dissimilitudinem. Sic ergo ostenditur quod hominem a deo dissimilem faciat deo quemadmodum peccatum. **Quod peccatum ...** Cum autem peccatum sit corruptio vel privatio boni, que **privatio boni** est in anima, est etiam privatio et corruptio **pene** boni corporis, sicut corpus hominis privatur bonis illis, immortalitate et impassibilitate, quam habuit ante peccatum. **An pena sit privatio boni.**

Queri autem solet utrum et pena **privatio** sit privatio vel corruptio boni. Ad **boni** quod facile potest responderi si predicta ad memoriam revocentur. Diximus enim supra privationem vel corruptionem boni accipi active vel passive, id est secundum efficientiam vel effectum. Secundum privationem vel corruptionem boni dicitur peccatum et pena, sed peccatum secundum efficientiam, quia privat vel corrumpit bonum, pena autem secundum effectum, id est secundum passionem, que est effectus peccati. Aliud est enim culpa, aliud pena. Auctor enim est deus pene, auctor diabolus et homo est culpe.

Sciendum est tamen quod quedam **Quedam sunt peccata** sic esse peccata ut sint etiam **et pena peccati, quedam pena** pene peccatorum, unde Augustinus super **tantum peccata, alia tamen** locum psalmi lvii: Supercecidit ignis **peccata tantum et** et non viderunt solem, ait: Ignis superbie et **pena pec-** concupiscentie hic intelligitur. Istas penas **cati** pauca videntur, eas maxime commemorat apostolus in epistola ad romanos, et commemorat multa que peccata sunt et pena peccati. Sic dicitur: primum enim peccatum **ad.** apostasie et ultimam penam ignis eterni, media que sunt et peccata sunt et pene peccati. Gregorius super Ezechielem ait: Contemptum quem **Gregorius** non vult penitere ponit deus offendiculum, id est gravius impingunt. Peccatum enim quod per penitentiam citius non deletur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et pena peccati, aut peccatum simul et causa et pena peccati. Unde Moyses ait: Nondum sunt completa peccata amorreorum. **Quod primum** Et David: Iniquitatem appone iniquitati **peccatum** super iniquitatem eorum. Et alius propheta: Sanguis **sanguinem** sanguinem tetigit, id est peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait: Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie etc. Et item: Ut impleant **ad.** peccata sua semper. Johannes quoque per angelum dicit: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex his testimoniis colligitur peccatum aliquando et peccatum esse et pena peccati. **[illegible] quomodo iniquitas peccati sit pena**

Et ideo merito queritur utrum iniquitas peccati **peccati** sit pena peccati. Quod non videtur, cum omnis pena peccati iusta sit, ut ait Augustinus in libro retractationum: Omnis pena peccati iusta **Ratio quare** est et supplicium nominatur. Si ergo **non sit** peccatum quod est peccatum et pena peccati iniquitas est, peccatum est et pena peccati est, cum omnis pena iusta de iustitia dei veniat, videtur iniquitatem peccatorum esse iustum esse et a deo provenire. Ad quod illi respondent peccatum **Responsio ...** sic dici penam peccati, quia per peccatum **sensus ...** iniquitas merito precedentis peccati **peccatum pena** homo labitur, deserente deo, et **pena**

Secundum quid adimo [illegible] celestia [illegible]

[illegible]

Sanatio

Secundum cognitione et regimine

Sanima

[illegible]

Secundum tradita [illegible]

[illegible]

rumpitur bonum naturae. Sicut ignis aeternus dicitur poena malorum, quia eos cruciat; licet tamen ipse cruciatus malorum, igni scilicet, per ignem fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura, quia minuitur bonum naturae; et est ipsa imminutio et corruptio boni passio et poena; tamen effectualiter ipsum peccatum per quod fit. Sed non peccatum dicitur, ut plenissime est, quia per peccatum illico ut peccat homo fit in homine illa corruptio, quae tamen fit de auctore; ista enim poenalis est passio, quae est boni corruptio a Deo est; illius tamen sic dicitur materia causa est peccatum quod a Deo non est. Quod videtur Augustinus notasse iuxta hunc sensum intellexisse, cum ait in libro de praedestinatione sanctorum: Praedestinatione Deus ea praescivit quae fuerat ipse facturus. Sed praescivit Deus etiam quae non est ipse facturus, id est omnia mala; quia et si sunt quaedam quae ita peccata sunt ut et poenae sint peccati, sicut illud apostoli: Tradidit illos Deus in passiones ignominiae, non tamen peccatum Dei est, sed iudicium. Haec poena, sicut scriptum enim saepe nomine iudicii poena intelligitur; sic et diligenter intendentibus insinuat videlicet ea quae peccata sunt et poenae peccatorum non ex quo peccata sunt, sed in quantum poenae dicuntur. Si autem cum dixisset Deum non esse facturum mala aliqua, id est peccata, quia posset ei obici quaedam peccata esse etiam poenas peccati, et poena peccati omnis iusta est, non adeo est quasi determinando sive quid faciat ea, sive quid non faciat, addidit reliqua; sed iuxta hoc praedictum intelligentia peccata sane dicuntur poenae. Unde apostolus appellat eas passiones ignominiae, quia ut ait Augustinus, licet quaedam peccata sint quae delectando fiunt, tamen passiones naturae dicuntur minuendo, quia per ea corrumpitur natura.

Et licet ex hoc sensu omne Quod omne peccatum peccatum mortale posset dici posset dici poena, poena, non tamen omne potest dici poena non tamen omne peccati; poena enim peccati ut praedictum est tantum est illud est et causa est aliud praecedens peccatum poena causarum, sicut peccatum non dicitur poena peccati peccati respectu praecedentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit ut idem peccatum et causa sit et poena peccati, scilicet alterius peccati poena et alterius causa. Ut enim Gregorius ait in Moralibus: Peccatum quod per paenitentiam non diluitur suo pondere mox ad aliud trahit. Unde fit ut non solum peccatum sit, sed et causa peccati. Ex quo quippe culpa subsequens oritur; peccatum vero quod ex peccato oritur, non solum peccatum est,

et poena peccati est, quia iusto iudicio Dei cor peccantis obnubilatur, ut praecedentis peccati merito etiam in alia cadat. Quem enim liberare noluit Deus deserendo punivit. Ipsum, ut Augustinus ait, praecedens est, sed poena peccati, tamen etiam ipsa peccatum est; subductio enim iustissima Dei traditi sunt, ut ait apostolus, de quibus dixi, sive deserendo, sive alio modo explicabili vel inexplicabili, in passiones ignominiae, ut crimina ceterorum minibus iudicantis et supplicia peccatorum non tantum sint tormenta, sed et vitiorum incrementa. Illa ergo peccata quae commemorat apostolus, quia de superbia sunt, non solum peccata, sed et supplicia sunt. ¶ Hoc etiam iam fit perspicuum quaedam peccata etiam poenas et causas peccati esse; et illud peccatum esse poenam peccati quod aliquod praecedens habet peccatum; atque illud peccatum esse causam peccati quod est initium sequentis peccati.

Sed cum ait: crimina certa [illegible] Ex praedictis ut legitur nibus iudicantibus insinuat tantum ipsa eadem re vera ipsa quae peccata sunt crimina quae peccata sunt esse sic esse poenas peccati vel punitiones peccatorum et poenas de hoc autem inquirunt. Utrum haec id est peccati crimina dicantur esse crimina peccatorum. Quod intelligenda sunt secundum praemissam expositionem; et intelligentia eiusdem doctoris ex consilio est assumenda dicentis. Quod non obviat veritati si quis dicat ipsa

In nullo tamen praeiudicatum est peccata esse et poenas veritati praemittitur si quis dicat peccati esse ipsa eadem quae peccata sunt causaliter causaliter ita dicantur esse poenas vel punitiones peccatorum praecedentium quae iuste sunt, et a Deo sunt; nec tamen in quantum peccata sunt a Deo, nec in quantum peccata sunt poenae peccati sunt; et tamen in quantum peccata sunt, privationes boni sunt, sicut superius dictum est causaliter et active dicuntur privationes. Quod ipse ostendit peccata quaedam esse poenam peccati

Quod autem quaedam peccata poenae sint et poena ipsa et ipsa poena iusta sit et a Deo sit, evidenter sic tamen tradit Augustinus in libro Retractationum primo de adv. dicens: Quamvis necessitate fiunt ab homine quae mala sunt, tendentem iusta poena peccati sunt, et sunt inquit necessitate facienda improbanda. Unde vult homo recte facere et non potest; unde illud apostoli: Non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago; et illud: Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem; haec enim invicem adversantur ut non ea quae vultis faciatis; sed haec omnia ex illa mortis damp-

Salomon.

Greg.

[illegible]

Augustinus contra Iulianum

[illegible]

praecedens poena et sequentis causa

[illegible]

memoriter

[illegible] poene peccati

[illegible]

[illegible] poenas [illegible] poenas.

[illegible] poena [illegible] sequens peccatum

quae sunt facienda [illegible]

[illegible] a Deo [illegible] ab homine vel diabolo

[illegible]

[illegible] venialia [illegible]

[illegible] peccata [illegible] poena [illegible]

id est non approbanda

[illegible] mortalis [illegible]

[illegible] ex illo peccato per quod dampnati [illegible] h[ic] ... [illegible]

h[ic] ... ignorantia ... [illegible]

h[ic] ... infirmitate

qd. qui iniustus ... alii ... affligere ...

oportet

natione sunt; tamen si non est ista pena hominis sed nature, ista nulla peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est, cum hoc facit ea utique facit que debet. Si autem homo bonus esset, aliter esset; nunc autem quia ita est, non est bonus, nec habet in potestate ut sit bonus, sive non videndo qualis esse debeat, sive videndo et non valendo esse qualem se esse debere videt, penam istam esse quis dubitet? Omnis autem pena si iusta est, peccati pena est, et supplicium nominatur. Si autem iniusta est pena, quoniam penam esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante homini imposita est. Porro quia de omnipotentia Dei et iustitia dubitare dementis est, iusta est hec pena et pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquam iniuste dominans aut surripere hominem potuit velut ignorante Deo, aut extorquere invito tamquam invalidiori, ut hominem iniusta pena cruciaret. Relinquitur ergo ut hec pena iusta de damnatione hominis veniat. His atque aliis pluribus testimoniis docetur quedam esse peccata et penas peccatorum, eadem et mala.

De quibusdam que sine dubio peccata sunt et pene ut ira invidia.

Preterea nullatenus ambigendum est quedam peccata sine ullo scrupulo penas esse, ut invidia, que est dolor alieni boni, tamen que ... non in quantum pene sunt peccata sunt. Item et de cupiditate et timore et aliis huiusmodi sentiendum est. Unde Augustinus in libro lxxxiii questionum ait: Omnis perturbatio passio est; omnis cupiditas perturbatio; omnis igitur cupiditas passio. Omnis vero passio cum est in nobis, ipsa passione patimur; omnis igitur cupiditas cum est in nobis, ipsa cupiditate patimur, et in quantum cupiditas est patimur. Omnis autem passio in quantum ipsum patimur non est peccatum. Item de timore: Si non erit, consequens est ut supervacuus timor; ideo non sit peccatum, cum multa sint peccata que patimur, sed non in quantum patimur ea.

tristitia passio est ... cupiditas ... [illegible]

... forma ... [illegible]

Quod verbis Augustini premissis quedam sententia Ieronimi obviare videtur.

Illud autem diligenter est adnotandum, quod supra posuimus verbis Augustini dicentis quedam necessitate fieri et esse, et plura de ea mala, videtur obviare quod Ieronimus ait in explanatione fidei, quod licet supra posuerimus, iterum ut perfectius sciatur inferre non pigeat: Execramur, inquit, eorum blasphemiam qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo esse preceptum, et mandata Dei non a singulis sed ab omnibus in commune posse servari. Et paulo post: Et tam illos errare dicimus qui cum Manicheo dicunt hominem peccatum non posse vitare, quam illos qui cum Ioviniano asserunt hominem non posse peccare. Ecce hic Ieronimus dicit errorem esse si quis dicat hominem vitare peccatum non posse; Augustinus autem dicit quedam necessitate fieri, que dicit non posse vitari. Cum ergo id Augustinus dicat, videtur aut erravisse, cum id quod dixit, aut non esse verum quod Ieronimus ait.

Determinatio contrarietatis sub modo [illegible]

Ad quod dicimus positum esse ab Augustino secundum statum nature submerse miserie, ad quam pertinet ignorantia et difficultas, ut idem ait in libro de libero arbitrio, que ex iusta damnatione descendit. Illud tradidit ... venialia peccata inclusit; Ieronimus vero de mortalibus tantum loquitur peccatis, que vitare quilibet gratia illuminatus valet; vel de homine secundum statum liberi arbitrii ante peccatum illud dicit Ieronimus.

ignorancia et difficultas

[illegible] ad alia transitur.

Satis diligenter supra posuimus sententiam eorum qui dicunt omnes actus naturales esse, in quantum sunt, bonos esse; in quo tractatu quedam interseruimus que non ex nostra

Repetit predicta et addit

persona accipienda sunt, que a pluribus catholicis sapientibus absque hesitatione tenentur et auctoritatum testimoniis roborantur. Eorundem traditionem munivimus, qui dicunt omnes actus esse, in quantum sunt, bonos; quosdam vero in quantum inordinate fiunt peccata esse. Addunt quoque quosdam non tantum essentia, sed etiam genere bonos esse, ut reficere esurientem, qui actus est de genere operis misericordie; quosdam vero actus absolute ac perfecte bonos dicunt, quos non solum essentia et genere, sed etiam causa et fine commendat, ut sunt illi qui ex bona voluntate proveniunt et bonum finem intendunt.

bona genere ... [illegible]

D xxxvii

Aliorum ponit sententiam dicentium malos actus nullo modo esse a Deo, nec esse bonos sive ... modo ... sine alio modo.

Sunt etiam plurimi longe aliter de peccato et actibus sentientes; asserunt enim voluntates malas et actum malum peccata esse, et nulla ratione nec secundum aliquem modum ex Deo auctore esse, quia sine Deo facta sunt. Sine eo namque, ut ait evangelista, factum est nichil, id est peccatum.

Quare peccatum dicitur esse nichil [illegible]

Quod dicitur esse nichil, neque enim ulla actio vel voluntas mala, in quantum mala, aliquid est, sed corruptio; et deficere faciunt homines ad nichilum, et ad non esse deducunt. Qui enim a summo bono participando recedunt, quod solum vere ac summe est, tendunt ad non esse; unde Augustinus dicit super Iohannem: peccatum nichil est, et nichil fiunt homines cum peccant. Hac igitur ratione aliqu

istud generat ... [illegible]

i. a deo.

unt peccatum nichil est quod a vicio est ab homine negli-
gitur. voluntatem quoque malam atque actionem sive
locutionem malam peccatum esse dicit quia per eas prevaricatores et
inobedientes sunt contra legem dei statutum que
res sunt. Sed ab homine et diabolo. Non ad eos illud retulit
cum ad hoc est dictum sive iniquitatem fecit sive ab homi-
na. augustini verba quibus dicit omne **Qualiter determinet verba**
quod est iniquitatem esse bonum eorum dicit **augustini premissa quibus**
hic auctorem de naturis sive sub- **ait deum esse auctorem**
stanciis tantum accipiendum fore edicit. substantie **et bonum**
vero nomine atque nature dicit significari **esse**
stancias ipsas resque naturaliter bone sunt vel concreta
sunt eis sicut anima naturaliter bona et intellectus, inge-
nium, voluntas. Et illa ergo verba augustini premissa
colligitur. ubi hominem appellat tantum et malum hominem
malam naturam. Secundum hanc quoque assertionem
et acceptionem mali actus non sunt **Secundum istos**
nature vel substantie nec etiam boni actus. Quod **auctor malorum**
rum augustinus videtur innuere in libro retractationum **non est nature**
tractationum distinguens inter substantias sive na- **vel substantie**
turas et bonas actiones sive malas, aperte
enim ostendit quomodo intelligendum sit quod dixerat in
Au. libro de vera religione ab eo traditum. ait enim: Hoc
de substantiis atque naturis dictum est. de eis enim disputa-
batur, non de bonis actionibus atque peccatis. Ex parte hic
videtur dividi inter naturas sive substantias et actiones
sive peccata. Et quoque asseruntur pravi doctores actiones
interiores et exteriores non esse naturas vel substantias. que
si male sunt, peccata sunt; neque aliud sunt. Quod non
mali auctor non sit nature, ait: ut notare in prima
responsione contra pelagianos, ita dicens: Opera dia-
boli que vitia dicuntur actus sunt, non res, sicut dixerim et
contra. Omne malum naturam non esse, sed actus a cer-
tis aliquibus ex defectu boni. Quamobrem, ut quod non
fecit deus non fecit, et natura est omnis quam fecit;
item omne quod natura bonum est, deus ex nichilo
fecit, non diabolus. **Secundum hos res aliquae sunt que**

Ex quo colligitur res aliquas **adeo non sunt qui**
esse que a deo non sunt, et per eas homines **vel homines**
mali sunt. Quod nichilominus ipsi hoc **mali sunt**
dum innuentes verba augustini superius posita
qui in enchiridion determinans illa verba prophete Ve hi-
bis qui dicunt bonum malum, dicit de ipsis rebus quibus
homines mali sunt, non de hominibus hoc esse intelli-
gendum. Sunt ergo aliquae res quibus homines
mali sunt. Sed quod autem homo fit deterior, a deo non est,
quia ait augustinus in libro lxxxiii questionum: deo auctore
non fit homo deterior. Illud non est quod deus auctor est quo
homo fit deterior. Et sunt aliquae res ut dictum est quibus
homines mali sunt. Sunt igitur aliquae res quarum deus auctor
non sunt, que peccata ipse sunt. Et quoque sepe in pluribus
tractatis locis dicitur non esse auctorem malorum, id est eorum que
peccata sunt. **Ex parte horum premisse opponitur sic in illo**
Et hoc autem illorum superiori **verbo deus auctor**
sententie recte opponitur qui **malorum non est**
dicit deum non esse auctorem eorum que ma-
la sunt in quantum mala sunt; sed iniquitas dicitur, in
quantum mala sunt dicitur ea nichil esse. Quod quidem in-
sidens dicit esse non auctorem eorum. Iniquitatem nichil esse
contendunt, nullius auctor existere quantum. Et quoque cum dicitur deus
esse auctor omnium que sunt, bonorum ista sub intelli-
gi volunt. Bona autem illa dicunt esse que naturaliter
sunt. Ita vero naturaliter esse dicunt non solum que substantie
sunt vel concreta substantiis, quale supra acceperunt, sed et
omnia que naturam non privant bono. Inter hos etiam
multiplex inspicitur sit intelligentia, ubi
naturis sive substantiis vel de hiis que naturalia sunt
sermo occurrit. Sed super illum locum psalmi:
non est substantia, ait, de substantia disserens, ut premisse
sententie videatur consentire, dicens: Substantia in- **Au.**
telligitur illud quod sumus, quicquid aliud sumus, homo,
pecus, terra, sol, omnia ista substantie sunt eo ipso quod sunt nature
ipse substantie sunt. Nam quod nulla est substanti-
a nichil omnino est. Substantia ergo est aliquid esse. Deus fe-
cit hominem substantiam, sed per iniquitatem lapsus est
homo a substantia in qua factus est homo, et iniquitas
quippe ipsa non est substantia. Nec enim iniquitas est na-
tura quam formavit deus, sed iniquitas est perversio
quam fecit homo. Nature omnes proprie facte sunt;
iniquitas proprie facta non est, quia iniquitas
non est substantia. In illo hymno trium puerorum uni-
versa creatura laudans dominum commemoratur: Laudent
eum omnia, dicitur, que fecit deus. Laudat ibi dominum
serpens, sed non avaritia. Omnia reptilia ibi nomi-
nata sunt, sed non aliqua vitia. Vitia enim ex
nobis et ex nostra voluntate habemus, et vitia non sunt
substantia. Attendant diligenter hi, qui supra premissarum
assertores sententiarum esse perspicere poterunt rationem
verum dicere: ubi sepius de natura vel substan-
tia mentionem facit. Illarum vero sententiarum iudicium
prudentis lectoris, cui utramque sententiam pro-
batam plenarie definitionem arbitrio relinquimus,
ad ea que adhuc nobis super sunt tractanda
festinantes.

vel adiecta supple

ad... dum substantie

duces? ... in libro ... Lucardi

peccatum voluit ... vel explanari

naturales t.

i. malum e defectu boni ... est prius

vel velle ... est

... enchiridion

determinat quod malum quandoque nomine pene quandoque nomine culpe ut hic.

large sumit substantia pro omni re ...

... medicina capitulum ...

i. daniel 3

... laudes ...

i. tamen laudat

restant magister

Ecce quod deus non est auctor malorum nomine malorum culpe et non pena.

Quod de peccato non de pena intelligitur: et quod deus non est auctor malorum.

Omnesque omnes in hoc consentiunt catholici tractatores, quod deus non est auctor malorum. Attendendum est tamen quod deus non est auctor malorum nomine peccati, sicut peccatorum; sed est auctor eorum quibus inflictis damnandos punit. Penarum enim deus auctor est; unde sic ipse per prophetam ait: Non est malum in civitate quod dominus non fecerit. Item alibi ex persona sua ait: Ego sum deus creans mala. Item in trenis: Ex ore altissimi non egredientur mala et bona? Ecce hic dicitur creasse et fecisse mala; sed mali nomine pena intelligitur, non peccatum. Sicut ergo ubi dicitur deus non est auctor malorum, nomine malorum peccata intelliguntur. Unde Augustinus quod dixerat in libro lxxxiii questionum, quod deus auctor mali non sit, in primo libro retractationum quomodo intelligendum sit aperte distinxit, dicens: Videndum est ne male intelligatur quod dixi, deus auctor mali non est, qui omnium que sunt auctor est; quia inquantum sunt, in tantum bona sunt; et ne

Quod pena malorum est a deo.

hinc putetur non ab illo esse penam malorum, que utique malum est his qui puniuntur. Sed hoc ita dixi sicut dictum est: deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit:

Cum deus mortem fecit, de morte quod non fecerit.

Mors et vita a domino deo est. Malorum ergo pena, que a deo est, malum quidem est malis, sed in bonis operibus dei est, quia iustum est ut mali puniantur; et utique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur deus non fecisse mortem, quia non fecit illud propter quod mors infligitur, id est peccatum. Audisti, lector, diligentem doctorem, ex quo intelligentia sana firmatur, cum dicitur: deus non est auctor mali, et deus mortem non fecit.

Amos iii.

Ysa. xlv.

In trenis.

nota quod dicit causam mali.

Sapientie i.

Ecclesiastici.

causam mortis id est peccatum.

Solutio magistri.

D

XXXVIII

De voluntate et fine ex quo ipsa iudicatur.

Post predicta de voluntate et eius fine disserendum est. Sciendum ergo est quod ex fine suo, ut ait Augustinus, voluntas cognoscitur utrum recta sit an prava. Finis autem bone voluntatis beatitudo est, vita eterna, deus ipse. Male vero finis est aliud, scilicet mala delectatio vel aliquid aliud, in quo non debet voluntas quiescere. Finem bonum insinuat apostolus dicens: Vidi finem omnis consummationis, latum mandatum tuum nimis. Caritas ergo, qua tam latum mandatum dei est, finis omnium est, id est omnis bone voluntatis et actionis rectitudo ad quam omne preceptum referendum est. Unde Augustinus in enchiridion: Omnia precepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit apostolus: Finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Omnis itaque precepti finis caritas est, id est ad caritatem refertur omne preceptum. Quod vero ita fit vel timore pene vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad caritatem que est dilectio dei et proximi, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Tunc enim recte fiunt que mandat deus et que consilio monet, cum referuntur ad dilectionem dei et proximi. His verbis aperte insinuatur quis sit rectus finis voluntatis sive actionis, scilicet caritas, que et deus est, ut supra ostendimus.

Quis sit finis caritas.

Est finis debitus et finis beatus.

Cum (?) bona.

Quod deus est finis omnium bonarum actionum, qui caritas est, et Christus finis legis ad iustitiam.

Qui ergo caritatem finem sibi ponit, deum sibi ponit. Unde et Christum finem legis ad iustitiam dicit apostolus omni credenti; nec tamen recte dicitur ipse finis legis ad iustitiam. Quia, ut ait Augustinus in libro sententiarum Prosperi, in Christo lex iustitie consummatur et impletur. Omnis enim perfectio ex ipso est, ultra quem non est quo spes se extendat. Finis fidelium est, ad quem cum perventum fuerit, intentio non habet quo procedat, amplius tenere, sed habet id in quo delectata permaneat. Finis ergo rectus atque supremus deus est, pater et filius et spiritus sanctus, neque hi tres sunt tres fines, sed unus finis, quoniam tres dii non sunt, sed unus est deus.

Quod omnis bone voluntatis unum habent finem, et tamen quedam bone habent diversos fines.

Sed queritur utrum omnis bone voluntatis unus tantum sit finis. De his Augustinus in xi libro de trinitate ait: Alie atque alie voluntates suos habent proprios fines, qui tamen referuntur ad finem illius voluntatis qua volumus beate vivere et ad eam pervenire vitam que non refertur ad aliud, sed amanti per se ipsa sufficit. Quemadmodum voluntas videndi finem habet visionem, voluntas videndi fenestram finem habet fenestre visionem; alia est voluntas per fenestram videndi transeuntes, cuius item finis est visio transeuntium. Ad quod cum proposite referuntur voluntates, recte sunt voluntates, et omnes sibimet religantur, si bona est illa ad quam cuncte referuntur; si autem prava est, prave sunt omnes. Ideoque rectarum voluntatum connexio iter est quoddam ascendentium ad beatitudinem, quod certis velut passibus agitur; pravarum autem atque distortarum voluntatum implicatio vinculum est quo alligabitur qui hoc agit, ut proiciatur in tenebras exteriores. His auctoritatibus evidenter monstratur plures in singulis rectas esse voluntates, propositas ac diversos fines habentes, tamen

[illegible]

Solutio magistri.

unum eundemque quo omnes referuntur ad unum que
est finis finium de quo paulo ante diximus. Hic et eo
usus fons est. in Math. Quedam huic sententie
Veritati huic sententie quia videntur adver
dictum est fidelium quorundam tractatuum volun sari
tates diversos fines sortiri tamen ad unum referri
videtur obviare quod alibi Aug. monet, ut scilicet nobis du
os fines constituamus. Ait enim in expositione de sermo
Aug. ne domini in monte: Non debemus ideo evangeli
zare ut manducemus, sed ideo manducare ut evange
lizemus, ut cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessa
rium quod adicitur, ut illud impleatur: Querite pri
mum regnum Dei et hec omnia adicientur vobis. Non
dixit primum querite regnum Dei et deinde querite ista, quamvis
sint necessaria, sed ait: hec omnia adicientur vobis, id est
consequentur, si illa queritis, ne cum ista queritis illinc
avertamini, aut ne duos fines constituatis,
ut regnum propter se appetatis et ista necessaria propter illud;
sed propter regnum Dei tantum debemus operari omnia, non solum
cum regno Dei ista temporalia intendamus.
Ecce hic aperte dicit ne duos fines nobis consti
tuamus, scilicet ista temporalia et regnum Dei, cum supra
dixerit bonas voluntates alias et alias habere
fines. Hic ostendit quomodo licet videantur non
Hec autem sibi non repugnant audienti. repug
qui ubi premissis simplici oculo dili nant
genter intenderit. Qui enim dixit ne duos fi ppa
nes constituamus, scilicet omnia propter regnum faciamus,
ipse premisit quod debemus manducare ut evange
lizemus. Cui autem hoc ita facimus actionis illius evan
gelium finem constituimus, sed hunc finem ad reg
num Dei referimus. Manducamus enim propter evangelium
et manducamus et evangelizamus propter regnum. Duos
ergo fines nobis manducando constituimus. Sed
in finientes nunquam peccatum sublatum. Nam ut pre
cepta videtur facile si diligenter ea illic respiciamus.

¶ Cum ergo ait ne duos fines Quomodo intelli
nobis constituamus, fines indivisa gendum sit illud
tendentes intelligi voluit, scilicet quorum ne duos fi
alter ad alterum non refertur, ita ut cum dicit propter nes nobis
regnum Dei tamen omnia agenda, ne cum ipso constitu
temporalem intendamus, ita intelli amus
gendum est ut non intenderemus appetendo cum regno
temporale, ita quod non propter regnum, sed propter se,
ut scilicet regnum propter se appetamus et ista propter illud, si
cut ipse docet. Sicut enim petimus vitam eternam pe
timus etiam temporalia, ad illud ea petimus,

propter eternam vitam, non ostendimus, neque sinistra te
scire quid faciat dextera, quod temporalia tempora
lem non propter se intendimus, sed propter regnum Dei, ut sit le
vis opere, intendamus plerumque dicit quod hic
temporalia propter se queruntur, sicut etiam alibi
dextere sinistram, scilicet cum Dominus dixerit: attendite
ne iustitiam vestram faciatis coram homini
bus ut videamini ab eis; alibi ait: sic luceat opera vestra
bona coram hominibus, ut glorificent patrem vestrum qui est
in celis. Propter Deum ergo omnia sunt facienda, ut omnia
que facimus omnium quorum finis ad eum referamus.

Solet etiam queri quid de differentia vo
differat inter voluntatem vitae luntatis, inten
tionem ac finem, de quo dici potest tionis et
inter voluntatem et finem et eo atque finis.
eundem modo distinguitur, quod voluntas est
qua volumus aliquid. ¶ Finis pro voluntate Quod sit volu
tatis est vel illud quod volumus, pro quo volumus, passim tas, quod
plerumque ipsa voluntas, et pro aliud ipsa finis
voluntatis. ¶ Intentio vero interdum Quomodo acci
pro voluntate, interdum pro fine volunta piatur in
tis accipitur, que diligens ac pius lector in tentio.
sequentibus ubi hec occurrerint discernere studeat.

¶ Finis autem voluntatis est delectatio Quis sit fi
bona vel mala, ad quam intendit quisque pervenire. nis
¶ Unde Aug. super illum locum Psalmi: Scru
tans corda et renes Deus, ait sic: Deus solus
scrutatur corda, id est quid quisque cogitet, et re
nes, id est quid quemque delectet. Quia finis cure et co
gitationis est delectatio, ad quam intendit cogi
tatione pervenire quisque pervenitur. Et paulo post:
Opera nostra que sunt in dictis et factis possunt ho
mines videre, sed quo animo fiant et quo perveni
re cupiant, solus Deus videt, qui cum videt cor
et in delo non delectari nos in necessariis sed in do
mino, vel cum bone sint cogitationes nostre, et ea fi
nes diriguntur. Item ait in alio loco Psalmi
... ille que absconderit co
plenius est pes cordis dicitur. Pes anime amor
est, qui si pravus est, dicitur cupiditas vel libido;
si rectus, dicitur caritas. Et movetur anima quasi ad
locum quo tendit, id est ad delectationem bonam vel
malam, quo se pervenisse per amorem letatur.

¶ Finis ergo voluntatis ut Repetit predicta sub
premissum est dicitur ipsa etiam voluntas. deus crea
illud propter quod volumus. Intentio ad illud plurium.
respicit propter quod volumus, voluntas

i. p principalia
i. p spiritualia

vel forsi g. dicitur licet

ad illud ex quo voluntas, ut ubi quando velim esurientem reficere ut beatam vitam consequar. Voluntas enim est qua volo reficere esurientem, cuius finis est refectio esurientis; intentio vero qua sic ad vitam pervenire volo; finis autem superioris ipsa vita adquirenda, et alius finis refertur. An illa intentio sit voluntas.

Sed queritur utrum intentio ista voluntas sit; et si voluntas est, an in hoc opere sit una eademque voluntas qua volo vitam eternam habere, et qua volo reficere esurientem. Videtur hic dicendum illam intentionem esse voluntatem. Tendo enim volu[n]tate; voluntas est qua volo reficere pauperem; tamen voluntas est qua propter illud volo habere vitam. Et aliqui dicunt esse voluntatem qua volo habere vitam, vel alia voluntas et alia qua pauperem subvenire volo. Si autem ad illam refertur, illam sibi tamen placere ut in eo habeat aliqua delectatione voluntas acquiescat. Nam non est illud quo tendit, sed hoc ad illud refertur, ut illud de pueris tanquam patria et illud vero tanquam refectio vel mansio viatoris. Sunt iste voluntates affectus sive motus mentis quibus progressibus vel passibus tenditur ad patriam. Sicut ergo alia est voluntas videndi fenestras, ut supra docuit Augustinus dicens talem que exclusa nostra est voluntas per fenestras videndi transeuntes, ita non nullis alia esse videtur voluntas elemosinas dandi pauperi, alia voluntas habendi vitam. Aliis autem putantibus quod una sit voluntas, et ubi sibi subest multiplicantur diversitas memorare voluntatis. Ceterorum verborum ubi sit illud nulli in ambiguum venit, quia voluntas ex suo fine pensetur utrum recta sit an prava. Peccatum angelorum et intentionis aliquis finis aliqui voluntatis intelligitur. Cur voluntas sit debita

Hic autem oritur questio satis necessaria ex superioribus emergens; quare ... Dictum est quod voluntas inter naturalia hominis sicut intellectus, memoria, quod autem hominum naturalia sint quoque viciis vicientur, bona tamen esse non desinunt quia illa lex vitium bonitatem in qua deus eam fecit penitus consumere, ut ubi intellectus vel ratio et ingenium ac memoria, que viciis et peccatis obnubilentur et corrumpantur, bona tamen sunt nec peccata nominantur. Sicut Augustinus de trinitate quod est ymago dei in qua facti sumus evidenter ostendit in xv libro dicens: Hec est inquit ymago in qua homines sunt creati, qua ceteris animalibus presunt, que etiam in malis etiam excellentissima, cum adeo iustificatur ad deformi forma in formosam mutatur formam. Sicut enim et in viciis naturalia bona, sic autem ymago dei est vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus sit, quare ipsa non semper bona est, sicut alia non viciis subiacent? Ad hec faciliter respondent qui dicunt omnia que sunt in quantum sunt bona esse, et ipsam voluntatem iniquam et iniquam voluntas est ut supra posuimus bonam esse asserunt. Et iniqua inordinata est et mala est et peccatum potest, ... quod si voluntas iniqua inordinata est peccatum est, quare ergo intellectus et ingenium ... cum inordinata sint peccata non sunt, et inordinata non sunt. Sicut voluntas cum ad rectum finem non tendit ... actus ... perversitas ... voluntatis nomine ... ipsius ... potentiam volendi aliquid actu ... ipsius naturalis anime ... numquam peccatum est, sicut nec usus memorandi vel intelligendi, sed actus eius usus, qui etiam voluntas dicitur, tunc peccatum est quando inordinatus est.

Sed adhuc queritur quare Quare actus voluntatis ... naturalis potencie actus sit peccatum, sicut actus peccatum sit, et alie potencie actus aliarum potenciarum peccata non sunt, ut potencie memorandi non sint peccata, cuius actus est memorari, et potencie intelligendi, cuius actus est intelligere. Ad quod ipsi dicunt, ut patet, ut generalis est. Responsio. Actus ille voluntatis et actus memorie vel intellectus, hic enim actus est ad aliquid appetendo vel non appetendo, qui non potest esse de malo quin sit malus; velle enim malum malum est. Sed intelligere et memorare mala Quod memorie intelligentie actus non malum non est. Quidam eorum quidam etiam hos actus malos esse intendunt aliqui malos non simpliciter asserentes, cum memorari eum in dicendum quis malum ut faciat, vel studio intelligere verum ut sciat impugnare. Sed qualiter solvant premissa audiamus. Alii qui Responsio secundum tradunt omnia bona esse in quantum sunt, quidam non dicunt voluntates malas peccata esse et nullo modo bonas, breviter respondent, dicentes actum voluntatis non esse de naturalibus, sed tantum ipsam potentiam volendi que semper bona est, ut non nobis est etiam in pueris in quibus nondum est eius actus.

hic probatur non capio

opinio

Dominus videtur

Alia opinio

XXXIX

Ad propositum

Responsio scilicet

Distinctio

Preterea queri solet quomodo Quomodo intelligatur
intelligendum sit quod ait Ambrosius sit illud homo
exponens illud verbum apostoli: Non enim quod et servus
volo illud ago, sed quod nolo illud facio. Dicit est pecca-
enim: Homo subditus peccato facit quod non ti non vult
vult, quia naturaliter vult bonum. Sed volun- bonum.
tas hec semper caret effectu nisi gratia Dei ad-
iuvet et liberet. Ecce homo subditus peccato est et
vult quidem malum et operatur, quia servus est peccati
et voluntarie servit; nam, ut super dixit Augustinus, libenter facit. Quo-
modo ergo naturaliter vult bonum? Si dicitur An eadem volun-
est eadem voluntas et idem motus qua tate velit homo
libenter peccato servit et qua naturaliter naturaliter bonum et
vult bonum? Si non est eadem voluntas, quero libenter ser-
ista est que cum homo iustificatur a servitu- viat peccato
te peccati liberatur, ut enim supra disseruimus, homo vel
gratia Dei voluntatem hominis liberat et ad- non.
iuvat, que voluntas hominis preparatur ad iu-
vandum et adiuvatur per gratiam. Si ergo est illa vo-
luntas an illa que naturaliter vult bonum an illa que
libenter servit peccato? Si tamen due sunt voluntates.

de libero arbitrio

gratia operante

gratia cooperante

¶ Proposita est questio profunda que va- Propositam questionem
ria diversorum expositione determinatur. exequitur ipsius
Alii enim dicunt duos esse motus: unum quo secundum illos
vult bonum naturaliter, quem naturalem et rectum qui dicunt
naturalis dicunt, quia talis fuit motus nature duos esse
humane in prima conditione, in qua erat motus
sine vitio; sunt quecumque ipse natura Deus fecit; erat enim etc.
homo conditus in voluntate rectus, ut in Ecclesiastico

Gennadius

dogmatibus ecclesiasticis: firmissime tenemus primos ho-
mines bonos et rectos esse creatos cum libero arbitrio,
quo possent si vellent propria voluntate peccare,
eosque non necessitate sed propria voluntate peccasse.
Recte ergo dicitur homo naturaliter velle bonum, quia in rec-
ta et bona voluntate conditus est. Superior enim
scintilla rationis, que etiam ut ait Ieronimus in Caym
non potuit extingui, bonum semper vult et ma-
lum odit. Alium autem dicunt motum [illegible] quo mens
relicta superiori lege subdit se peccatis et oblec-
tatur in eis. Iste motus ut aiunt antequam alicui
adsit gratia dominatur in homine et regnat. Alium
quem deprimit motum [illegible] liberum arbitrium est [illegible]
ante gratiam ille malus motus est dominans, et ratio naturaliter bo-
num libenter et adiuvatur ut efficaciter bonum ve-
lit. Ante gratiam igitur naturaliter velle bonum homo;
non tamen absolute concedi oportet bonam habere vo-
luntatem, sed potius malam. Alii autem dicunt unam

alii dicunt.

esse voluntatem vel unum motum quo Secundum alios unam
naturaliter vult homo bonum et ex vi- tantum dicit esse
tio vult malum, et quo delectatur in iniquitate voluntatem
vult bonum naturaliter bonus est; in iniquitate ma-
lum vult, malus est. An ex fine omnes actus pensari

Post hec de actibus ad sciendum debeant ut simplic(iter)
videtur utrum omnes ex fine sint boni vel mali di-
voluntatis pensari debeant boni vel mali. cantur.
Licet enim secundum quosdam omnes boni sint in quan-
tum sunt, non tamen absolute omnes dicendi sunt boni,
nec omnes item voluntates, sed quidam simpliciter mali
dicuntur, sicut et alii boni. Nam simpliciter Causa quare boni simpliciter
ac vere boni sunt illi actus qui bo- dicendi sint.
nam habent causam et intentionem, id est qui bo- Qui simpliciter
nam voluntatem comitantur et ad bonum finem mali
tendunt. Mali vero simpliciter dicuntur qui per-
versam habent causam et intentionem. Unde Ambrosius ait: Af- Ambrosius
fectus tuus nomen operi tuo imponit. Augustinus
[illegible] Nemo computet bona opera Augustinus
sua ante fidem. Ita enim non esse videbantur magne
vires et cursus celerrimus preter viam. Quia fidei
non erat, bonum opus non erat; bonum enim opus intentio
facit, intentionem fides dirigit. Non valde
attendas quod homo faciat, sed quid cum facit
attendat, quo lacertos optime gubernationis
dirigat. ¶ His testimoniis insinuatur ex
affectu et fine opera esse bona vel mala, quibus consonat
quod in evangelio veritas ait: Non potest arbor bona
fructus malos facere neque arbor mala fruc-
tus bonos facere. Nomine arboris non natura sed
voluntas humana intelligitur, que si mala
fuerit, bona et mala opera facit; si vero bona fuerit,
bona non mala facit opera. Utrum opera bona vel mala ex affectu et fine sint

Sed queritur utrum omnia ne que sint bona et
opera hominis ex affectu et fine sint mala.
bona vel mala. ¶ Quibusdam visum Opinio quorum-
est ut dicant omnes actus esse indif- dam qui dicunt
ferentes, ut nec boni nec mali per se omnes indiffe-
sint, sed ex intentione bona boni et ex rentes.
mala mali sint omnes actus. Secundum quos quali-
bet actus potest esse bonus si bona intentione geran-
tur. ¶ Alii vero dicunt quod quidam actus Aliorum
in se mali sunt, et ideo non possunt opinio qui
esse non peccata etiam si bonam ha- ypocritam faciunt
beant causam; sic et quidam in se boni actum dicunt
actus si malam habeant causam non tamen [illegible]
ni esse delinquunt, quod testimonio Augustini confirmant.

¶ cum dilectione

¶ beati quorum

In matheo

Quidam dicunt bonum aliquid non bene fieri. Verum quod si
invitus vel necessitate facit, non bene facit, etsi bona
au. intentione facit, ut ait Augustinus super Iohannem: Servus,
inquit, timore facit, non est in caritate; in quo completur
datur Deo, non tamen in Deo: si fiat bonum, non tamen bene.
Nemo enim invitus bene facit, etiam si bonum est quod facit.
Ecce habes quod aliquis non bene facit, etiam quod bonum
facit, ergo quod bonum est non bona intentione. Quidam asse-
runt illa quaedam opera esse talia quae ita bona sunt
quod mala esse non possunt, quocumque modo fiant, sicut est
quaedam sic sunt mala ut non possint esse bona, quacumque
ex causa fiant. Alia autem esse opera quae ex fine tantum
bona sunt vel mala, et ad illa referuntur scilicet testimo-
nia quibus ex affectu vel intentione iudicantur
opera pensari dicuntur, praetermittentes eorum istam differen-
tiam actuum. Aliter Augustinus sentire videtur quam dicunt operationis

Sed Augustinus evidentissime ostendit bona et mala ex fine
discerni inter ea quae ex intentione vel causa iudicantur, et inter
actus bonos et malos, et inter intentionem et actum iudicat, quaedam quae per
causas bonos vel malos praeter quaedam quae per se pecca-
ta sunt mala, ut nequaquam possint esse bona, etsi
causam bonam videantur habere. Interest, autem,
inquit, plurimum qua causa, quo fine, qua in-
tentione quid fiat. Sed ea quae constat esse peccata
nullo bonae causae obtentu, nullo quasi bono fine,
au. nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea
quippe opera hominum, sicut causas habuerint bonas vel ma-
las, nunc sunt bona, nunc sunt mala, quae non sunt
per se ipsa peccata, sicut victum praebere pauperibus
bonum opus est, si fit causa misericordiae cum recta fide, et concubi-
tus coniugalis cum fit causa generandi, si ea
fide fiat ut gignantur regenerandi. Haec et huiusmodi
secundum causas suas mala sunt vel bona, si malas habeant causas. Ve-
lut si iactantiae causa pascatur pauper, aut
lasciviae causa cum uxore concumbatur, aut filii ge-
nerentur non ut Deo sed ut diabolo nutriantur.
Cum vero opera ipsa peccata sunt, ut fur-
ta, stupra, blasphemiae, quis dicat causis
bonis esse facienda, vel peccata non esse, vel quod est
absurdius, iusta esse peccata? Quis dicat: Fure-
mur divitibus, ut habeamus quod demus pau-
peribus, aut falsa testimonia vendamus maxime
si non innocentes laeduntur, sed nocentes potius salventur? In
duo enim bona hic fiunt, ut inde pauper alatur
et innocens non puniatur. Aut quis di-
cat adulterium esse faciendum, ut per illam cum qua fit homo
de morte liberetur? Vel testamenta etiam vera
cur non supprimantur et falsa supponantur, ne heredi-
tates habeant qui nihil boni agunt, sed hi po-
tius qui indigentes adiuvant? Cur non fiant il-
la mala propter haec bona, si propter haec bona nec illa sunt ma-
la? Cur non a divitibus immundis meretricibus, quae ditantur
stupratoribus, rapiantur divitiae, ut bonum sit in-
digentibus eas largiri, cum nullum malum malum
sit, si pro bono fiat? Quis hoc dicat, nisi qui
res humanas et mores et leges subvertere conatur?
Quod enim facinus non dicatur recte posse fieri, nec impu- au.
ne tantum, verum etiam gloriose, ut in eo non timeatur
supplicium, sed speretur praemium, si semel concesseri-
mus in malis actibus non quid fiat, sed quare fiat,
esse quaerendum, ut quaecumque propter bonas non tamen quaere sed
fiunt causas, nec ipsa mala esse iudicentur? quid fiat ac-
At iustitia nimirum punit eum tenditur
qui dicit se subtraxisse superflua divitibus ut e.
praeberet pauperibus, et falsarium qui alienum corrup-
tum testamentum ut ille esset heres qui faceret eleemo-
synas largas, non ille qui nullas, et eum qui se
fecisse adulterium ostendit, ut per illam cum qua fe-
cit hominem de morte liberaret. Sed dicet aliquis:
Ergo aequandus est iste fur cuilibet furi qui vo-
luntate misericordiae furatur? Quis hoc dixerit? Sed horum du-
orum non ideo quisquam est bonus quia peior est unus.
Peior est enim qui concupiscendo quam peior est qui concu-
qui miserando furatur. Sed si furtum piscendo quam
omne peccatum est, ab omni furto abstinendum misericordia
est. Quis enim dicat esse peccandum, etsi aliud furatur.
sit grave, aliud leve peccatum? Nunc autem quae-
rimus quis non faciat peccatum, non quis
gravius vel levius. Attende, lector, et potius ubique
tota mentis consideratione, quod non inutilem huic
praecedenti tractatum adiunximus et quod actus sit pec-
catum quamvis malam habeat causam, nec illa tan-
tum sunt, non nulla actus quia etsi bonam habeant
causam, tamen peccata sunt, ut supra positum est. Ex
quo consequi videtur quod non semper ex fine iu-
dicatur voluntas sive actio mala, sicut in
illis quae per se peccata sunt, ut supra praemissum est, etsi gera-
ntur propter aliqua bona et bonum videantur habere finem.
Nec ex fine voluntas est mala, nec ex volun-
tate actio sit mala, sed ex actione voluntas sit
prava, in quibus aliqui ponunt. Hic etiam quaedam mala
actum iudaeorum qui crucifigendo sunt per se quidam
Christum arbitrabantur se obsequium pravi actu
praestare Deo, et bonum finem dicitur eorum iudaeorum

s. i. deum bona

l. dici

s. i. meritorios uel demeritorios.

si .i. quod sit hic fide pecc.
[illegible]
a peccato absolvet.

sibi posuisse. s. dei obsequium. et ita voluntatem
eorum et actionem pravam fore asserunt. De voluntate
autem nulla fit exceptio in premissis verbis augustini. quia
omnis voluntas bona ex fine sit bona. et ex fi-
ne et ex voluntate omnis bona actio bona est.
Sed non omnis mala voluntas ex fine mala est.
nec omnis mala actio ex fine et ex voluntate
mala est. et omnis que habet malam causam mala est.
Sed non omnis que bonam habet causam bona est. ideoque per se
ex affectu dicitur imponi nomen operi tuo. In bonis ope-
ribus generaliter ita est hec regula. sed in malis excipi-
untur illa que per se mala sunt. Omnia ergo hominis o-
pera secundum intentionem et causam iudicantur bona vel ma-
la. exceptis hiis que per se mala sunt. id est que non
sine prevaricatione fieri nequeunt. Quidam di
Que tamen quidam contendunt cunt hec peccata
nunquam habere bonam causam non posse fieri
enim aliena furantur ut pauperibus tribuant. bono fi
non hic bono ut aiunt fine movetur. Non enim boni ne.
est aliena pauperibus erogare. Qui enim de rapi-
na sacrificium deo offert. ut ait augustinus. idem facit
ac si immolet filium in conspectu patris. Et sacrifi-
tium impiorum deo offerat; abhominabile nempe
deo est impiorum obla[illegible] hec enim Cum si fiat bono fi
et hominem pro adulterii amore libera- ne non tamen i
re malum esse dicunt. Et si enim bonum sit ho- ubi actio
minem a morte liberare. tamen sic hominem li- prius
berare malum fore asserunt. Ideoque etiam in supe- sic.
rioribus dictum est te passe sermonem cauteque locu-
tiam ea que constat esse peccata. nullo esse bono
fine. nulla bona velut intentione facien-
da. Non enim simpliciter dictum est bono fine vel bona
intentione. sed additum est velud. quia talia non
fiunt bono fine. vel bona intentione. sed inten-
tione que videtur bona. et fine qui putatur bonus.
Sed non est ita. Ideo excepit augustinus. talia ut aiunt
quia non omnes habent malas. sed que causas habent que videntur
bone. sunt tamen male. An omnis intentio et actio
Cumque intentio ut supra eorum qui fide carent
dictum est. bonum opus faciat sit mala.
et fides intentionem dirigat. non immerito queri
potest. utrum omnis intentio Quidam dicunt omnis
omneque opus illorum malum sit qui actiones hominis
fidem non habent. Sicut enim fides intentionem sine fide ma-
dirigit. ita intentio opus bonum facit. ubi las quia si
non est fides nec intentio bona nec opus bonum de boni
esse videtur. Unde a quibusdam non irrationabiliter asseri- tis

tur quod dicunt omnes actiones et voluntates hominis
sine fide malas esse. que fide habent bone existunt.
Unde apostolus. Omne quod non est ex fide Auctoritatibus muni-
peccatum est. Quod exponens augustinus ait unt suam opinionem.
Omnis infidelium vita peccatum est. et nichil aug. in lib. se
bonum est sine summo bono. Ubi deest ntentiarum prospe
est agnitio eterne veritatis falsa virtus est etiam in ri
optimis moribus. Et iacobus in epistola canonica
ait. Qui offenderit in uno factus est omni-
um reus. Qui ergo fidem et caritatem non habet omnis
eius actio peccatum est. quia ad caritatem non refertur. Quod
enim ad caritatem non refertur sicut meminit
augustinus. non fit quemadmodum fieri oportet. Ideoque nullus
nisi mandata custodit qui caritate Quod sine ca-
caret. quia sine caritate nullum mandatum ritate
custoditur. Unde augustinus super epistolam ad gala- fieri non di-
thas ait. Custodiam legis dicit apostolus cunt ad
occidere. non mechari. et alia huiusmodi ad bonos mo- manda-
res pertinentia que sine caritate fide et spe im- ta
pleri non possunt. Nullus ergo implet manda-
tum. nullusque bonum opus facit qui fidem et ca-
ritatem non habet. Impossibile est enim ut ait apostolus
sine fide aliquid placere deo. Que ergo sine fide
fiunt bona non sunt. quia omne bonum placet deo.

His autem obiciuntur que supra dicta Que premisse obvi-
augustini verba quibus ostendit timore etiam ant sententie
bonum fiat et non tamen bene quia non invite ex verbis
bene facit. etiam si bonum est quod facit. augus-
Hic enim bonum dicit fieri. nisi non bene. ab il- tini.
lo qui caritatem non habet. Qui enim servili
timore et caritate vacuus est. de quo dicit hic
dicit quod bonum facit. sed non bene. Qui etiam super
illum locum psalmi. turtur invenit sibi
nidum ubi reponat pullos suos. dicit quod iudei
et heretici et pagani bona opera faciunt. quia
vestiunt nudos. et pascunt pauperes. et huiusmodi. sed non
in nido ecclesie vel in fide. unde conculcantur pulli
eorum. Quibus illi respondentes dicunt Qualiter ad h
aliquos opera bona appellari hic que illi respon-
sine caritate fiunt. non quia bona sint dent.
quia etiam ut supra evidenter docuit augustinus. sed quia
bona essent si aliter fierent. vel quia etiam sui genere
sunt bona. sed ex affectu fiunt mala. Alii vero sua

Alii vero qui temperantiam de premissa questione quod ad
distinctionem actuum rebatur sic dic-
faciunt. operum cuncta que ad tio eorum mala est que
nature subsidium fiunt semper fidem non habent

[illegible]

ambros

Obiectio

Distinctio boni

Primum capitulum

altrinsecus. ¶ Sed quod Augustinus mala esse dicit si malas habeant causas, non ita accipiendum est quasi ipsa mala sint, sed quia peccant, id est mala sunt, quia ea malo fine aguntur. Item illud aliud, scilicet bonum opus intentio facit, id est intentionem fides dirigit, determinat dicens illud bonum vocari quod remunerabile est ad vitam, non quia illud solum sit bonum opus, immo et alia plura, licet non ea ratione qua illa sint bona.

Determinatio premissorum dicta superiora Augustini

¶ Bonum enim multis modis accipitur, scilicet pro utili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito, et aliis modis. Sola autem illa intentio remunerabilis est ad vitam quam fides dirigit. Sed illa bona est, ut aiunt. Nam si quis iudeus vel malus christianus necessitatem proximi relevaverit naturali pietate ductus, bonum fecit, et bona fuit voluntas qua illud fecit.

Quibus modis dicatur bonum

Hic ponit quedam verba Augustini capitula que videntur contraria

Post hec investigari oportet qualiter intelligendum sit quod ait Augustinus in libro de vera religione: Usque adeo, inquit, peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium. Sed de intentione Augustinus aperiens in libro retractationum dicit:

Peccatum de voluntario secundum dictum Augustini

au Potest videri falsa hec diffinitio. Sed si diligenter discutiatur, invenietur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pena peccati, scilicet peccatum primi hominis, quod fuit peccatum et causa peccati, sed non pena. Cetera vero illa que non voluntaria peccata non immerito dicuntur, quia vel a nescientibus vel a coactis perpetrantur, non omnino possunt sine voluntate committi, quoniam et ille qui peccat ignorans voluntate utique facit quod cum faciendum non sit putat esse faciendum, et ille qui concupiscentia adversus spiritum carnis non ea que vult facit, concupiscit quidem nolens, et in eo non facit quod vult. Sed si vincitur, concupiscentie consentit volens, et in eo non facit nisi quod vult. Illud quod in parvulis est originale peccatum ex prima hominis voluntate mala contractum est. Non ergo falsum est quod dixi: usque adeo peccatum voluntarium est etc.

Retractatio

au ¶ Hoc qualiter accipiendum sit, scilicet vel de primo peccato hominis vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis, que licet quedam dicantur non voluntaria, quia scilicet per ignorantiam vel per infirmitatem fiunt, eadem tamen ea ratione possunt dici voluntaria, quia sine voluntate non committuntur.

Aliud capitulum

Illius etiam intelligentia perquirenda est quod in libro de duabus animabus edidit, inquiens: Nusquam nisi in voluntate peccatum est. Quod etiam in libro retractationum plane determinat. ¶ Potest putari falsa esse ista sententia qua diximus: nusquam nisi in voluntate esse peccatum, cum apostolus dicat: Quod nolo, hoc facio. Sed peccatum quod nusquam est nisi in voluntate, illud sepius intelligendum est quod iusta damnationem consecutum est, id est primum hominis peccatum.

Retractatio Augustini

Item aliud capitulum

In eodem quoque libro de duabus animabus aliud tradidit consideratione dignum, ait enim: Non nisi voluntate peccatur. Itemque voluntatem diffinivit dicens: Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. Huius dicti causam aperiens et intelligentiam pandens in libro retractationum ait: Hoc propterea dictum est ut hac diffinitione volens a nolente discerneretur, et sic ad illos referretur intentio qui in paradiso fuerunt origine mali, nullo cogente peccando, id est libera voluntate, quia et scientes contra preceptum fecerunt, et ille temptator suasit ut hoc fieret, non coegit. Illum qui nesciens peccavit non incongruenter nolens peccasse dici potest, quamvis et ipse qui nesciens fecit volens fecit. Itaque tale peccatum sine voluntate esse non potuit, sed voluntate facti, non voluntate peccati, quod tamen factum peccatum fuit: hoc enim factum est quod fieri non debuit. Quicumque autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere nec tamen facit, utique volens peccat, quia qui potest resistere non cogitur cedere. Quia ergo peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est. ¶ Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Retractatio

Non semper voluntas facti que peccatum est voluntas peccati est, quandoque tale quid quod peccatum est venialiter peccatum

Quod mala voluntas voluntarium peccatum est

Dicta de libero arbitrio

Si autem omne peccatum mortale voluntarium est, cum voluntas mala peccatum sit mortale, constat ipsam esse voluntarium peccatum. Quod omni, ut ait Augustinus, tamen in voluntate quam ipsa voluntas sit, est voluntas itaque mala recte voluntarium dicitur peccatum, quod in voluntate consistit. Voluntas quippe, ut ait Augustinus, in eo est prima causa peccandi, aut nullum peccatum est prima causa peccandi, nec est cui recte imputetur peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur nisi volenti. Hec autem de peccato actuali et mortali intelligenda sunt.

Nec his verbis aliud voluisse ostendere Augustinus intelligitur, nisi in interioribus actionibus, id est in operibus voluntatis, esse quo peccatur et recte vivitur.

An voluntas et actio mala in eodem homine et circa eandem rem sint unum peccatum an plura.

Cum autem voluntas mala et opus malum peccatum sint, quaeri solet utrum in eodem homine et circa eandem rem haec duo unum sint peccatum vel diversa. Ut si quis voluit furari, et furatus est: voluntatem habuit malam, quae peccatum est, et actum malum, qui item peccatum est. Sunt haec duo diversa, scilicet voluntas et actio. Sed numquid diversa sunt peccata, an unum? Quidam dicunt unum esse peccatum. Alii vero dicunt diversa esse peccata. Quia cum haec duo sint diversa, aut diversa duo peccata dicuntur, aut duo diversorum peccata. ¶ Quibus alii respondent:

Opinio eorum qui unum dicunt peccatum.

Haec duo diversa esse non negamus; non tamen diversa peccata sunt, sed peccatum unum, quia una est praevaricatio vel inobedientia in utroque, ad quam committitur sive opere sive solo corde agitur. Unum tamen est ibi contemptus, sed minor cum in voluntate solum peccatum continetur, maior vero cum voluntati operatio additur. Videtur ergo maius esse peccatum, sed non plura, cum voluntas opere manifestatur.

Responsio.

Alia contra eosdem oppositio.

Sed adhuc illi idem obiciunt, sic inquientes: Si ista duo peccata sint, ut scilicet quis voluntate mala prius concepta deinde opus patraverit, tunc pro aliquo reus est modo pro quo ante opus reus non erat, cum adhuc in sola voluntate peccatum consistebat. Nullius enim reus est, ut mortis, nisi pro peccato. Si peccatum aliud non est admissum actione quam prius admissum erat voluntate, non igitur pro aliquo alio iste fit dampnabilior actu peccando, quam fuerat cum sola voluntate deliquerat. ¶ Ad hoc etiam illi respondent dicentes: ipsum peccatum quod tamen illud fuerit verum constat; igitur cum voluntas et actio unum sit peccatum, pro alio tamen reus fit et dampnabilior actu peccando, quam prius erat cum sola voluntate delinquendo, quia pro actu, qui est aliud a voluntate, licet non aliud peccatum.

Responsio.

Alia adversus eosdem obiectio.

Item adhuc opponunt instantes dicentes: Sunt haec duo diversa esse peccata, quia diversorum legis mandatorum praevaricationes sunt; alio enim mandato legis prohibetur actio furti, scilicet Non furtum facies; alio furandi voluntas, scilicet Non concupisces rem proximi tui. Cum autem haec duo diversa mandata sint quibus illa duo prohibentur, patet illa duo diversas esse praevaricationes, et diversa ergo peccata. ¶ Ad quod etiam illi dicunt diversa quidem esse

Responsio.

mandata quibus illa duo distinctim prohibentur, ut Augustinus docet super Exodum; sed in neutro illorum non observato una praevaricatio committitur in utroque. Utrumque enim peccatum contra utrumque mandatum, licet duo diversa illis prohibeantur. Sicut etiam duo sunt mandata caritatis, quibus duo praecipiuntur, dilectio scilicet Dei et proximi; una tamen in utrisque servanda nobis caritas.

Si peccatum ab aliquo admissum in eo sit quousque peniteat.

Praeterea solet quaeri, cum ab aliquo perpetratur voluntas et praeterit voluntas, id est agendi, et actio transierit, nondum tamen illum peniteat, utrum peccatum in eo tamdiu usquequo peniteat sit. In eo quidem non esse videtur, cum voluntas illa quae prius fuit transierit, neque actio quae prius erat, nec illud iam vult et agit quod ante voluit et egit. Sed non est ignorandum peccatum duobus modis dici esse in aliquo et transire, scilicet actu et reatu.

Responsio. Quomodo sit actu, reatu.

Actu est in aliquo dum ipsum quod peccatum est agitur, ut actio vel voluntas in peccante. Reatu vero est, pro eo sive transierit sive assit, mens hominis polluta est et corrupta, et quo homo supplicio obligatus tenetur. Nec umquam est in aliquo peccatum actu, praeterquam ut sit etiam reatu; sed est reatu postquam tamen actu transit.

Quibus modis dicatur in Scriptura reatus.

Reatus autem in Scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro poena, pro obligatione poenae temporalis vel aeternae. Si enim mortale est, obligat nos poenae aeternae; si veniale, obligat nos poenae temporali. Duo enim sunt peccatorum genera, mortalium scilicet et venialium.

Quid sit mortale peccatum.

Mortale est per quod homo mortem aeternam meretur. Crimen enim, ut ait Augustinus, est peccatum dignum accusatione et damnatione. Veniale autem est quo homines usque ad reatum perpetuae mortis non gravat, veniam tamen poenam meretur, sed facile indulgetur.

De modis peccatorum quam multiplices assignantur.

Modi autem peccatorum varii in Scriptura assignantur. Hinc distinctiones in qua dicitur duobus modis peccatum committi, scilicet cupiditate et timore, ut ait Augustinus tractans illum locum Psalmi: Incensa igni et suffossa. Hic enim duobus dicit omnia

Prima distinctio.

mortalia includi: incensa ea dicens quae ex cupiditate male inardescente oriuntur; suffossa vero quae ex timore male humiliante proveniunt. Quod est cum quis cupit non cupienda vel timet non timenda. Alibi vero dicit fieri peccatum tribus modis, scilicet cogitatione, verbo et opere.

Secunda distinctio.

super ezechielem. Tria generalia delicta sunt quibus humanum subiacet genus. Aut enim cogitatione. aut sermone. aut opere peccamus. His Augustinus etiam quartum addit modum. scilicet consuetudinis. quod in quatriduano lazaro significatum est. De cum homo peccare in dominum audet in superbia. Tercia. Iudith. cum de deo male sentit. ut heretici. vel que dei sunt usurpare presumit indigne participando sacramentis. vel sermonem dei predicando contemptibile facit. In proximum peccat vel proximum in re ledit. In se si tantum sibi non aliis nocet.

Quo differunt delictum et peccatum.

Variam quoque appellationem habet. dicitur enim peccatum et delictum. Delictum fortasse est ut ait Augustinus in questionibus levitici. Declinare a bono; peccatum est facere malum. Aliud est enim declinare a bono. aliud est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali. Delictum desertio boni. quod ipsum nomen non ostendit. Quid enim aliud sonat delictum nisi derelictum. et quod dereliquit qui delinquit nisi bonum. Vel delictum est quod ignoranter fit. peccatum quod scienter committitur. Indifferenter tamen et peccatum nomine delicti. et delictum nomine peccati appellatur.

De vij. viciis principalibus.

Preterea sciendum est vij. esse vicia capitalia et principalia. ut Gregorius ait super exodum. scilicet inanem gloriam. iram. invidiam. acidiam. tristiciam. avariciam. castrimargiam. luxuriam. que ut ait Cassiodorus. significata sunt in vij. populis quorum terram promissionis israeli promissam tenebant. De his enim vij. fontibus cuncte anime mortifere corruptele emanant. Et dicuntur hec capitalia. quia ex eis oriuntur omnia mala. nullum enim est quod non ab aliquo horum originem trahat.

De superbia que est radix omnium malorum.

Ex superbia tamen omnia mala oriuntur. Et hec ratio. quia ut ait Augustinus radix cuncti mali est superbia. de qua dicitur. Initium omnis peccati est superbia. que est amor proprie excellentie.

¶ Species superbie quatuor

Cuius quatuor sunt species. ut ait Gregorius. Prima est cum bonum quod habet quis tribuit sibi. Secunda. cum credit quod sit datum sibi pro suis meritis. Tercia. cum se iactat habere quod non habet. Quarta. cum ceteris despectis singulariter vult videri. Concedo quod radix omnium malorum dicitur superbia.

De quatuor speciebus superbie.

¶ obiectio

¶ Huic autem videtur obviare: quod apostolus ait. Radix omnium malorum est cupiditas. quia si radix omnium malorum est cupiditas. ergo superbia. Quomodo ergo superbia radix est et initium omnis peccati?

Quod cupiditas est radix omnium malorum.

Quo sensu utrumque radix dicatur omnium malorum.

Sed utrumque recte dictum intelligitur. Superbia peccatorum singulorum non singula genera. Ita quod locutione includit intelligitur. Nullum quippe genus peccati est quod interdum ex superbia non proveniat. Nullum etiam quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli homines qui ex cupiditate fiunt superbi. et alii qui ex superbia fiunt cupidi. Fuit enim ut ait Augustinus homo qui non esset amator pecunie nisi per hoc putaret se excellentiorem esse. Ideoque ut excellat divitias cupit. Hinc ex superbia oritur cupiditas. Fuit et aliquis qui non amaret excellere. nisi putaret per hoc maiores divitias habere. Ideo ergo excellere laborat quod divitias habere amat. hinc innascitur superbia. id est amor excellentie. ex cupiditate. Patet ergo quod ex superbia aliquando cupiditas. et ex cupiditate aliquando superbia oritur. et ideo utrumque recte dicitur quod est radix omnium malorum.

De peccato in spiritum sanctum quod dicatur etiam peccatum ad mortem.

Est preterea quoddam genus peccati ceteris gravius et abhominabilius. quod dicitur in spiritum sanctum de quo veritas in evangelio ait. Qui peccaverit in spiritum sanctum non remittetur ei. neque hic neque in futuro. Et iohannes in epistola canonica. Est peccatum ad mortem. non pro eo dico ut quis oret. Qui enim peccat in patrem remittetur ei. et qui peccat in filium remittetur ei. Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum non remittetur ei. neque hic neque in futuro.

Quid sit illud peccatum.

Sed queritur quid sit illud peccatum in spiritum sanctum. et ad mortem. Quidam dicunt illud peccatum esse desperationis. vel obstinationis. Obstinatio est induratio mentis in malicia. pertinacia per quam fit homo impenitens. desperatio est qua quis penitus diffidit de bonitate dei. estimans suam maliciam divine bonitatis magnitudinem excedere. Sicut cayn qui dixit. Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Utrumque vero dicitur peccatum in spiritum sanctum. quia spiritus sanctus amor est patris et filii. et benignitas qua se invicem et nos diligunt. que tamen eis contrarius non est. Recte ergo in spiritum sanctum delinquere

Quorundam opinio.

dicuntur qui tantam malitiam dei bonitatem superare putant. Impenitentiam habent illi qui iniquitati tam pertinaci mente inherent ut eam numquam relinquere proponant et ad bonitatem Christi numquam redire. Patientia dei abutentes et de misericordia dei nimis presumentes, quibus placet malitia propter se sicut piis bonitas. Sicut nimia pertinacia et presumptione peccant, alii in contrarium in hoc vitium similiter desperatione divine bonitatis obstinantur, tollentes sibi in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum divine indulgentie quo se recipiant. Angustiantur autem ipsa desperatione, addunt peccata peccatis, dicentes misericordiam nullam esse et super peccatores necessaria dampnatio debetur.

An omnis obstinatio et desperatio sit peccatum in spiritum sanctum.

Sed queritur utrum omnis obstinatio mentis in malitia obdurate omnisque desperatio sit peccatum in spiritum sanctum. Quidam dicunt omnem obstinationem et desperationem peccatum esse in spiritum sanctum. Quod si est, aliquibus peccatum illud remittitur, quia multi etiam obstinatissimi et desperatissimi convertuntur, ut Augustinus ait super illum locum psalmi: Convertam in profundum maris, id est eos qui desperatissimi erant sibi. Et item: Mittit cristallum sicut frusta panis, id est obstinatos facit alios de corde talium contritos. Ibi etiam evidenter ostenditur ubi ait: Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Sed illud peccatum illud dicitur irremissibile, non quia numquam dimittatur, sed quia vix et raro ac difficulter dimittitur. Non enim solvitur cristallus nisi vehementi fide impetrante. Alii vero tradunt neque illam obstinationem vel desperationem appellari peccatum in spiritum sanctum, sed illam tantum que comitatur impenitentiam, quam etiam impenitentiam dicunt peccatum in spiritum sanctum, quia Augustinus dicit: Impenitentia est peccatum in spiritum sanctum. Si cum sic obstinatus est aliquis ut impenitens decedat, oportet an aliud obstinatio aliud impenitentia sit in eo peccatum. Eandem sibi illis modis convincunt dicentes ipsum peccatum quod dicitur irremissibile, quia numquam dimittitur. Unde Augustinus et dicit quod hoc solum peccatum veniam mereri non potest, id est meretur. Quod talis peccans digne penitere non potest. Unde recte Iohannes dicit: Non pro eo dico ut quis oret, quia qui sic peccat orationibus ecclesie vel institutione iuvari non potest. Huius cor induratum tamquam lapis, sicut de diabolo legitur. Propter hanc itaque qui valde mali sunt inventi esse iuvari non possunt.

Aliis modis accipitur peccatum in spiritum sanctum ad mortem.

Est etiam alia huius peccati assignatio. Hoc enim peccatum esse diffiniens Augustinus in libro de sermone domini in monte ait: Peccatum ad mortem esse cum post agnitionem dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem et adversus ipsam gratiam qua reconciliatus est deo invidentie facibus agitatur. Quod fortasse est peccare in spiritum sanctum, quod peccatum dicitur non remitti. Neque vero ignoscendo peccata si peniteat. Sic enim tanta est labes peccati illius ut deprecandi humilitatem subire non possit. Et si peccatum suum mala conscientia agnoscere et annuntiare cogatur, ut videlicet dicat: Peccavi, sicut Iudas desperans curreret ad laqueum quam humilitate veniam peteret. Quia per magnitudinem peccati iam ex dampnatione peccati tales habere credendi sunt.

Ecce quedam assignatio peccati in spiritum sanctum vel ad mortem huic posita est, quia illud peccatum esse dicitur oppugnatio fraternitatis post agnitionem et invidentia gratie post reconciliationem. Que etiam quedam obstinationis intelligi potest. Illam tamen diffinitionem Augustinus in libro retractationum rememorans aliquid addiendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperte, ait dicens: Quod quidem non confirmavi, quoniam hec putare me dixi. Sed tamen addendum fuit: si in hac scelerata mentis perversitate finierit hanc vitam. Quia de quocumque pessimo in hac vita constituto non est desperandum, nec pro illo imprudenter etiam oratur de quo non desperatur.

Hic ubi insinuatur peccatum per illa diffinitione desperationis tunc solum debere dici ad mortem vel in spiritum sanctum cum non habet conversionem per penitentiam. Nec de aliquo desperandum peccatore in hac vita. Unde pro omnibus orandum. Unde illud Iohannis: Non pro eo dico ut quis oret, sic accipiendum videtur, ut pro aliquo peccante ad mortem vel in spiritum sanctum postquam finierit hanc vitam non orandum. Dum autem in hac vita est, nec peccatum illius iudicare nec de illo desperare, sed pro illo orare debemus. Unde Augustinus de verbis domini de impenitentia que est blasphemia in spiritum sanctum sic ait: Ista impenitentia vel cor impenitens quamdiu quisque in hac carne vivit non potest iudicari. De nullo enim desperandum est quamdiu patientia dei ad penitentiam adiuvante; paganus est hodie. Iudeus infidelis est hodie. Hereticus est hodie. Scismaticus est hodie. Quid si cras amplectatur catholicam pacem et sequatur catholicam veritatem? Quid si isti quos in quocumque genere erroris notatos tamquam desperatissimos damnas, antequam finiant istam vitam, agunt penitentiam et inveniunt veram vitam in futuro? Nolite ergo ante tempus quicquam iudicare. ¶ Ex his ostenditur quod de singulis peccatoribus in hac vita est exspectandum, nec de aliquo est diffidendum quamdiu in hac vita est. Cum autem non possit sciri de aliquo utrum peccaverit ad mortem vel in spiritum sanctum, nisi cum ab hac vita discesserit, nisi forte alicui per spiritum sanctum mirabiliter reveletur. ¶ Ex predictis aliquatenus aperitur quomodo accipiatur peccatum in spiritum sanctum, scilicet invidentia gratie fraternitatis, impenitentia oppugnans; que utique obstinatio est mentis, et omnis impenitentis obstinatio atque desperatio. Non tamen ideo est quod non omnis qui non penitet impenitens dici potest, et impenitentia ipsa obstinatio est, ut quidam volunt, et etiam desperatio.

Alia assignatio peccati in spiritum sanctum.

De hoc quoque peccato in spiritum sanctum Ambrosius in libro de spiritu sancto differentem distinctionem assignationem videtur dicere: Cum dominus dixerit: Qui blasphemaverit in filium hominis remittetur ei; qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo nec in futuro. Diligenter advertite: Numquid alia est offensio filii, alia spiritus sancti? Sicut una dignitas, sic una iniuria. Sed si quis corporis specie deceptus humanum aliquid sentit de Christi carne, quia dignum est, habet culpam. Non est tamen exclusus a venia. Si quis vero sancti spiritus dignitatem, maiestatem et potestatem abneget sempiternam, et putet non in spiritu dei eici demonia sed in Beelzebub, non potest ibi exhortatio esse venie ubi sacrilegii plenitudo est. Satis aperte hic explicatur quid sit peccatum in spiritum sanctum. Illi autem descriptioni congruentius quam illud peccatum dicitur esse invidentia gratie oppugnans fraternitatem. Qui enim post agnitionem veritatis spiritus sancti veritatem negat, et ea que opera dei esse, Beelzebub potestati attribuit, et gratie dei invidere non dubitatur. Illa tamen distinctio illa superior sic accipienda est: certum personarum diversitate offense sub gratia peccatorum distincta sunt. ¶ Peccatum enim in patrem id intelligitur quod fit per infirmitatem, quia patri sepius frequenter attribuitur potentia; peccatum in filium quod fit per ignorantiam, quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorantiam facile veniam adipiscitur, sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cum autem una sit potentia, sapientia, bonitas trium, quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas sepius assignetur, supra dictum est.

De potentia peccandi an sit homini et angelo a diabolo a deo

Post predicta consideratione dignum occurrit utrum peccandi potentia sit nobis a deo vel a nobis. ¶ Putant quidam potentiam recte agendi nobis esse a deo, potentiam vero peccandi non a deo sed a nobis et a diabolo esse, sicut mala voluntas non a deo nobis est, sed a nobis et a diabolo; bona autem a deo tantum nobis est. ¶ Bone namque voluntatis et cogitationis initium non homini ex se ipso nascitur, sed divinitus preparatur, tibi in quo deus eius tandem ostenditur quod nec diabolus nec aliquis angelorum est ex quo in hanc caliginem se detrusit bonam potuit per potentiam resumere voluntatem. Quia si impossibile fore ut humana natura postquam a deo aversa bonitatem perdidit voluntatis ex se ipsa rursus eam habere potuisset, multo impossibilius hoc habeat angelica, que quanto minus gravatur terreni corporis pondere, tanto magis hanc esset per diversa facultate. Non igitur homo vel angelus a se voluntatem bonam habere potest, sed malam dimisit. Et de potentia inquiunt per similitudinem voluntatis de potentia boni et mali dicendum sentientes quod illa sit a deo, non ista.

Auctoritatibus astruit potestatem peccandi esse a deo.

Sed pluribus sanctorum testimoniis indubitanter monstratur quod potestas mali a deo est, a quo est omnis potestas. Dicit enim apostolus: Non est potestas nisi a deo. Quod non de potestate boni tantum sed et mali intelligi oportet. Cui Pilato veritas dicit: Non haberes in me potestatem nisi datum esset tibi desuper. Unde Augustinus super psalmum lxxxv: Supplicia nempe hominum ut et angelorum et nocendi potestatem suam habet potestatem. Aliter: Si ille non daret tibi, neque diabolus aliquid tolleret Iob; dicebat domino: Mitte manum tuam, id est da potestatem. Quia etiam nocentium potestas non est nisi a deo, sicut sapientia ait: Per me reges regnant et tyranni per me tenent terram. Unde Iob de domino ait: Qui facit reg

Au. sup. gen.

nare super peccatores propter insolentiam ipsius. Et de ipsis Israelitis dicit deus: Dedi eis regem in ira mea. Nocendi enim voluntas potest esse ab hominis animo, potestas autem non est nisi a deo, et hoc abdita atque iustitia. Nam per potestatem diabolo datam iuste facit deus suos. Gg. Hic autem quod agitur in mortalibus ac timoris electio, non potestatis ordo in crimine est. Ipso tenent a deo tributa. Est enim vero potentie Au. malitia ante mentis insolentia, quod illa non. Ergo potestas a deo est, quia non potentia iniusta, sed actio prava damnatur. His auctoritatibus aliisque pluribus evidenter ostenditur quia non est potestas boni vel mali nisi a deo, [illegible] equo, etsi te lateat equitas.

Hic oritur questio non contemnenda **An aliquando resistendum sit potestati.** nec silentio pretereunda. Dictum est enim superius quod potestas peccandi et nocendi non est homini vel diabolo nisi a deo; apostolus autem dicit quod qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Cum ergo diabolo sit potestas mali dei ordinatione, ei forte non est resistendum. Sed sciendum est apostolum ibi loqui de seculari potestate, scilicet rege vel principe et huiusmodi, quibus non est resistendum in his que iubet deus eis exhiberi, scilicet in tributis et huiusmodi. **Vel aliquando resistendum sit potestati.** Si vero princeps aliquid vel diabolus aliquid iusserit vel suaserit contra deum, tunc resistendum est. Unde Augustinus determinans quando sit resistendum potestati, in his de non bonis ait: Si illud iubet potestas quod non debes facere, hic sane contempne potestatem timendo maiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus adverte: Si aliquid iusserit curator, numquid est faciendum si contra proconsul iubeat? Rursus si quid ipse proconsul iubeat et aliud iubeat imperator, numquid dubitatur illo contempto illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator et aliud deus iubeat, contempto illo obtemperandum est deo. Potestati ergo diaboli vel hominis tunc resistamus cum aliquid contra deum suggesserit, in quo dei ordinationi non resistimus, sed obtemperamus. Sic enim deus precepit ut in malis nulli potestati obediamus.

Iam nunc his intelligendis atque pertractandis que ad verbi incarnati misterium pertinent, integra mentis consideratione intendamus, ut de ineffabilibus vel modicum aliquid fari deo revelante et volente valeamus.

Explicit liber secundus.

Incipiunt capitula tertii libri

De incarnatione verbi. d. i.

Quare filius carnem assumpsit et non pater vel spiritus sanctus.

Verum pater vel spiritus sanctus potuit incarnari.

An filius qui tunc carnem accepit aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus.

Quare totam humanam naturam accepit, quod nomine nature intelligitur. d. ii.

De unione verbi et carnis mediante anima.

Quod simul assumpsit animam et carnem verbum, nec caro prius concepta est quam sit assumpta.

De carne assumpta qualis ante fuerit. d. iii.

Quod nullus est sine peccato hic, excepta virgine.

Quare Christus non fuit decimatus in lumbis Abraham sicut Levi.

Quare caro Christi non dicitur esse peccatrix, sed similis.

Quare spiritui sancto tribuatur incarnatio, cum sit opus trinitatis.

Quare dicatur Christus conceptus et natus de spiritu sancto. d. iiii.

Quare apostolus dicit Christum factum qui nos fecit [illegible].

Si persona vel natura personam vel naturam assumpsit, et si natura dei sit incarnata. d. v.

An divina natura debeat dici caro facta.

Quare non accepit personam hominis cum assumpsit hominem, et quid debeat [illegible] naturam.

De intelligentia harum locutionum: deus est homo, deus factus est homo, et tres sententias ponit. d. vi.

Prima est eorum qui dicunt in incarnatione verbi hominem quendam ex anima et carne constitutum, illum factum esse deum et deum illum hominem, et auctoritates quibus ita esse asserunt ponit. d. vii.

Secunda est eorum qui dicunt hominem illum ex tribus substantiis vel ex duabus naturis constare, et nunc fatentur unam esse personam ante incarnationem simplicem tantum, sed in incarnatione compositam, et auctoritates quibus se muniunt ponit.

Tertia est eorum qui non solum personam ex naturis compositam negant, verum etiam aliquem hominem vel aliquam substantiam ibi ex anima et carne compositam diffitentur, et sic illa duo, scilicet animam et carnem, verbo unita dicunt, ut non ex illis aliqua substantia vel persona componeretur, sed illis duobus velut indumento deus vestiretur, ut mortalibus oculis appareret, qua ratione incarnatus secundum habitum accipiunt.

De eiusdem auctoritatis inductione qua hec sententia roboratur.
Quatuor species hominum distinguuntur.
De eo quod que singulis sententiis adversari videntur porrigit.
Ex quo sensu dicitur Christus predestinatus.
Quod non debet dici homo dominicus.
d. viii. An divina natura debeat dici nata de virgine.
De gemina nativitate Christi qui bis natus est.
d. ix. De adoratione exhibenda humanitati Christi.
d. x. An Christus secundum quod homo sit adoptivus.
An persona vel natura predestinata sit.
d. xi. Utrum Christus sit creatura vel factus.
De perfidia arrianorum.
d. xii. An homo ille semper fuerit.
An deus alium hominem potuit vel aliunde quam de genere Ade.
Si homo ille potuit peccare vel non esse deus.
Si deus potuit assumere hominem in sexu muliebri.
d. xiii. De sapientia et gratia Christi hominis an in eis proficere potuit.
d. xiiii. Si anima Christi habuit sapientiam parem cum deo et si omnia scit que deus.
Quare deus non dedit illi anime potentiam omnium ut scientiam.
d. xv. De hominis defectibus quos assumpsit Christus.
De propassione et passione timoris vel tristicie.
De quibusdam capitulis Hylarii obscuris quibus a carne Christi dolores submoveri videntur.
De tristicia Christi et eius causa secundum eundem.
d. xvi. An in Christo fuerit necessitas patiendi et moriendi que est defectus generalis.
De similibus hominis in quo Christus de singulis accepit.
d. xvii. Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta sit.
De voluntatibus Christi secundum duas naturas.
De capitulis quibusdam Hylarii et Ambrosii ubi de dubitatione timore Christi agitur.
d. xviii. Si Christus meruit sibi et nobis, et quid sibi et quid nobis.
Quod a conceptione meruit Christus sibi idem quod per passionem.
De eo quod scriptum est: donavit illi nomen quod est super omne nomen.
Si Christus sine merito habere illa potuit que merito obtinuit.
De causa passionis et mortis Christi.
d. xix. Qualiter a diabolo et a peccato redemit nos Christus per mortem.
Cur deus homo et mortuus.
Quomodo penam nostram portavit.
Si solus Christus redemptor ac mediator debet dici.
De mediatore secundum quam naturam sit mediator.
d. xx. Quod alio modo potuit liberare.
Quare isto modo potius.
Qua iusticia sit victus diabolus.
De causa ire dei contra hominem et diabolum.
De traditione Christi facta a iuda et deo et iudeis.
Utrum Christi passio sit opus dei vel iudeorum.
d. xxi. Si in Christi morte separata fuit anima vel caro a verbo.
Qua ratione dicitur Christus mortuus et passus.
d. xxii. Si Christus in morte fuit homo.
Si Christus ubicumque est sit homo.
Quod Christus ubique totus est sed non totum, ut totus est homo et deus, sed non totum.
Si ea que dicuntur de deo vel de filio dei possunt dici de homine illo vel de filio hominis.
d. xxiii. Si Christus habuit fidem et spem et caritatem.
Quid sit fides.
Quot modis dicitur fides.
Quid sit credere deum et in deum et deo.
De informi qualitate mentis que in malo christiano est.
Quomodo dicatur una fides.
Quod fides est de his que non videntur, preter quam tamen ubi ab eo in quo est.
Descriptio fidei.
d. xxiiii. Quare sola fides dicitur fundamentum.
Si Petrus habuit fidem passionis qui videbat hominem illum pati.
Si aliqua sciuntur que creduntur.
d. xxv. De fide antiquorum.
De fide simplicium.
Que ante adventum credere suffecerit.
De fide Cornelii.
De equalitate fidei spei et caritatis.
d. xxvi. De spe quid sit.
De quibus sit spes.
Quo differant fides et spes.
Si in Christo fuerit fides vel spes.
Si iusti in inferno fidem et spem habuerunt.
d. xxvii. De caritate dei et proximi que in Christo et in nobis est.
Quid sit caritas.
Si eadem caritate diligatur deus et proximus.
Quare dicuntur duo mandata caritatis.
De modo diligendi.
De impletione illius mandati: diliges dominum ex toto corde.
Quod alterum mandatum in altero est.
Quos caritate diligendi sunt.
d. xxviii. Si iubemur totum proximum diligere et nos totos.
Quod in dilectione proximi includitur dilectio angelorum.
Quis sit proximus.

[illegible]

Quibus modis dicatur prius.

d. xxix De ordine diligendi, quid prius, quid post.

An omnes homines pariter diligendi sint.

De gradibus caritatis.

d. xxx Si melius est diligere inimicos quam amicos.

d. xxxi Si caritas semel habita amittatur.

Quare fides et spes et scientia evacuantur, non caritas, cum ipsa sit ex parte.

Si Christus ordinem diligendi servavit quem nos.

d. xxxii De caritate Dei.

Quomodo Deus dicatur magis diligere hunc quam illum.

Quod duplex intelligenda est dilectio Dei.

Si quod diligit magis vel minus aliquando uno tempore quam alio.

Si Deus ab aeterno diligeret reprobos.

d. xxxiii De quatuor virtutibus principalibus.

Utrum in Christo fuerint, et si in angelis sint.

De usibus earum.

d. xxxiiii De vii donis Spiritus sancti.

Utrum sint virtutes, et si sint in angelis.

Utrum omnia in Christo fuerint.

De timoris distinctione.

De casto et servili et initiali.

Quid differant castus et servilis.

Quod timor servilis et initialis dicitur initium sapientiae, sed indifferenter.

Quomodo castus timor permanet in aeternum.

Si timor poenae qui fuit in Christo fuit servilis vel initialis.

d. xxxv De sapientia et scientia quo differunt.

In quo differunt sapientia ab intellectu.

Utrum intellectus et scientia quae inter dona numerantur sint ea quae naturaliter habet homo.

d. xxxvi De connexione virtutum, quae non separantur.

An cunctae virtutes pares sint in quocumque.

Quomodo in mandato caritatis tota lex pendet.

d. xxxvii De decem mandatis.

Quomodo continentur in duobus.

Quare [illegible] dicitur.

Quare in Spiritu sancto specialiter dicitur fieri remissio peccatorum.

De sensu spirituali et carnali legis.

De furto.

d. xxxviii De mendacio.

De triplici genere mendaciorum.

De viii speciebus mendacii.

Quid sit mendacium.

Quid mentiri.

Quod omne mendacium peccatum sit, sive prosit sive non, et quare.

In quibus rebus sit periculo errare vel non.

d. xxxix De periurio.

An sit periurium quod verum est dictum.

De triplici modo periurii.

An iuramentum sit malum.

De iuramento quod fit per creaturas.

Quod iuramentum sit gravius, an quod fit per Deum an quod fit per altare vel per evangelium.

Quid est iurare per Deum.

De illis qui iurant per falsos deos.

d. xl Quod iuramentum et promissio [illegible] facta non est tenenda.

Si est periurus qui non facit quod incaute iuravit.

De illo qui alterum callide [illegible] iurare.

De illo qui cogit aliquem iurare.

Quare lex dicitur comprimere manum, non animum.

Quae sit littera occidens.

De legis et evangelii distantia.

Expliciunt capitula iii libri.

Huius voluminis continentia sub compendio perstringitur.

Sacrae eruditionis ordo postulat ut qui in primo libro de inexplicabili mysterio summae trinitatis et unitatis secundum auctoritatem aliquid diximus, ac deinde in secundo libro conditionis rerum ordinem hominisque lapsum sub certis auctoritatibus regulariter instituimus, de eius reparatione per gratiam mediatoris Dei et hominum praestitam atque humanae salutis sacramentis quibus contritiones hominum alligantur ac vulnera peccatorum curantur, consequenter in tertio libro disseramus, ut samaritanus ad vulneratum, medicus ad infirmum, gratia ad miserum accedat.

[illegible]

Incipit tertius liber de incarnatione verbi.

Cum venit igitur plenitudo temporis, ut ait Apostolus, misit Deus Filium suum factum de muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, in adoptionem filiorum Dei. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratiae, quod ab adventu Salvatoris exordium sumpsit. Hoc est tempus miserendi et annus benignitatis, in quo gratia et veritas per Iesum Christum facta est: gratia, quia per caritatem impletur quod in lege praecipiebatur; veritas, quia per Christi adventum exhibetur atque perficitur humanae redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filii ergo missio est ipsa incarnatio; eo enim missus est quo in forma hominis mundo visibilis apparuit. De quo sufficienter dictum

cienter dictum

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Pro

Diligenter etiam ad notandum est quare filius, non pater vel spiritus sanctus, est incarnatus. Solus namque filius hominem assumpsit.

Quare filius carnem assumpsit, non pater vel spiritus sanctus.

Prima ratio. Quod utique ordine congruo per ipsam dei sapientiam factum consilio, ut deus, qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud: Omnia in sapientia fecisti domine, in eadem que invisibilis erat, id est in verbo, restauraret. Hec est mulier evangelica, que accendit lucernam et dragmam decimam, quam perdiderat, reperit. Sapientia patris scilicet, que testam humane infirmitatis lumine sue divinitatis accendit, perditum hominem reparavit in homine regis imagine insignitum.

Secunda ratio. Ideo etiam filius missus est, non pater, quia congruentius mitti debebat qui est ab alio quam qui est a nullo. Filius autem a patre est; pater vero a nullo alio est, ut enim ait Aug. in libro de trinitate: Non habet de quo sit. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est, ita congrue pater misit, filius missus est. Ab illo enim convenienter mittitur dei verbum cuius est verbum, ab illo mittitur de quo natum est. Mittit qui genuit, mittitur quod genitum est. Pater vero qui misit a nullo est, ideoque pater missus non est, ne si mitteretur, ab alio esse putaretur. Missus est ergo primo filius, qui a solo patre est, deinde et spiritus sanctus, qui est a patre et filio. Sed solus filius in carne missus est, nec spiritus sanctus sicut nec pater.

Tertia ratio. Quod ideo factum est, ut qui erat in divinitate dei filius, in humanitate fieret hominis filius. Non pater vel spiritus sanctus carnem induit, ne alius in divinitate esset filius, alius in humanitate, et ne idem esset pater et filius, si deus pater de homine nasceretur. Unde in ecclesiasticis dogmatibus: Non pater carnem assumpsit, neque spiritus sanctus, sed filius tantum, ut qui erat in divinitate dei filius, ipse in homine fieret hominis filius, ne filii nomen ad alterum transiret, qui non esset nativitate eterna filius. Dei ergo filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem nature ex deo dei filius, et secundum veritatem nature ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo haberet, et esset verus deus et verus homo unus filius. Non ergo duos Christos neque duos filios fatemur, sed deum et hominem unum filium, quem propterea unigenitum dicimus, manentem in duabus substantiis, sicut ei nature veritas contulit, non confusis naturis neque inmixtis, sicut Timotheani volunt, sed societate unitis. Hic habes quare filius, non pater vel spiritus sanctus, carnem assumpserit.

Utrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari.

Si vero queritur utrum pater vel spiritus sanctus incarnari potuerit, quomodo possit sane responderi? Sane respondetur et potuisse olim et posse nunc carnem sumere et hominem fieri tam patrem quam spiritum sanctum. Sicut enim filius homo factus est, ita pater vel spiritus sanctus potuit et potest.

An filius, qui cum carnem accepit, aliquid fecit quod non pater vel spiritus sanctus.

Sed forte aliquis dicet: cum indivisa sint opera trinitatis, si filius carnem assumpsit, etiam pater et spiritus sanctus; et si filius carnem assumpsit nec hoc fecit pater vel spiritus sanctus, non omne quod facit filius facit pater et spiritus sanctus. Et Aug. in libro de trinitate: Omnia simul pater et filius et amborum spiritus pariter et concorditer operantur.

Responsio. Ad quod dicimus quod nichil operatur filius sine patre et spiritu sancto, sed una est horum trium operatio indivisa et indissimilis. Tamen filius, non pater vel spiritus sanctus, carnem assumpsit. Ipsam tamen carnis assumptionem trinitas operata est, sicut Aug. dicit in libro de fide ad Petrum: Reconciliati sumus per solum filium secundum carnem, sed non soli filio secundum deitatem; trinitas enim nos sibi reconciliavit per hoc quod solum verbum carnem ipsa trinitas fecit. Trinitas quidem carnis assumptionem fecit, sed filio, non patri vel spiritui sancto. Sicut enim pater sibi et filio et spiritus sanctus filio et patri carnis assumptionem operatus est, sed non eadem est operatio in illis, sed sicut inseparabiles et indivisa est unitas substantie trium, ut ait Aug. in libro de trinitate: Non tamen eandem trinitatem natam de virgine, crucifixam et sepultam, tertio die resurrexisse, in celum ascendisse, sed tantum filium. Nec eandem trinitatem in specie columbe descendisse super Ihesum, sed tantum spiritum sanctum. Nec eandem trinitatem dixisse de celo: Tu es filius meus dilectus, sed tantum patris vocem fuisse ad filium factam. Quamvis pater et filius et spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita et inseparabiliter operentur. Hec et mea fides est, quia hec est catholica fides. Licet ergo solus filius carnem assumpserit, ipsam tamen incarnationem cum patre et spiritu sancto operatus est.

Quod totam humanam naturam accepit, et quod nomine humanitatis vel humane nature intelligendum sit.

Et quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat, totam assumpsit, id est animam et carnem, ut totum curaret et sanctificaret. Quod autem humane nature sive humanitatis vocabulo anima et caro intelligi de-

In ecclesiasticis dogmatibus aug.

Quod est in libro lombardi.

Hoc ut dicebat nestorius.
Hoc ut dicebat sabellius.
Hoc arrianum.

In diuina et humana natura.

Au. in libro de trinitate.

beant, aperte docet Ieronimus in expositione catholice fidei dicens: Sic confitemur in Christo unam filii esse personam, ut dicamus duas perfectas atque integras esse substantias, id est deitatis et humanitatis, que ex anima continetur et corpore. Ecce aperte ostendit humanitatis nomine animam et corpus intelligi, que duo assumpsisse dei filium intelligitur, ubi nomine sive humanitatis sive humane nature accipitur. Errant ergo qui nomine humanitatis non substantiam sed proprietatem quandam a qua homo nominatur significari contendunt, videlicet quam humanitas [illegible] memoratis. Ait enim Iohannes Damascenus:

Errorem quorundam tangit qui humanitatem male acceperunt.

Ioh. damasc.

Sciendum quoque quod deitatis et humanitatis nomen substantiarum sive naturarum est representativum. Illud enim non sic accipitur in Christo cum dicitur una natura esse omnium hominum, quod evidenter idem Iohannes ostendit, differentem rationem dicti assignans cum natura humana in Christo nominatur, et cum una dicitur natura omnium hominum. Ait enim: Cum unam hominum naturam dicimus, sciendum est quod non considerantes ad anime et corporis rationem hoc dicimus. Impossibile est enim unius nature dicere comparationes corporis et anime ad invicem comparatam. Sed cum plurime persone hominum sint, omnes autem eandem suscipiunt rationem nature. Omnes enim ex anima et corpore compositi sunt, et omnes naturam anime participant et substantiam corporis possident, et communem speciem participant; differentiam personarum unam naturam dicimus. Unaquaque enim persona duas naturas habet et in duabus naturis perfecta existit, anime scilicet et corporis. In domino autem Ihesu Christo non est communem speciem accipere; neque enim factus est nec est nec aliquando fiet alius Christus ex deitate et humanitate, in deitate et humanitate deus perfectus est, idem homo perfectus est. Totum enim hominem, id est animam et carnem et horum proprietates sine accidentia assumpsit deus, et non carnem sine anima, nec animam sine ratione, ut heretici volunt, sed carnem et animam et sensibus [illegible].

Ioh. damasc.

id est per animam intellectualem

Item Iohannes Damascenus ait: Omnia que in nostra natura plantavit deus, verbum assumpsit, scilicet corpus et animam intellectualem et horum proprietates. Totum enim totum assumpsit me, ut toti mihi salutem gratificaret. Quod enim inassumptibile est, incurabile est.

De unione verbi et carnis mediante anima.

Assumpsit ergo dei filius carnem et animam, sed carnem mediante anima. Unitum est enim carni per medium intellectum verbum dei, et tante enim subtilitatis atque simplicitatis est divina essentia, ut corpori de limo terre formato uniri non congrueret nisi mediante rationali essentia.

Ioh. damasc.

id est per animam intellectualem unitur

Illa autem unio inexplicabilis est, adeo ut Iohannes Baptista se fateatur se non dignum solvere corrigiam calciamenti Ihesu, quia illius modum unionis investigare atque explicare non erat sufficiens.

scilicet ipse christus

[illegible] calciamenti [illegible] corrigia modus unionis quem [illegible]

Au. de agone xpiano.

Nec eos audiamus qui nec verum hominem perfectum filium dei suscepisse dicunt, neque natum de femina, sed falsam carnem et imaginem corporis simulatam ostendisse videntibus, inquiunt errorem pertimescentes quod fieri non potest, scilicet ne humana carne veritas dei inquinetur. Et tamen predicant istum visibilem solem radios suos per omnes feces spargere, et eos mundos et sinceros servare. Si ergo visibilia munda a visibilibus immundis contingi possunt et non inquinari, quanto magis incommutabilis veritas et invisibilis per spiritum animam et per animam corpus suscipiens, totum hominem sine sui [illegible]ne assumpsit et ab omnibus infirmitatibus liberavit.

Au.

sine sui contaminatione

Hoc est quod dicitur dei sapientiam per spiritum assumpsisse animam et per animam corpus. Spiritus enim pars anime superior maiori similitudine deo propinquat quam anima, sicut ipsa eadem secundum inferiorem partem, et anima magis quam corpus. Ideo non incongrue anima dicitur assumpta per spiritum et corpus per animam.

Quod verbum simul assumpsit animam et carnem, nec prius caro fuit concepta quam assumpta.

Si autem queritur utrum verbum carnem simul et animam assumpserit, an prius animam quam carnem, vel carnem quam animam, et utrum caro illa fuerit prius in utero virginis concepta, post ea assumpta: veracissime et absque ulla ambiguitate dicimus quod ex quo hominem deus assumpsit, totum assumpsit simul, scilicet utrumque, animam et carnem. Nec caro fuit prius concepta et postmodum assumpta, sed in conceptione assumpta et in assumptione concepta. Unde Augustinus in libro de fide ad Petrum: Firmissime tene et nullatenus dubites non carnem Christi sine divinitate conceptam in utero virginis priusquam susciperetur a verbo, sed ipsum verbum deum sue carnis accepti

Au.

[illegible] duo opposita [illegible]
[illegible] hic tertia.

(unio)ne conceptum, ipsam quoque carnem ibi in carnatione conceptam. Idem alibi: Nullo modo credas (?) ... hominum quoque mediator non est idem deus, idem homo in utroque unus, verus quia servilem formam ab solo filio susceptam tota trinitas, cum una sit voluntas et operatio, fecit. Non autem in utero virginis prius caro concepta est et postmodum divinitas venit in carnem, sed mox ut verbum venit in uterum, servata veritate propriae naturae factum est caro et perfectus homo, id est in veritate carnis et animae natus est. Item Gregorius in moralibus: Angelo nuntiante et spiritu adveniente mox verbum in utero, mox intra uterum verbum caro.

De carne quam verbum assumpsit: qualis ante fuit, et qualis assumpta sit.

Quaeritur etiam de carne verbi, an priusquam conciperetur obligata fuerit peccato, et an talis assumpta sit. Sane dici potest et credi oportet, iuxta sanctorum attestationis convenientiam, ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliquam virginis carnem, sed spiritus sancti operatione mundatam, ita ut ab omni contagione immunis uniretur verbo, poena tantum non necessitate sed voluntate assumendi remanente.

Maria quoque tota. Qualiter illa caro (?) spiritus sanctus in eam praeveniens a peccato prorsus purgavit et a fomite peccati etiam liberavit, vel fomitem ipsum penitus evacuando, ut quibusdam placet, vel sic extenuando et debilitando ut ei postmodum peccandi occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoque generandi absque viri semine virgini praeparavit. Hinc evangelium lucas (?) docet quod angelus virginem alloquens ait: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Cui illa virgo respondit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quod exponens Iohannes ait: Post consensum autem sanctae virginis spiritus sanctus supervenit in ipsam secundum verbum domini quod dixit angelus, purgans ipsam, et potentiam deitatis verbi receptivam praeparans, simul autem et generativam. Et tunc obumbravit ipsam dei altissimi per se sapientia et virtus existens, filius dei patri homousios, id est consubstantialis, sicut divinum semen, et copulavit sibi ipsi ex sanctissimis et purissimis ipsius sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectiva, nostrae antiquae conspersionis, non seminans sed per spiritum sanctum creans.

Quare simul caro, simul dei caro, simul caro animata rationali et intellectu, simul verbi dei caro animata rationali et intellectiva. Ex his spiritum sanctum cum dixerit venisse ... concepta et assumpta. Ante demonstrat Mariam totam virginem spiritu sancto praeveniente ab omni labe peccati castificatam (vel depuratam), sive collata est potentia absque novo generandi, ut sine coitu viri, sine libidine concipientis, in utero virginis celebraretur conceptus dei et hominis. Illa enim caro quam deus ex virgine sibi unire dignatus est, sine vitio concepta, sine peccato nata est.

Hanc tamen carnem non caelestis vel aeriae, non alterius cuiuspiam putes esse naturae, sed eius cuius est omnium hominum caro.

Quod autem sancta virgo extunc ab omni peccato immunis extiterit, auctoritate Augustini evidenter ostenditur in libro de natura et gratia ita dicentis: Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honorem domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quaestionem; unde enim scimus quod ei plus gratiae sit collatum ad vincendum ex omni parte peccatum, quae concipere et parere meruit quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virgine excepta, si omnes sancti et sanctae congregari possent et interrogarentur an essent sine peccato, quid responderent nisi quod Iohannes ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Illa autem virgo singulari gratia praeventa est atque repleta, ut ipsum haberet ventris sui fructum, quem ab initio habet universitas dominum, ut illud quod nascebatur ex propagine primi hominis tantummodo generis, non criminis originem duceret.

Utrum caro Christi fuit decimata in Abraham.

Cum autem illa caro Christi quam excellentia singulari verbum accepit in conceptione (?) ... antequam esset in verbo fuerit peccato unita, obnoxia sicut et peccato in Maria et in aliis originalis (?) propagatione traducta, caro in initio videtur potuisse in Abraham peccato subiacuisse, cum universa caro peccato subiacebat. Unde quaeri solet utrum Levi decimatus dicatur in Abraham, non et Christus, cum in lumbis Abrahae uterque fuit secundum materialem rationem, quia Abraham decimatus est, id est decimas dedit Melchisedech. Tunc enim apostolus Levi decimatum dicit in Abraham tamquam in materiali causa. Quia ea decimatione sicut Abraham minor Melchisedech ostenditur, ...

Auctoritate confirmat certa virginem a peccato immunem.

Auctoritas de fide et peccatum.

Sicut Levi, cum caro quam accepit in conceptione fuit peccato obnoxia, ...

Christus non fuit decimatus in Abraham.

Ioh. damasc.

vel semine coagulans

tenderetur, cum personaliter decimas solveret. Ita et Leviticus ordo qui in Abraham secundum rationem seminalem erat, et per concupiscentiam carnis descendit, ipse autem est decimatus, quia hoc illi fuerat secundum carnem. Sed Christus non inde descendit per legem communem, scilicet per carnis libidinem. Sicut etiam in Adam omnes peccaverunt, sed non Christus, ut ait Augustinus super Genesim: Sicut Adam peccante qui in lumbis eius erant peccaverunt, sic Abraham decimante decimas qui in lumbis eius erant decimati sunt. Sed hoc consequitur infra. Licet in lumbis Ade et Abrahe fuerit, quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit. Si ergo Levi ipse secundum carnem esset in lumbis Abrahe, quando decimatus est, ubi pater eius decimatus non fuit, quia aliquo modo non erat ibi Christus quo erat ibi Levi. Sed rationem ipsam illam seminalem ubi fuit Levi, qua ratione per concubitum venit, fuit in matrem, secundum eam rationem non erat caro Christi, sed quasi sic fuit ibi sicut Marie caro. Sic ergo decimatus est in Abraham qui sic fuit in lumbis Abrahe, sicut ille fuit in lumbis patris sui, id est qui sic natus est de patre Abraham sicut ille de suo patre natus est, scilicet per legem carnis, per invisibilem concupiscentiam.

Secundum aliquem modum ibi Levi fuit, quo non fuit Christus.

Qua ratione caro Christi dicatur in scriptura non fuisse peccatrix, sed similis, quo aperte quare non fuerit peccato obligata in Christo.

Quod etiam per unitatem nature masse recte assumpsisse dicitur Christus, quia non carnem peccati sed similitudinem carnis peccati accepit, ut ait Apostolus: Misit Deus Filium suum, ut ait Apostolus, in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim Verbum carnem peccatrici similem in pena, et non in culpa, et ideo non peccatricem. Cetera vero hominum omnium caro peccati est; sola illius non est peccati caro, quia non eam mater concupiscentia, sed gratia concepit. Habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem et mortalitatem, quia esuriit, sitivit et huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit que in matre, non tamen talis est in matre sicut in nato; fuit enim sanctificata in utero et nata sine peccato, et nec ipsa in illa umquam peccavit. In pena ergo similis est matri, non in qualitate peccati, quia pollutionem que ex concupiscentie motu concepta est, ipso non habuit, nec ex carnali delectatione natus est. Venit ergo ad corpus immaculatum quod preter libidinis concupiscentiam fuit conceptum, nec illud in se habuit unitum, quod in aliis fuit causa peccati, nec inde peccavit. Ideoque vere dicitur Verbum non fuisse in corpore obligato peccato.

Verbum carni tales ponit

Utrum Verbum adunierit illi sic quod deinde est carnem Christi prius conceptam quam assumptam.

Illi autem sententie, qua supra diximus carnem Verbi non ante fuisse conceptam quam assumptam, videtur obviare quod Augustinus ait super Iohannem, ubi loquitur: Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudei: Quadraginta et sex annis edificatum est hoc templum, et tu in tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numerus perfectioni dominici corporis convenit, quia, ut dicunt physici, tot diebus forma humani corporis perficitur. Hac occasione illorum quidam dicere presumpserunt dominici corporis formationem tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam, et in embryo lineamentis distinctam, et mox Verbum detinuisse sibi carnem et animam; vel modo dictum illum numerum perfectioni dominici corporis convenire, sed alia ratione illi dicit convenire, ex qua sana erit intelligentia, ubi si non erit, sed illud dixit Augustinus quoniam mox ut caro illa ex Spiritu sancto sanctificata et a reliqua separata fuit, Verbo Dei cum anima unitur, ut perfectus fuerit Deus, perfectus fuerit homo. Sed queritur ubi illa dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis et unionis Dei et hominis adeo tenuis erat et parva, ut humano visui vix posset subiacere. Dicit autem illius quod memorat Augustinus, perfecta est et notabilis factum incarnatum quidem Verbum, ut ait Iohannes, et a sua incorporalitate non recessit, et totum incarnatum est, et totum est incircumscriptum. Comminoratur corporaliter et contrahitur, et divinitas eius incircumscripta, illo cogenita carne cum ea incircumscripta divinitate. In omnibus enim est omnia: erat et in utero Virginis Dei genitricis ubique terrarum existebat, sed in ipso actu incarnationis.

Quod non erat in virgine generat

Quare in scriptura sepe tribuatur incarnatio, que est opus trinitatis, Spiritui sancto, et de ipso conceptus et natus dicitur.

Cum vero incarnatio Verbi, sicut in superioribus tractatum est, opus sit Patris et Filii et Spiritus sancti, dignum nobis videtur querere, quare in scriptura Spiritui sancto hoc opus sepe tribuatur, et de ipso conceptus et natus memoretur; illo cui id operatio incarnationis Spiritui sancto sepe attribuitur.

Assimil

ratione

carnis

Tobias

Iohannis damasceni

investigande

quia enim ipse solus sine patre ac filio fecerit, sed quia hoc spiritus sanctus est caritas et donum patris et filii. Illud enim ineffabili dei caritate verbum dei caro factum est, et ineffabili dei dono filius dei sibi univit formam servi. Nec tamen ista denominatio spiritus sancti ab illo opere patrem vel filium secludit, sed potius uno nominato tota trinitas intelligitur, sicut fit sepe in aliis operibus. Unde Augustinus super hoc movens questionem in hunc modum eam determinat in enchiridion inquiens:

Au.

Cum illam creaturam quam virgo **Propositio** concepit et peperit, quamvis ad solam **questionis.** personam filii pertinentem, tota trinitas fecerit (neque enim separabilia sunt opera trinitatis), cur in ea facienda solus spiritus sanctus nominatus est? An et quando unus trium in aliquo opere nominatur, universa operari trinitas intelligitur? Ita vero est et exemplis doceri potest. Audisti questionem propositam, eiusdemque solutionem. Responsionem: **Quo sensu dicatur Christus natus de spiritu sancto.**

Au. in ench.

Sed non est in his diutius immorandum. Illud enim movet quomodo dictus est Christus natus de spiritu sancto, cum filius nullo modo sit spiritus sancti. Numquid dicturi sumus patrem hominis Christi esse spiritum sanctum, ut deus pater verbum genuerit, spiritus sanctus hominem, ex qua utraque substantia Christus unus esset, et dei patris filius secundum verbum, et spiritus sancti filius secundum hominem, quod eum spiritus sanctus tamquam pater eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit, cum hic tanta absurditas sequatur ut nullae fidelium aures id valeant sustinere? Proinde sicut fatemur Christum natum de spiritu sancto ex Maria virgine, quomodo non sit filius spiritus sancti et sit filius virginis, cum de illo et de illa sit natus, difficile est explicare. Procul dubio quia non sic de illo ut de patre, sic autem de illa ut de matre natus est.

Non est autem concedendum quicquid **Quod non quicquid de aliqua** de aliqua re nascitur continuo eidem **re nascitur** rei filium nuncupandum. Ut enim obmittam **est filius** aliter de homine nasci filium, aliter capillum, **eius.** pediculum, lumbricum, quorum nihil est filius. Ut ergo haec omittam, que tantis rebus indecenter comparantur, certe qui nascuntur ex aqua et spiritu sancto, non aque filios eos rite dixerit quispiam, sed dicuntur filii dei patris et matris ecclesie.

Sic ergo de spiritu sancto natus est, **Quomodo sic dicatur Christus fi-** et non tamen filius est spiritus sancti, sicut **lius de illo natus.** convincitur non omnis qui dicitur alicuius filius consequens est ut de illo etiam natus dicatur. Ut sicut illi qui adoptione dicuntur filii gehenne, non ex illa nati, sed in illam preparati. Cum itaque de aliquo nascatur aliquid, et non ita ut sit filius, nec rursus omnis qui dicitur filius de illo sit natus cuius dicitur filius: profecto modus iste quo natus est Christus de Maria sicut filius, et de spiritu sancto non sicut filius, insinuat nobis gratiam dei, qua homo nullis precedentibus meritis in ipso exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularetur in tantam persone unitatem, ut idem esset filius dei qui filius hominis, et filius hominis qui filius dei; ac sic in nature humane susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, que nullum peccatum admittere posset.

Au.

Que gratia ideo per spiritum sanctum est significata, quia ipse proprie sic est deus ut etiam dicatur donum dei. Sed hoc ergo quod de spiritu sancto est natus Christus, quid aliud quam ipsa gratia demonstrata est? Qua homo mirabili et ineffabili modo verbo dei est adiunctus atque conceptus, ut divina gratia corporaliter repletus. **Alia ratio quare dicitur conceptus et natus de spiritu sancto.**

Potest etiam dici Christus secundum hominem ideo natus de spiritu sancto, quia opere eius factus. Inceptum enim homo est et inde factus est, ut ait apostolus. Conceptus ergo et natus est de spiritu sancto, dum operatione spiritus sancti facta est in virgine conceptio. Non enim de substantia spiritus sancti semen partus accepit, sed per gratiam dei et operationem spiritus sancti de carne virginis caro assumpta est, que verbo est unita. Unde in evangelio secundum hanc intelligentiam legitur de Maria: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Unde Ambrosius insinuans in III libro de spiritu sancto ait: Quod ex aliquo est, aut ex substantia aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius qui a patre, et spiritus sanctus qui a patre filioque procedit; ex potestate autem, sicut ex deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo spiritus sanctus in carnem et ossa conversus est? Utique non. Si vero quasi ex operatione et potestate spiritus virgo concepit, quis negat spiritum sanctum dominice incarnationis auctorem? **Quare apostolus dicat Christum factum ex muliere.**

Sed queri potest, cum nos salvatorem Christum natum profiteamur, cur apostolus eum factum dicat ex semine David secundum carnem, et alio loco factum ex muliere, cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significavit.

hoc de Christo, quia non humano semine concretus est, cum de omni intacto virginis corpore sit effectus. Sed si ita est, cur ergo Christus secundum quod apostolus dicit factum ex semine natus? Aliud est enim semine admixto in sanguinis coagulo generare, aliud est sine permixtione. Sicut autem pertinet: Possunt homines generare filios hominum sine semine. Hoc quare dixit apostolus: factum in nativitate, ut ostenderet nativitatemque fuit sine viri semine non similiter provenire, quae efficitur ex seminum commixtione. Sed aut cum factum dicit, apostolus addidit: ex semine David, quia etsi non intercessisset semen hominis in conceptione virginis, tamen ex ea carne Christi formatus est, quae consistit ex semine; recte dicitur ex semine factus esse.

Praeterea inquiri oportet ex illis praemissis consistit utrum dei carnem et animam simul assumpserit fuisse in unitatem personae, quid hoc post concedendum sit, scilicet quod persona patris vel natura personam vel naturam vel natura personam naturam assumpserit. Et an ita conveniat dici naturam divinam esse incarnatam, sicut deus incarnatus et verbum incarnatum. Sane dici hoc inquisitio sine quaerendi ratione et lectionibus auctoritatum testimoniis partim implicita atque perplexa, partim non explicata reperitur. Certum enim est sine ambiguitate verum, quod non natura personam nec personam personam, sed persona naturam assumpserit. Quod scilicet evidenter pluribus testimoniis astruitur, de quibus ita dicit enim Augustinus in libro de fide ad Petrum: Deus unigenitus dum conceptus est, carnem veritatis accepit ex virgine, et cum nasceretur, integritatem virginitatis servavit in matre. Et paulo post: Sed deus humanam naturam in unitatem personae suscepit, qui se humilians per illam in corruptione virginis utero ex ea nasciturus implevit. Formam ergo servi, id est naturam servi, in suam accepit deus ille personam. Item: Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam. Item: Dei filius unigenitus, ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animaeque rationalis incarnatus est. ¶ His aliisque pluribus auctoritatibus evidenter ostenditur, quod naturam personam nec personam personam, sed personam naturam accepisse. De quarto vero omnis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa etiam inter doctores quaestio est, quia inde plurimi dissentire videntur, quia in auctoritate praeclari alii doctores sacrae paginae exstiterunt; nec tamen alius ab alio vel etiam a se ipsis dissonare videntur, sicut subiecta capitula docent.

Legitur enim in Toletano concilio viii. traditum sic: Solum verbum caro factum est. Item infra: Et licet tota trinitas operata sit formam susceptam hominis, quia inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius accepit hominem in singularitatem personae, non in unitatem divinae naturae, id est in quod est proprium filii, non quod commune est trinitati, sicut in concilio xi Toletano: Unde sane credimus dum patrem et filium et spiritum sanctum non dicimus hanc trinitatis unitatem Maria virgo genuisse, sed tantum filium, qui solus naturam nostram in unitatem suae personae assumpsisset. Incarnationem quoque huius filii dei tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius formam servi accepit in singularitatem personae. ¶ His insinuari videtur quod persona, non natura, naturam assumpserit. Sicut quod commune est trinitati non accepit hominem, ergo nec natura divina, quae communis est tribus personis. Sed videtur obviare quod Augustinus ait in libro de fide ad Petrum: Illa divinitatis inquit Christi aliena est a natura patris, secundum quod in principio erat verbum; sed humanitas est aliena est a natura matris, secundum quod verbum caro factum est. Ita enim natura, quae semper genita manet ex patre, naturam nostram sine peccato suscepit, ut nasceretur ex virgine. Hac auctoritate videtur tradi quod divina natura humanam susceperit. Ubi vehementer moveri possumus, quod eam genitam et naturaliter dicit ex patre, nisi forte naturam pro persona hic accipiat. Hoc quoque sicut ceteri, naturam in tribus personis esse genitam. Et occurrit nobis ex alio loco quae in Trinitate de Trinitate disseruimus, ubi diximus naturam non genuisse naturam, sed personam personam genuisse, quia si natura naturam genuisset, cum una eademque sit natura trinitatis, eadem res se ipsam genuisset. Quod Augustinus posse fieri negat. Sed alibi certius reperimus docuisse eum, quod natura naturam assumpsisse monstratur, ait enim Augustinus in primo libro de trinitate: Forma scripto

Quod ex semine

David

Si persona vel naturam personam vel naturam assumpserit et si natura dei incarnata sit

De illa quaestione praecepta est

au.

au.

De parte articulo quaestionis perplexa

De toleta no concilio viii

Ubi ponit quibus in nuti videtur trinitatem accepisse humanitatem actio xi

s. tri cōmune nul

Ubi ponit quibus probare videtur naturam accepisse hom.

au.

au.

in·l·de tri·

Christus minor factus est, formam servi accipiens; et cum sic accepit formam servi ut amitteret formam Dei, in qua erat aequalis Patri, ut et in forma servi et in forma Dei idem ipse sit unigenitus Filius Patris, quia forma Dei accepit formam servi. Si autem forma Dei formam servi accepit, sine dubio natura naturam accepit. **Quid formae nomine intelligatur.** Formae enim nomine naturam significari, ut evidenter Augustinus docet in libro De fide ad Petrum: Eum, inquit, de Christo audis quia in forma Dei erat, oportet te agnoscere certissime et tenere, in illo formae nomine naturae plenitudinem debere intelligi. In forma ergo Dei erat, quia in natura Dei Patris semper erat, de quo natus erat. Hilarius quoque in XII libro De Trinitate: Esse in forma Dei non alia intelligentia est quam in Dei manere natura. Vidisti nomine formae intelligentiam significari naturae, et audisti quod forma Dei formam servi suscepit: unde consequens est quod natura divina naturam humanam susceperit. Quod etiam idem in explanatione fidei evidenter insinuat, inquiens: Passus est Filius Dei non putative, sed vere, omnia quae passus est, quae pati poterat, id est non secundum illam substantiam quae assumpsit, sed secundum illam quae assumpta est. Ex quo apparet divinam substantiam assumpsisse humanam. Ex verbis autem auctoritatum supra positis, adhibita diligentia, innui videtur solum Verbum carnem factum, et ipsum solum accepisse humanam, et divinam naturam eandem accepisse. Ait enim: Trinitas nos sibi reconciliavit per hoc quod solum Verbum carnem ipsa Trinitas fecit. In quo sic Trinitas incommutabilis manet divinae humanaeque naturae: ut sicut ita semper est ex divinitate, quia de Patre est Verbum, sic semper incommutabilis est secundum humanitatem, quia sibi unitam summa divinitas gerit. Ecce et solum Verbum dixit carnem factum, et humanitatem divinitati unitam. Idem quoque supra dixit servilem formam a solo Filio susceptam, quam tota Trinitas fecit. Iam facile est agnoscere quam diversa et multiplicia sint quae superposita auctores crediderunt. Ideoque posteriores ea legentes variasque opiniones ex diversis occasionibus sumentes, primitus suas.

Nos autem omnis inductum ~~~ **Quid de hoc tenendum sit.** Nos contradictionis notam a sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis Patribus atque catholicis doctoribus nulla pravae intelligentiae suspicione notatis consentientes, dicimus et personam Filii assumpsisse naturam humanam, et naturam divinam humanae naturae in Filio unitam, eamque sibi univisse et assumpsisse. Unde vere incarnata dicitur. Quod enim Deus solus Filius accepisse formam servi perhibetur, non excludit divinam naturam ab acceptione servilis formae, sed alias duas personas Patris et Spiritus Sancti. Item illud Augustini: Id quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati, hominem accepit, sic oportet intelligi, id est proprietas, id est persona Filii, non illa quae communis est trium personarum, divina natura humanam naturam sibi univit. Quod saepe ex verbis Ioannis Damasceni confirmatur, qui totam divinam naturam in unam suarum hypostasium incarnatam esse evidenter asserit, dicens: In humanatione Dei Verbi quidem ipsam naturam deitatis in una eius hypostaseon incarnatam esse, id est unitam humanae naturae, non partem parti. Deitatem humanae naturae totam unitam esse dicimus: omnem divinam naturam vel substantiam; tota enim eadem est natura in singulis hypostaseon, id est personarum, ideoque dictum in una hypostasi incarnatam esse secundum beatos Athanasium et Cyrillum deitatis naturam esse unitam carni, et unam naturam Dei Verbi incarnatam confitemur. Verbum autem quod commune est substantiae possidet, et quod proprium est hypostaseos, id est personae. His verbis manifeste ostenditur quod divina natura incarnata est, utique eadem vere dicitur suscepisse humanam naturam. **An divina natura debeat dici caro facta.**

Sed quaeritur utrum eadem divina natura debeat dici facta caro, sicut Verbum dicitur factum caro. Si enim idem est incarnari quod est carnem fieri, videri potest natura debere dici quod sit caro facta, sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus quod si illud dictum in sacra Scriptura reperiretur, ex eadem intelligentia acciperetur qua cum dicitur incarnata. Sed quia illud auctoritas subticuit, atque locutionis modus insolitus videtur, satis est expressionem si natura divina diceretur facta, melius silere hoc putamus quam negare vel asserere. Nec illud dicitur, ne mutabilitas naturae in naturam significari putetur. Ex praemissis indubitabiliter constat quod persona Verbi suscepit hominis naturam, scilicet carnem et animam, assumpsit. Si autem naturam divina naturam hominis accepit, quare non dicitur facta homo vel esse homo, sicut Verbum? Ad quod dici potest quod Dei Filius dicitur factus homo vel esse homo, non solum quia assumpsit hominem, sed quia ipsum in unitatem et singularitatem suae personae accepit; naturam autem divinam hominem quod accepit

Au.

Hyl.

Idem

Au. de fide ad petrum

Au. in li. de tri.

Determinatio

Nota

Confirmatio

Responsio

significate

R° ba magistri

super 7.3. libro capitulos forte

notanda

id est hominis formam, sibi univit, sed non in singularitatem unitatis sue. Servata enim proprietate ac distantia duarum naturarum, persone singularitas extitit; ideoque non sic dicitur divina natura esse homo vel facta homo, sicut dei filius. Quidam tamen indifferenter utrumque concedunt.

Quare non accepit personam hominis verbum cum naturam acceperit.

[I]deo verbum non personam hominis assumpsit, quia caro illa et anima illa non erant unita in unam personam quam assumpserit; quia non ex illis constabat persona, cui unitum verbum est; sed illa sibi invicem fuerunt unita, simul autem verbo fuerunt unita. Alia tamen unione invicem unita sunt illa duo, scilicet anima et caro, alia unione verbo unita sunt; quia alia est unio anime illius ad carnem, alia est unio verbi ad animam illam et carnem. Non ergo accepit verbum dei personam hominis, sed naturam; quia non erat ex carne illa et anima illa una composita persona quam verbum acciperet, sed accipiendo univit et uniendo accepit.

Contra hec oppositio qua probare quidam volunt personam accepisse personam.

[H]ec a quibusdam opponitur, quod persona assumpsit personam. Persona enim est substantia rationalis individue nature; hec autem est anima. Ergo si animam assumpsit, et personam. Quod ideo non sequitur, quia anima non est persona quando alii rei est unita personaliter, sed quando per se est. Absoluta enim a corpore persona est, sicut angelus. Illa autem anima numquam fuit quin esset alii rei coniuncta. Ideoque non erat assumpta persona, est assumpta.

Alia probatio ad idem.

[A]liter quoque nituntur probare verbum dei assumpsisse personam, quia assumpsit hominem aliquem; assumpsit enim librum Christum; ergo aliquem hominem. Quod autem hominem Christum assumpserit, Augustinus in expositione simboli sub anathemate tradit, dicens: Si quis dixerit atque crediderit hominem Ihesum Christum a filio dei assumptum non fuisse, anathema sit. Qui etiam in pluribus scripture locis hiis utitur locutionibus: Ille homo a verbo est assumptus; ille homo factus est Christus. Et propheta de homine Christo loquens, dicit: Beatus quem elegisti et assumpsisti.

Responsio determinans premissas auctoritates et locutiones.

Ex quibus consequi videtur quod aliquis homo assumptus sit a verbo, itaque persona a persona sit assumpta. Sed quia hoc nefas est dicere aut sentire, premisse locutiones et alie similes sedula tamen intelligentia sane accipi debent, ut homo Christus, sive homo ille, sive quidam homo dicatur assumptus a verbo, sive unitus verbo, natura hominis persona sit assumpta et unita verbo. Scilicet anima illa et caro illa assumpta sunt, et unita verbo, in quibus subsistit persona dei et hominis; ita ad hominis formam, non ad personam respiciat. Quod etiam Augustinus [illegible] in eisdem [illegible] inibi locutionibus se[illegible] memorat. Quo circa queritur sine preiudicio auctoritatis an aliquis vel quidam homo sit assumptus a verbo vel unitus verbo. Sed distinctione intelligentie non est sic reddenda responsio, quia multiplex premissa est questio. Sed [illegible] determinato. Si de homine [illegible] dicitur [illegible].

De intelligentia harum locutionum: Deus factus est homo, deus est homo. An his locutionibus omnibus dicitur deus factus est aliquid, et idem est aliquid, vel non.

[E]x premissis autem emergit questio plurimum continens utilitatis, sed non minus difficultatis atque perplexitatis. Cum enim constet ex predictis et ex aliis pluribus testimoniis, omnisque catholica unanimiter fateatur deum factum esse hominem, et Christum verum deum esse et verum hominem, queritur an his locutionibus omnibus: Deus factus est homo, filius dei factus est filius hominis, deus est homo, et homo est deus, dicatur deus factus esse aliquid vel esse aliquid, tamquam dicatur esse deus, tamen cum dicitur homo factus est deus, et filius hominis factus est filius dei, sicut e converso dicitur. Et si ex his locutionibus non dicitur deus factus esse aliquid vel esse aliquid, quomodo sit intelligentia harum locutionum et similium.

Quod in huius questionis expositione differunt sapientes.

[I]n huius profunditatis reseratione et scrupulose questionis expositione plurimum differre inveniuntur sapientes.

Quandam sententiam refert.

[A]lii enim dicunt in ipsa verbi incarnatione hominem quendam ex anima rationali et humana carne constitutum, ex quibus duobus omnis verus homo constituitur; et illum hominem cepisse esse deum, non quidem natura dei, sed persona verbi; et deum cepisse esse hominem illum. Concedunt etiam hominem illum assumptum a verbo et unitum verbo, et tamen esse verbum. Et ea ratione traditur dominum [illegible] in [illegible] hominem [illegible] qua deus factus est, id est cepit esse quedam substantia ex anima rationali et humana carne subsistens, et illa substantia facta est, id est cepit esse deus, non tamen de mutatione nature in naturam, sed utriusque nature servata proprietate factum est ut deus esset illa substantia, et illa substantia esse deus. Vere ergo dicitur deus factus est homo, et homo factus est deus, id est deus esse homo et homo esse deus, et filius dei filius hominis et e converso. Cumque dicant illum hominem ex anima rationali et humana carne subsistere, non tamen fatentur ex duabus naturis esse compositum, divina scilicet et humana, nec illius partes esse duas naturas, sed animam tantum et carnem.

Auctoritates ponit quibus innituntur.

Sed ne de suo sensu tantum loqui putarentur, hanc sententiam pluribus sententiam innituntur testimoniis. Ait enim Augustinus in libro de trinitate: Cum legitur verbum caro factum est, in verbo intelligo verum dei filium, in carne agnosco verum hominis filium, et utrumque simul in unam personam dei et hominis ineffabili gratie largitate coniunctum. Idem in enchiridion: Proinde deus de deo est; homo autem natus est de spiritu sancto ex maria virgine, utraque substantia divina et humana filius est unicus dei patris omnipotentis, de quo procedit spiritus sanctus. Item: Verbum caro factum est, a verbo assumpta, non verbum in carnem mutatum; verbum et homo, non duo filii, deus et homo, sed unus dei filius, deus sine initio, homo a certo initio. Item in eodem: Quid natura humana in Christo homine meruit, ut in unitatem persone unici filii dei singulariter assumpta esset? Que bona voluntas, que bona opera precesserunt, quibus mereretur iste homo una persona fieri cum deo? Numquid antea fuit homo, et hoc ei singulare beneficium prestitum est, ut singulariter promereretur deum? Nempe ex quo homo esse cepit, non aliud cepit esse homo quam dei filius, et hoc unicus, propter deum verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique deus, ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis et caro, ita sit Christus una persona, verbum et homo. Idem super Iohannem: Agnoscant geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua equalis est patri, et humanam qua maior est pater. Utrumque autem simul non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus. Ac per hoc Christus est deus, anima rationalis et caro. Item in libro de predestinatione sanctorum: Nec homo ut a verbo patri coeterno in unitatem persone assumptus filius dei diceretur unigenitus, hoc meruit. Quod bonum eius precessit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Faciente ac suscipiente deo verbo ipse homo ex quo esse cepit filius dei unicus esse cepit. Ipse homo qui cuilibet ea gratia fit christianus, sicut ea gratia homo ille ab initio factus est Christus.

Item in libro xiii de trinitate: Videtur nobis in homine Christo commendatur. Ita nec ipse ut tanta unitate deo verbo coniungeretur, ut una cum illo persona filius dei fieret, aliquibus est precedentibus meritis consecutus; sed ex quo homo cepit esse, ex illo est et deus; unde dictum est: Verbum caro factum est. Hylarius: Item in x libro de trinitate: Christum non ambigimus esse deum verbum, neque rursum filium hominis ex anima et corpore constitisse ignoramus. Hiis aliisque quampluribus auctoritatibus innituntur qui hominem quendam ex anima rationali et carne compositum deum factum dicunt, sed gratia, non natura. Dona est enim gratia ut ille homo non meritis vel natura, sed esset deus sicut dei filius, ut haberet omnem scientiam et potentiam quam habet verbum, cum quo est una persona. Nec tamen in superioribus legitur quod homo sit una persona cum verbo, sed Christum verbum et eundem anima rationalis et caro, et eadem persona sit et Christus sit et deus.

Aliorum sententia.

Sunt autem et alii qui istis in parte consentiunt, sed dicunt hominem istum non solum ex anima rationali et carne, verum etiam ex humana et divina natura, id est ex tribus substantiis, divinitate, carne et anima, constare; et hunc Christum fatentur unam tantum personam esse ante incarnationem solummodo simplicem, sed in incarnatione factam compositam ex divinitate et humanitate. Nec est ideo alia persona quam prius, sed prius erat dei tantum persona, in incarnatione facta est etiam hominis persona, non ut due sint persone, sed ut una et eadem esset persona dei et hominis. Persona ergo que prius erat simplex et in una tantum natura existens, in duabus et ex duabus subsistit naturis; et persona que tantum deus erat, facta est etiam verus homo, subsistens non tantum ex anima et carne, sed etiam ex divinitate. Nec tamen persona illa debet dici facta persona, licet dicatur facta persona hominis. Facta est ergo persona illa, ut quibusdam placet, quiddam subsistens ex anima et carne, sed non est facta persona vel substantia vel natura. Unde inquiunt est ille subsistens vel illa compositum est, inquiunt, verbum, cum simplex esset.

Auctoritatem ponit que hanc plus sententiam.

De hoc Augustinus istius sententie. Prosper ait: Modis omnibus ac plurimum convenit sacrificium esse conficit duobus, de duobus constans, visibili elementorum specie et invisibili domini nostri Iesu Christi carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi, sicut Christi persona constat et conficitur ex deo et homine, cum ipse Christus verus sit deus et verus homo; quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus

in una

Homo non cepit esse aliud quam filius dei, sed ita quod cepit esse idem esse hominem et dei filium. Et vero quod illa suscepta caro

et sed quod ex parte predicati

sed in masculine et illos

Sed ille homo cepit esse filius dei, sed ita quod cepit esse ita quod homo esset filius dei.

scilicet divina et humana unitate;

BIBLIOTHEQUE DE SORBONNE

5 i. non persona non [illegible] 5 a. primam massam que fuit in primis parentibus ante peccatum

Io. damascenus

constat. De hoc etiam Ioannes damascenus. In domino nostro Iesu Christo duas quidem naturas cognoscimus, unam autem hypostasim ex utrisque compositam. Incarnatus enim Christus et ex virgine assumens primitias nostre massae, ut ipsa exstiterit in carne hypostasis, que dei verbi hypostasis composita facta fuerit; quae prius erat simplex verbi hypostasis, composita vero ex duabus naturis perfectis, deitate et humanitate, et ferens ipsa divinae dei verbi filiationis characteristicum, idest determinativum idioma, secundum quod divisa est a patre et spiritu sancto; et carnis characteristica, idest determinativa idiomata, secundum que differt Au. a matre et reliquis hominibus. Unam hypostasim filii dei confitentes in duabus naturis perfecte se habentibus, deitatis et humanitatis, et eandem hypostasim, et has duas naturas custodiri et manere in ipsa post unionem, non seorsum et secundum partem ponentes singulariter, sed unitas invicem in una hypostasi. Substantialem enim unionem dicimus, idest veram, et non secundum fantasiam. Substantialem autem dicimus, quia duae naturae perficiuntur alterutrum secundum unam compositam naturam, sed unitas invicem in unam hypostasim compositam filii dei et Mariae, eandem substantialem differentiam determinantis, quod creabile manet creabile, et quod increabile increabile, et mortale mortale, et immortale immortale, et circumscriptibile circumscriptibile, et incircumscriptibile incircumscriptibile; horum quidem refulget miraculis. De Au. hoc etiam Aug. in libro de trinitate: Quemadmodum secundum deitatem una est dei patris et filii natura, ita et secundum humanitatem eadem est matris et filii natura. Ex utraque autem substantia, divinitatis et humanitatis, unus atque idem est deus dei et hominis filius; ipse enim deus verus et homo verus, idem in Au. libro xiii de trinitate: Sic deo coniungi potuit humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona. Ac per hoc iam est ex tribus, deo, anima et carne. His aliisque pluribus auctoritatibus se muniunt qui dicunt personam Christi compositam esse vel factam sive constare ex duabus naturis, sive ex tribus substantiis.

Sunt etiam alii, Tercia aliorum sententia, qui in incarnatione verbi non solum personam ex naturis compositam negant, verum etiam hominem aliquem sive etiam aliquam substantiam ibi ex anima et carne compositam vel factam diffitentes, sed sic illa duo, scilicet animam et carnem, verbi personae vel naturae unita esse aiunt, ut non ex illis duobus vel ex his vel aliqua substantia vel persona fieret sive componeretur, sed illis duobus velut indumento verbum dei vestiretur, ut mortalium oculis congruenter appareret. Qui ideo dicitur factus verus homo, quia veritatem carnis et animae accepit. Quae duo etiam in singularitatem vel unitatem suae personae accepisse legitur, non quia illa duo vel aliqua res ex illis composita sit una persona cum verbo vel sit verbum, sed quia illis duobus accedentibus verbo non est personarum numerus auctus, ut fieret quaternitas in trinitate; et quia ipsa persona verbi quae erat prius sine indumento, assumptione indumenti non est divisa vel mutata, sed una eademque immutata permansit. Qui secundum habitum dicunt deum hominem factum, accipiendo enim hominem deus est dictus homo, et per acceptum hominem dicitur deus vere esse homo, et per assumptionem dicitur homo esse deus. Nam si essentialiter, inquiunt, vel deus esse homo vel homo esse deus intelligeretur, tunc si deus hominem assumpsisset in sexu muliebri, et mulier esse essentialiter deus esset et e converso. At potuit deus hominem assumpsisse in sexu muliebri; potuit ergo mulier esse deus et e converso. Auctoritates introducit quibus hanc sententiam roborant.

Ne autem etiam illi de suo sensu loqui videantur, testimoniis in medium productis quod dicunt confirmant. Ait enim Aug. in libro de gratia novi testamenti: Sicut non augetur numerus personarum Au. cum caro accedit animae ut sit unus homo, sic non augetur numerus personarum cum homo accedit verbo ut sit unus homo Christus. Legitur tamen deus homo, ut intelligamus hoc personae singularitatem, non ut suspicetur conversam in naturam divinitatem. Item quod tractans illud verbum Apostoli: Habitu inventus est ut homo, manifeste ostendit dici deum Au. factum esse hominem vel esse hominem secundum habitum. In libro lxxxiii questionum inquiens: Multis mo Au. dis dicitur habitum. Vel habitum animi sicut disciplinae perceptionem usu firmatam, vel habitum corporis sicut dicimus alium valentiorem alio, vel habitum et earum rerum quae membris accommodantur extrinsecus, ut cum dicimus aliquem vestitum, calciatum, armatum, et huiusmodi. In quibus omnibus generibus manifestum est habitum dici rem quae accidit vel accedit alicui, ut eam possit et non habere. Hoc autem non in dubium est ab illo verbo quod est Christus, sed habitus in ea re dicitur quae nobis ut habeamus vel ut accidit vel accedit. Verum hoc intelligendum est prima species de ea quedam quae accidunt vel accedit habitus.

5 . j . hac
5 a. distinctivum
5 a. proprietate
5 ad differentiam huius . quod dicit respondi matris
5 i. deitatia
5 i. proprietates

ut habitum faciant, non mutant, sed ipsa mutantur, illis integris et inconcussis manentibus; sicut sapientia accedens homini non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientem facit. Quaedam vero sic accedunt ut et accedentia et mutent et mutentur, ut cibus, qui amittens speciem suam in corpus nostrum vertitur, et nos cibo refecti ab exilitate atque languore in robur atque valentiam mutamur. Tertium genus est, cum ea

Tertia.

quae accedunt et accedentia non mutant ea quibus accedunt, nec ab eis ipsa mutantur, sicut anulus positus in digito; quod genus rarissime reperitur. ¶ Quartum genus est,

Quarta.

cum ea quae accedunt mutantur, non ut aliam naturam, sed aliam speciem et formam accipiunt, ut est vestis, quae deiecta atque deposita non habet eam formam quam sumit induta; induta enim membris accipit formam quam non habebat exuta. Quod genus congruit huic comparationi. Deus enim Filius semetipsum exinanivit, non formam suam mutans, sed formam servi accipiens, neque conversus aut transmutatus in hominem amissa incommutabili stabilitate, sed in similitudine hominum factus est ipse susceptor, verum hominem suscipiendo, et habitu inventus est ut homo, vel habitu hominem inveniens est ut homo, non sibi sed eis quibus in homine apparuit. Quod autem dicit ut homo, totum exprimit. Nomine ergo habitus satis significavit Apostolus qualiter dixerit: in similitudine hominum factus, quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum indutus est homine, quem sibi uniens quodammodo atque conformans immortalitati aeternitatique sociaret. Non ergo oportet intelligi mutatum esse Verbum susceptione hominis, sicut nec membra veste induta mutantur, quamvis illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copularet. ¶ His verbis aperte insinuat Augustinus duo, scilicet hominem et habitum, quibus etiam ipse incarnationis modum volens exprimere quaestionum in .lxxxiii. li. decurrit.

Utra sper co gruit huic copam oni.

Aug.

Sensibiles.

Vide quod hic sit [illegible]entia

Textus. Vide ad [illegible] [illegible].

hic nate

K. opinionem istam

Sed quaeritur ipsa incarnatio quomodo sit, secundum ipsum dicitur Verbum caro factum vel hominem factum. Non enim in hoc [illegible] factum est, est qualitatem atque naturam mutatum, sed carne ut carnalibus congruentius appareret indutum. Hac sane fide [illegible], non enim Verbum Dei et hominis caro, sed rationalis homo, id est anima et caro; et hoc totum et Deus dicitur propter Deum et homo propter hominem. Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur a peccatis abstinendo et bene operando. Difficilia enim sunt haec. Idem in libro de fide ad Petrum: Dei Filius cum sit Deus aeternus et verus, pro nobis factus est homo verus et plenus. In eo verus, quia veram habet deus ille humanam naturam; in eo vero plenus, quia carnem humanam suscepit et animam rationalem. Item: Non fuit illa Dei summi exinanitio nisi formae servilis, id est naturae humanae susceptio. Utrumque ergo est in Christo forma, quia utraque vera et plena in Christo est substantia, divina scilicet et humana natura. Demonstrabo esse maximum, cum esset prorsus invisibilis, visibilis in homine apparuit, quem de femina suscipere dignatus est. Item in eodem: Nos Christum Deum verum hominem suscepisse credimus, et in ipso visibilem invisibilem hominibus apparuisse, et in ipso inter homines conversatum fuisse, et in ipso ab hominibus humana pertulisse, et in ipso homines docuisse. Hilarius etiam in .x. libro de Trinitate: Quoniam Dei Filius natus ex virgine Maria est, non eo quod Verbum caro factum est, sed quod Filius Dei cum in forma Dei esset formam servi accepit, unum tamen eundemque non Dei defectione sed hominis assumptione perfectum, et in forma Dei per naturam divinam et in forma servi ex acceptione secundum [illegible] habitum hominis repertum fuisse; non fuit habitus ille tantum hominis, sed ut hominis, neque ea nulla caro peccati, sed in similitudine carnis peccati. Audistis tres secundum diversorum positiones sententias et singulis inducta testimonia.

Au.

Au.

Hylar.

Secundum primam [illegible] dicitur Deus factus homo et homo factus Deus, quia Deus coepit esse quaedam substantia rationalis quae ante non fuerat, et illa substantia coepit esse Deus, quod ex gratia non natura [illegible] habuit; hac ratione dicitur Christus inquantum homo praedestinatus esse Filius Dei. ¶ Huic autem sententiae opponitur: Si illa substantia coepit esse Deus et Deus illa, quaedam ergo substantia est Deus quae non semper fuit Deus, et quaedam substantia est Deus quae non est divina substantia; Deus ergo est aliquid quod non semper fuit. Quorum credunt originis testimonio innitentes Aug. dicentis super epistolam ad Romanos:

[illegible] sententias [illegible]
testimoniis [illegible]
[illegible] locutionum ex scriptura
singulares [illegible]
primam.

Oppositio

huic sen-
tentiae

xii

[illegible]

est sine dubio id quod prius non erat, sed addidit hum[illegible] carnem; secundum divinitatem non [illegible] prius [illegible] fieret. Aliis quoque pluribus modis isti sententie potest opponi, quibus supersedemus, exercitium studii lectori relinquentes, et ad aliam properantes.

In secunda quoque sententia hec dictio explanatur ut ita dicatur: Deus factus est homo, id est intelligatur cepisse esse subsistens ex duabus naturis vel tribus substantiis. Et quod dicitur homo factus est Deus, quod subsistens in duabus naturis cepit esse Deus, vel potius homo factus est Deus in eo quod Deus assumpsit hominem et homo assumptus est a Deo. Unde Augustinus dicit in libro de Trinitate: Talis fuit illa susceptio que hominem faceret Deum et Deum hominem. Secundum autem intelligentiam cum dicitur: Deus est homo, et homo est Deus, hic est sensus: Deus est persona subsistens in duabus et ex duabus naturis, et persona subsistens in duabus et ex duabus naturis est Deus, id est Verbum vel divina natura. Potest enim [illegible] predicari persona simplex et natura [illegible] persona composita. Non est autem, ut dicit Iohannes Damascenus, idem dicere naturam et personam. Ita de [illegible] ante Christum, scilicet personam illam que prodiit [illegible] inquantum est homo, id est inquantum est subsistens ex duabus substantiis, scilicet anima et carne, [illegible] divinitatis [illegible] et est ipse predestinatus. Non ergo inquantum [illegible] vel ea subsistit predestinatus est, sed inquantum subsistit in aliis duabus substantiis, scilicet anima et carne; hoc est inquantum est homo.

Determinant eum auctoritates.

Hec que prime conveniunt sententie, videntur dicere, ut cum legitur: homo ille assumptus a Verbo in singularitate persone, et factus una persona cum Verbo; de natura humana intelligitur, que Verbo unita est in singularitate persone, ita quod eadem persona que prius erat tantum simplex erat, sine incremento [illegible] vel composita. Compositionem autem [illegible] dicit esse [illegible] in aliis hominibus [illegible] ex duabus substantiis compositio. Si legatur quod naturam humanam et personam vel Dei filium; et sic unitum eum cum Deo et hominem, id est filium hominis et filium Dei, unum [illegible] non aliud et aliud [illegible] alium.

Sed his videntur adversari que subduntur continentie capitulis. Ait enim Augustinus super Iohannem: Aliud est Verbum Dei, aliud homo, sed in unitate persone est [illegible]. Item: Alia ubi alia est hominis persona [illegible] utrumque Christus unam personam. Idem ad Felicianum: Aliud Dei filius, aliud filius hominis, sed non alius. Item: [illegible] Filius aliud de patre, aliud de matre. Idem in libro [illegible] Christus qui est unus filius et Deus et homo; alia substantia Deus, alia homo.

Hec autem hoc modo determinantur, quod cum dicitur: aliud Verbum Dei, aliud homo, sive alia substantia Deus, alia homo, diversitas nature significatur. Christus enim alterius nature inquantum est homo, alterius inquantum est Deus; vel aliud natura qua est homo, aliud natura qua est Deus. Ut enim ait Iohannes Damascenus in [illegible] unite sunt ad invicem nature, divina distante [illegible] simplicitate, humanitatis vero [illegible] vel naturam [illegible] una facta composita natura. Compositum enim [illegible] neutri earum ex quibus componuntur naturis est omousyon, id est consubstantiale, sed potius ex alterutris perficiens alterum, ut corpus ex quattuor elementis compositum neque ignis nominatur neque aer neque terra neque aqua, nec horum alicui est omousyon. Quod dicunt secundum [illegible] heretici Christi unius nature composite post unionem [illegible] ex simplici natura conversus est in compositam, et neque patri simplicis nature existenti neque matri est omousyos, neque Deus neque homo denominatur, sed Christus solum. Et erit hoc nomen, scilicet Christus, non persone ipsius nomen, sed unius secundum ipsos composite nature. Nos autem Christum non unius composite nature dogmatizamus, et hoc nomen scilicet Christus persone dicimus, non monotropos, id est uno modo dictum, sed duarum naturarum esse significativum, scilicet deitatis et humanitatis. Ex deitate autem et humanitate Deum perfectum et hominem perfectum eundem esse dicimus, et dici ex duabus et in duabus naturis. Sic ergo dicitur aliud est filius Dei, aliud filius hominis, quia alterius substantie vel nature inquantum est filius Dei, alterius inquantum est filius hominis; non quod ipse filius Dei et hominis sint duo [illegible] divisa vel diversi [illegible].

Ait enim Hilarius in X libro de Trinitate: [illegible] non aliud sit filius hominis [illegible] aliud filius Dei. Verbum enim caro factum est, et ille qui filius Dei est ipse et hominis sit filius. Requiro quis in hoc filio hominis clarificatus sit. Prudenter dicit non aliud esse filium Dei et aliud filium hominis, et quo premissa roborat et supradicta determinat.

Quod etiam Deus est utrumque Christus [illegible] eidem una persona [illegible] contra [illegible] Item illud quod Augustinus dicit [illegible] id est deitatis, quia forma Dei formam servi accepit, utrumque Deus, utrumque homo, sed utrumque Deus propter accipientem Deum, utrumque homo propter acceptum hominem. Et illud quod idem ait in libro de bono perseverantie: Quisquis fidelis est, meo veram naturam humanam credit suscipiente Deo Verbo ita sublimatam, ut qui suscepit et quod

hic explanat secundum secundam sententiam locutionem [illegible] Quod non intendi[illegible] cere naturam ut persona[illegible] Et quo [illegible] sic dicit Christum predestinatum [illegible] Qualiter ergo intelligantur auctoritates que quasi videntur obviare sententie [illegible] Quedam ponit que premissis videntur obviare.

Qualiter hic respondeat. Auctoritate confirmat determinationem. Alia etiam verba auctoritatum ut doctrinam [illegible].

finale

[illegible] in concilio Alia lectio

Ioh. Damasc.

[illegible] desunt ee.

Ioh. Damasc.

De Christo magistri

hominem

Opinio

Ad hoc est contra istam opinionem

susceptae, una esse in trinitate persona assumptis, ne illa ineffabilis trinitas, faciente personae unius incremento, in quaternitatem. Sicut autem qui suscepit et quod suscepit una est persona, ergo natura humana cum illo una est persona. Sed haec omnia ex tali sensu dicta fore traduntur, ut intelligatur dictum esse Christus una persona, quia in utroque unus Christus una persona subsistit.

hic auctoritatem tractat non ostendit inter deum et animam corpus.

Ita etiam susceptum cum suscipiente dicitur una persona, quia susceptum suscipienti est sociatum in unitate personae, id est ita quod unitas personae permansit, non ita ut ex eo et anima fieret unus deus, quia, ut ait Augustinus, verbum esse deus non cum assumpta. Et Ambrosius in libro tertio de spiritu sancto ait: Aliud est quod assumpsit, et aliud quod assumptum est.

Ambr.

hic quidem ponit auctoritatem quae multum videtur huic sententiae opposita.

Est autem aliud quod huic sententiae plurimum videtur obviare. Ait enim Augustinus in libro: Et maxime innuit Christum unam personam geminae substantiae, quia et deus est et homo est; nec tamen deus vel homo pars huius personae dici potest. Alioquin filius dei deus, antequam susciperet formam servi, non erat totus, et crevit cum homo divinitati eius accessit.

Aug.

Responsio illorum

Sed hoc dicunt non esse partem illius personae, quia non videtur illa persona constare ex deo et homine; accessit cum deo quod etiam illi dicunt illam personam non tamen constare ex deo et homine quasi ex partibus; ita enim partes alicuius totius dicuntur, ut ex illis quod ex eis constituatur. Non autem sic humana et divina natura in Christo uniuntur. Inexplicabilis enim est iste unionis quae non est partium.

Nota

Alia solutio

Quidam tamen eo nomine dei ibi personam significari putant, quae de tribus agitur personis, quarum nullam trinitatis esse praedicabant, sicut pars illius personae non est deus. Quod si de persona intelligatur, manifestum est quia persona non est pars personae. Postea est diligenter sententia secunda retexplanata et in nullo vel modice obviare auctoritatibus.

Tertia sententia inducitur, quae consideranda est.

Tertia sententia quae sic praemissis ponitur intelligentia.

In hac ergo sententia sicut dicitur deus factus homo, quia hominem accepit, ita dicitur esse homo, quia hominem habet, id est est habens hominem; et homo factus deus, quia assumptus est a deo. Ita dicitur esse deus, quia verbum hominem est deus. Sic ergo dicitur deus est homo, vel habitus praedicatur vel persona sive humanitas, et quod persona hypostasim praedicet. Cassiodorus ostendere videtur dicens: Factus est, ut ita dicerem, deus humanatus, qui etiam in illa assumptione carnis deus esse non destitit. Quod et sic etiam accipi potest, ut dicatur deus factus humanatus. Christus factus deus humanatus, utrumque enim sane potest dici. Cum ergo dicitur: factus est deus homo, multiplex secundum istos est intelligentia, ut naturam humanam accepisse vel humanatum verbum dicatur incepisse intelligatur; nec tamen incepit esse humanatum verbum; non sequitur quod inceperit esse verbum, non factus est humanatum verbum, sequitur quod factus sit verbum. Sicut de aliquo dicitur hodie iste coepit esse bonus homo vel factus est bonus homo, nec tamen hodie coepit esse homo vel factus est homo.

Quo sensu Christus secundum istos dicatur praedestinatus.

Secundum illos dicitur Christus secundum quod homo praedestinatus esse filius dei, quia est praedestinatum a deo ab aeterno ut in tempore collata ei per gratiam ut ipse eius homo esset filius dei; hoc enim non semper habuit, sed in tempore per gratiam accepit. Quod videtur Augustinus notasse in libro ad Prosperum, ubi tamen dicitur: Praedestinatus est Jesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset in virtute filius dei.

Aug.

Auctoritate confirmat Christum

His etiam addunt: Christus minor patre secundum quod homo, id est in eo quod homo; hoc intelligunt deum, vel in quantum habet sibi hominem unitum. Unde Augustinus in primo libro de trinitate: Deus filius dei patri in divinitate est aequalis, humanitate minor; in forma enim servi minor est patre, in forma dei aequalis est patri. Sic quoque verbum accipiendum est incarnationis.

Quod deus homo deificatus

Ita homo id est deus humanatus vel hominem deificatum dici traduntur, ut in illo Johannis Damasceni: Non hominem deificatum dicimus, sed deum hominem factum.

Damasc.

Quod non debet dici homo dominicus.

Et licet dicatur homo deus, non tamen congrue dicitur homo dominicus. Unde Augustinus in libro retractationum: Non video utrum recte dicatur homo dominicus, qui est mediator dei et hominum Christus Jesus, cum sit utique dominus. Hoc quidem ut dicerem apud quosdam legi tractatores catholicos, sed ubicumque hoc dixi, dixisse me nollem; postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla ratione posset defendi. Secundum istos dicitur persona filii individualis et coaequalis existentiae naturae, secundum adhaerentiam vel existentiam alteri quoniam inhaeret ei alteri unita est.

Aug.

Quod praedicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc quaestionem.

Satis diligenter iuxta diversorum sententias sine praepositum absque assertione et praeiudicio tractavimus quaestionem. Verumtamen nolo in tanta re tamque ad dignoscendum difficili putare lectorem istam sibi nostram debere sufficere disputationem, sed legat et alia fortasse considerata aut tractata, et quae hic movere possumus vigilantiore atque intelligentiore si potest intente discutiat. Quod deus hominem assumpsit, homo in deum consumitur, non naturae labilitate sed dei dignatione, ut nec deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in divinam glorificatus in

Damasc.

In Matheo de [illegible]

deitatem sibi uniens ut veritas nature divine nullam mutationem vel abolitionem susciperet faceret.

An divina natura debeat dici nata de virgine.

Post predicta inquiri debet utrum natura divina concedenda sit de virgine nata, sicut dicitur de virgine incarnata. Et videtur utique non debere dici natura de virgine nata, ne similiter nata de patre. Que enim res non est de patre genita non est de matre nata, nec res aliqua similiter bis nata [illegible] sed ab humanitate quod illud non tenet ac in divinitate. Videtur tamen posse probari quod sit nata de virgine, quia filius est Deus natus de virgine, sed hominem assumpsit in utero virginis. Cum divina natura superius sit dicta hominem assumpsisse, videtur debere dici nata. De hoc autem Augustinus in libro de fide ad Petrum sic ait: Natura eterna atque divina non posset temporaliter concipi et nasci ex natura humana, nisi secundum susceptionem veritatis humane veram temporalem conceptionem nativitatemque ineffabiliter in se divinitas accepisset. Sic ipse Deus eternus veraciter secundum tempus conceptus et natus ex virgine. Ista auctoritate videtur insinuari quod natura divina sit nata et concepta de virgine. Sed si diligenter notetur illa, potius de persona agi intelligitur, que sine dubitatione et de patre et de matre nata esse dici debet.

De gemina Christi nativitate qui bis natus est.

Queri etiam solet utrum debeat dici Christus bis natus, ut dicitur bis natus filius. Et quod dici potest Christum bis natum esse duasque nativitates habuisse, Augustinus in libro de fide ad Petrum: Pater Deus de sua natura genuit filium Deum sibi coeternum; idem Deus unigenitus Deus Verbum natus est semel ex patre, semel ex matre. Natus est enim de patre Deus Verbum, natus est de matre Verbum caro factum. Ipse ergo unus atque idem Dei filius natus est ante secula et natus in seculo. Utraque nativitas unius est filii Dei, divina scilicet et humana. Idem Iohannes Damascenus: Duas Christi nativitates veneramur, unam ex patre ante secula, que est super causam et rationem et tempus et naturam; unam in ultimis propter nos et secundum nos et super nos: propter nos quia propter nostram salutem, secundum nos quia natus est homo ex muliere et tempore conceptionis, super nos quia non ex semine sed ex spiritu sancto et sancta virgine super legem conceptionis. Ex his manifeste apparet Christi duas esse nativitates eumque bis natum fore.

De adoratione humanitatis Christi. An eadem sit adoratio humanitatis et deitatis, et que exhibenda.

Preterea investigari oportet utrum caro Christi et anima una eademque cum Verbo Dei adoratione adorari debeat qua illud, que latria dicitur. Sicut autem latria carni Christi exhibetur, latria que intelligitur servitus sive cultus soli creatori debitus. Cum anima Christi et caro creatura sit, creature autem soli creatori debetur, quod si creature impenditur, idolatrie deputatur, ideo quibusdam videtur non illa adoratione que latria est carnem Christi et animam adorandam, sed illa que est dulia. Cuius duas species vel modos esse dicunt: est enim cuidam modi dulia que exhibetur cuilibet creature pro certis causis, et alia soli humanitati Christi exhibenda, quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda; non tamen adoratur cultu divinitati debito exhibito, qui cultus in dilectione et sacrificii exhibitione atque reverentia consistit, que latine dicitur pietas, grece autem theosebia, id est Dei cultus, vel eusebia, id est bonus cultus.

Non sicut quidam unam adorationem utrique exhibent.

Aliis autem placet humanitatem una cum Verbo adoratione latrie adorandam, nec per se ipsam sed propter Verbum cui unita est. Nec ipsa humanitas sola vel nuda cum Verbo cui unita est, nec per se sed propter illud adoranda est. Nec qui hoc faceret idolatrie reus iudicari posset, quia nec soli creature nec ipsi cum humanitate et humanitati servierunt. De hoc Iohannes Damascenus: Due sunt nature Christi ratione et modo differentes, unite autem secundum hypostasim. Unus igitur Christus est Deus perfectus et homo perfectus, quem adoramus cum patre et spiritu sancto una adoratione cum incontaminata carne eius, non inadorabilem carnem dicentes. Adoratur enim in una Verbi hypostasi, que hypostasis generata est. Non creature venerationem prebemus. Non enim nudam carnem adoramus, sed unitam deitati, in unam hypostasim Dei Verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter lignum copulatum igni. Adoro Christi deitatem simul utramque propter carni unitam deitatem. Non enim quartam appono personam in trinitate, sed unam confiteor personam Verbi et carnis eius. His verbis insinuari videtur Christi humanitatem una adoratione cum Verbo adorandam. Idem Augustinus ex sermone Domini: Non turbetur cor vestrum. Dicunt heretici filium Dei non natum esse sed factum, sed creaturam; quibus respondendum est, quod si factus est, non est Deus natura sed creatura, nec colendus est omnino nec ut Deus adorandus, dicente apostolo: Coluerunt et servierunt potius creature quam creatori. Ipsi vero hoc replicabunt et dicent: Quid est quod carnem eius, quam fatemini esse creaturam, simul cum divinitate adoratis et ei non minus quam divinitati deservitis? Ego dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem, ideo adoro quod a divinitate suscepta atque deitati unita est, ut non alium et alium, sed unum eundemque Deum et hominem filium Dei esse confitear. Denique si hominem

Christus adorandus:
- pro incarnatione et ymaginis
- [illegible]
- pro [illegible] ut Christus [illegible]
- pro resurrectione et [illegible]
- pro ascensione et [illegible] terminus [illegible] et in qua [illegible] non descendit [illegible] et non descendit in quo est adorandus.

d. viii

nota

d. ix

Ioh. dam.

Ioh. damasc.

dulia duo — latria

Epistola ad Ro.

s. i. adorandi latria filium et carne

s. a. illa ps

sepeliunt. Ad quod illi: numquid credo. Nec servio. Velut si quis purpuram vel diadema regale iacens inveniat, numquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si ea cum rege adorare contempserit. Ita etiam in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam, sed divinitati unitam, scilicet unum filium dei, verum deum et verum hominem, si quis adorare contempserit, aeternaliter morietur. Idem super psalmum nonagesimum viii: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Sciendum est quod in Christo terra est, id est caro, quae sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, et de carne Mariae carnem accepit, et sine impietate scabellum dei assumptum adoratur a nobis, quia nemo carnem eius manducat nisi prius adoraverit. Si quis ad carnem non terram intuetur, sed illum potius cuius scabellum est, propter quem adorat. His auctoritatibus praemissae investigationis absolutio exhibetur.

ps. dominus regnavit irascantur populi.

An Christus secundum quod homo est sit persona vel aliquid.

Solet etiam a quibusdam quaeri utrum Christus secundum quod homo sit persona vel etiam sit aliquid. De utraque parte contraria argumenta concurrunt. Quod enim persona sit Christus secundum quod homo, his ostendunt rationibus: Si secundum quod homo aliquid est, aut persona aut substantia aut aliud est; sed aliud non, ergo persona vel substantia. Si substantia, aut rationalis aut irrationalis est; sed non est irrationalis, ergo rationalis substantia. Si ergo secundum quod homo est rationalis substantia, ergo persona, quia haec est diffinitio personae: substantia rationalis individuae naturae. Item secundum quod homo est aliquid, ergo secundum quod homo persona est. Si e converso, si secundum quod homo persona est, vel tertia in trinitate vel alia; sed alia non, ergo tertia in trinitate persona. At si secundum quod homo persona est tertia in trinitate, ergo deus. Propter haec inconvenientia alii quidam dicunt Christum secundum hominem non esse personam, nec aliquid, nisi forte secundum quod exprimit unitatem personae. Secundum enim multipliciter hic intelligitur: aliquando enim exprimit conditionem vel proprietatem naturae divinae vel humanae, aliquando unitatem personae, aliquando habitum, aliquando causam. Quam distinctionem diligenter lector advertat et in sinu memoriae recondat, ne confundatur sensus cum de Christo sermo occurrerit.

argumentatio utriusque parte quod [illegible]

s. v. ea

Nota

Et hoc dicunt contra rationem: non tamen sequitur persona sit secundum quod homo.

Illud tamen non sequitur, quod in argumentatione superiori inductum est, quod si Christus secundum quod homo est substantia rationalis, ergo est persona. Nam et anima rationalis substantia est, nec tamen persona, quia non est per se sonans, immo alii rei coniuncta. Illa tamen descriptio personae non est data pro illis tribus personis.

Illa descriptio non est data pro illis personis.

Supra capitulo posita. ·c· p· verba vocat de iudice nate

Alia probatio quod Christus sit persona.

Sed adhuc aliter innituntur probare Christum secundum hominem esse personam, quia Christus secundum quod homo praedestinatus est ut sit dei filius. Sed illud est quod ut sit praedestinatus est. Ergo si praedestinatus est secundum quod homo ut sit filius dei, ipse secundum quod homo est filius dei. Ad quod dicimus Christum esse id quod ut sit praedestinatus est. Fuit enim praedestinatus ut sit filius dei, ipse vero est filius dei, sed hominem praedestinatum esse ut sit filius dei per gratiam, vel hominis hominem. Non tamen hominem est filius dei, nisi forte unitatis personae secundum sit expressum, ut sit sensus: ipse qui est homo filius dei, vel ipse est filius dei per gratiam — hic sed [illegible] filium esse non ideo quo homo est, adeo filius est.

An Christus sit adoptivus filius secundum quod homo vel aliquo modo.

Si vero quaeritur an Christus sit adoptivus filius secundum quod homo, sive alio modo, respondemus Christum non esse adoptivum filium aliquo modo, sed tantum naturalem, quia natura filius est, nec adoptivus gratia. Non enim sic dicitur filius natura ut dicitur deus natura; non enim eo filius est quo deus est, quia secundum naturam divinitatis deus est, non tamen dicitur natura filius, quia illud est filius eandem scilicet habens naturam cum illo qui genuit. Adoptivus autem filius non est, quia non prius fuit et post modum adoptatus est. Sicut nos dicimur adoptivi filii, quia cum nati fuerimus filii irae, per gratiam facti sumus filii dei. Christus vero numquam fuit non filius, ideo non est adoptivus filius.

Oppositio quod sit adoptivus filius.

Sed adhuc opponitur sic: Christus filius est hominis, scilicet virginis, aut gratia aut natura, vel utroque modo. Si vero natura, aut divina aut humana; sed divina non. Ergo aut humana natura, aut non naturalis est filius hominis. Si non natura, ergo gratia tantum; sic etiam natura humana [illegible] non nisi per gratiam. Si ergo gratia filius virginis est, adoptivus filius esse videtur, ut idem sit naturalis filius patris et adoptivus filius virginis.

Responsio.

Ad quod dici potest Christum filium virginis esse natura vel naturaliter et gratia, nec tamen adoptivus filius virginis est, quia non per adoptionem sed per unionem filius virginis esse dicitur, quia in virgine hominem accepit in unitatem personae. Et hoc fuit gratiae, non naturae. Unde Augustinus in Enchiridion: Quod unigenitus est aequalis patri, non est gratiae sed naturae. Quod autem in unitatem personae unigeniti assumptus est homo, gratiae est, non naturae. Ideo nec dei nec hominis est adoptivus filius, sed dei naturalis et hominis naturalis, et gratia filius. Quod vero naturalis sit hominis filius, Augustinus in libro de fide ad Petrum sic ostendit: Deus filius est naturalis hominis filius, qui est naturalis filius unigenitus dei patris. Quod autem non sit adoptivus filius, tamen gratia sit filius, ex subditis probatur testimoniis. Hieronymus super epistolam ad Ephesios ait: De ihesu Christo scriptum est quod semper cum patre fuit, et numquam eum ut esset voluntas paterna praecesserit.

Talis quidem natura filius est; nos vero adoptione. Ille enim quod filius est non fuit; nos vero quod ante non eramus facti sumus. Tamen aliquid adoptionis accepimus cum credidimus in filium Dei. hil. Hilarius in tertio libro de Trinitate: Dominus dicens "clarifica filium tuum", non solo nomine contestatur esse se filium, sed etiam proprietate; nos filii Dei sumus, sed non talis hic filius; hic enim verus et proprius est filius origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; nativitate, non creatione. Aug. Item aug. super Iohannem: Nos sumus filii gratia, ille natura; unigenitus a patre natus, non gratia. Sed hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est. ambr. Ambrosius in primo libro de Trinitate: Christus filius est non per adoptionem sed per naturam; nos per adoptionem filii dicimur, ille per veritatem naturae est. Ex his evidenter ostenditur Christum non esse filium gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur, ut ait Aug., cum non esse gratia filium asserit. Verum enim quod adoptivus non est, immo unionis filius Dei est filius hominis et consimilis.

Utrum persona sit praedestinata vel natura.

Quod si quaeritur utrum praedestinatio illa quam commemorat Apostolus sit de persona an de natura, sane dici potest et personam filii quae semper fuit esse praedestinatam secundum hominem assumptum, ut ipsa scilicet cum homo esset Dei filius, et naturam humanam esse praedestinatam ut verbo patris personaliter uniretur.

Di. xi.

Utrum Christus sit creatura, sive creatus vel factus.

Solet etiam quaeri utrum debeat simpliciter dici atque concedi Christum esse factum vel creatum vel creaturam, an quod dici potest simpliciter et absque determinatione, in talibus congruentius dicatur. Sed quia brevitatis causa simpliciter dicitur, non aliquando tamen simpliciter debet intelligi, quia, ut ait Aug. in primo libro de Trinitate: Cum de Christo loquitur quid secundum quid dicatur, prudens et diligens ac pius lector intelligere debet. Quod Christum vel Dei filium non esse factum vel creatum in primo libro de Trin. ostensum est ita sequentibus: aug. In principio erat verbum; verbum factum non est. Omnia per ipsum facta sunt, neque dicit omnia nisi quae facta sunt. Ideo creatum non esse verbum liquido apparet, quia ipsum factum non est, per quod facta sunt omnia; et si factus non est, creatura non est. Si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiae est. Omnis enim substantia quae Deus non est, creatura est; et quae creatura non est, Deus est. Sed si filius non est eiusdem substantiae cum patre, ergo facta substantia est; si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum facta sunt; facta ergo substantia non est, sed una cum patre in eadem substantia est. Item aug. eodem: Si vel filium fecit pater, quem non fecit ipse filius, non omnia per filium sunt facta. At omnia per filium facta sunt; ipse ergo factus non est, ut cum patre faceret omnia quae facta sunt. Idem in libro lxxxiii quaestionum: aug. Dicitur creatura quicquid fecit pater deus per filium, quia filius non potest appellari creatura, quia per ipsum facta sunt omnia. Ambr. in primo libro de Trinitate: Provideamus, inquit, ambr. creaturam non esse Dei filium. Audivimus enim in evangelio dominum mandasse discipulis: Praedicate evangelium universae creaturae. Qui universam creaturam dicit, nullam excepit. Et ubi sunt qui creaturam Christum appellant? Num si creatura esset, filius mandaret evangelium praedicari ipsi creaturae? Item: Cum testante apostolo omnis creatura vanitati subiecta est, non igitur Christus creatura est, qui creaturae evangelium docendum esse discipulis mandavit officio.

De perfidia et poena Arrii. ambr.

Arrii haec fuisse perfidia legitur, ut Christum assereret creaturam. Unde effusa sunt Arrii viscera, atque crepuit medius, prostratus in faciem, ea quibus Christum negaverat foeda ora polluit. Ex his aliisque pluribus testimoniis instruimur non debere fateri simpliciter Christum esse factum vel creaturam, sed addita determinatione recte dici potest, ut si dicatur factus secundum carnem vel secundum hominem, ut factura humanitati attribuatur, non deitati. Unde enim ait Ambr. in i. libro de Tri.: Non deus factus est, sed

Ex quo sensu dicatur deus factus. ambr.

deus Dei filius natus est. Postea autem deus secundum carnem homo factus est ex Maria. Misit enim Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege; filium, inquit, suum, non unum de multis; et dicit suum generationis aeternae proprietatem signavit. Postea factum ex muliere asseruit, ut factura non divinitati sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum quoque ex muliere dicit propter carnis susceptionem, sub lege propter observantiam legis. Sed generationi non praeiudicat, nec caro divinitati. Deinde caelestis generationis sacramentum suscepit, non divinus sed humanus, ut unus crederetur divinitate et corpore. Non enim alter ex patre, alter ex virgine; sed idem aliter ex patre, aliter ex virgine, qui factus est secundum susceptionem naturae, non secundum aeternae substantiae, quae legitur primogenitus et unigenitus: primogenitus, quia nemo ante ipsum; unigenitus, quia nemo post ipsum. Ex his evidenter traditur qua intelligentia accipiendum sit, cum dicitur Christus factus vel simpliciter vel cum additamento, ut factum vel creaturam non ad assumentem dominum sed ad assumptum hominem referas. Unde et creatura creatum esse non potest, ut ait Ambr. in primo libro de Trin.: Numquid deus factus est Christus? Numquid mandatum creatus est Christus? ambr. Quomodo autem creatura in deo esse potest? Est enim deus naturae simplicis, non coniunctae atque compositae, cui nihil accidat, sed solum quod divinum est in natura habeat sua. Sed si ergo Christus secundum hominem dicitur creatum, non tamen Christus simpliciter praedicandus est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominem dicitur esse creatura potest quis progredi sic argumentando: Si secundum quod homo Christus est creatura, vel rationalis vel non, vel quae est deus vel non: [illegible] per hoc probare

contra nestorium
sabellium.
arrium.
adoptionem

contra genitum [illegible]

in secta idem
[illegible] alter | fecit

par

Nota quod primogenitus et unigenitus [illegible] q̃ Infectum factum colens. venerare figmentum: Simplicis usie. plenitudo cui. ubique Sic est. quod nusquam. quia quis intuens presens Reseruat. et ex habitu forme: non genitus deus.

D. xii.ª

Sciri

i preuentus

~~D. xiii.~~

Au. in li. de tri.

i. spiritus mediator dei

i. et carnalis natus

Christum esse aliquid non diuinum, eo quod ipse est secundum hominem ipse est. vel. si secundum hominem est aliqua substantia non diuina, rationabiliter utique aliquid non diuinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio. Illa autem locutio tropica est, qua christus dicitur creatura. vel simpliciter. vel cum adiunctione. An homo ille semper fuit. vel esse cepit.

Post predicta queritur. utrum homo ille cepit esse. uel semper fuit. Sic enim simpliciter enuntiamus christum dei filium semper fuisse. nec cepisse. De hoc augustinus in questionibus super iohannem. Habuit aliquid dei filius quod nondum habuit idem ipse hominis filius. quia nondum erat homo. Item in eadem. Principium mundi erat. nec nos eramus. nec ipse mediator dei et hominum homo christus ihesus. Idem super psalmum. Christus natus est. et si forte homo recens est, tamen est eternus deus. Alibi quoque legitur. quod puer ille creauit stellas. et christus dicit se esse principium. et esse ante abraham. His igitur auctoritatibus in nullo resultantes. dicimus hominem illum in quantum homo est cepisse. in quantum uerbum est semper fuisse. Hic enim absque distinctione non est ferenda responsio. Nam ut ipse augustinus hic utitur distinctione in pluribus locis dicens. per christum omnia esse facta. in quantum uerbum est. secundum id uero quod homo est ipsum esse factum et sanctificatum. Si ergo ad personam respicias. confidenter dic hominem illum semper fuisse. si uero ad naturam hominis. concede eum cepisse. Si deus alium hominem assumere potuit. vel aliunde quam de genere ade.

Solet etiam queri. utrum alium hominem vel aliunde hominem quam de genere adam deus assumere potuit. Quod sane dici potest. Respondeo. Potuit et aliam animam et aliam carnem potius sibi assumere. quia gratia tamen assumpta est anima illa et caro a uerbo dei. ut enim ait augustinus. In rebus per tempus ortis illa summa gratia est. quod homo in unitate persone coniunctus est deo. Potuit igitur deus et aliam animam et aliam carnem sumere. et carnem utique aliunde quam de genere adam. unde augustinus in libro xiii de trinitate. Poterat hominem aliunde suscipere in quo esset mediator dei et hominum. non de genere illius adam. qui peccato suo obligauit genus humanum. sicut ipsum quem primo creauit. non de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel sic vel alio quo vellet modo creare alium. unde vinceretur victor prioris. Sed melius iudicauit et de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem per quem generis humani vinceret inimicum. et tamen ex uirgine. cuius conceptum spiritus non caro. fides non libido preuenit. Nec interfuit carnis concupiscentia. qua ceteri concipiuntur. qui originale contrahunt peccatum. Sed credendo non concumbendo sancta est fecundata uirginitas.

His ita aperte ostenditur alium et aliunde hominem deum assumere potuisse. Si homo ille potuit peccare. uel non esse deus.

Ideo non inmerito queritur. utrum ille homo potuerit peccare vel non esse deus. Si enim potuit peccare. et potuit dampnari. Si potuit dampnari. potuit non esse deus. Ergo si potuit peccare. potuit non esse deus. quod et dicitur ipse et velle iniquitatem sunt et nequeunt. hic distinctione opus est. utrum de persona an de natura agatur. Si enim de persona agitur. Respondeo. manifestum est quod peccare non potuit. nec deus non esse potuit. Si uero de natura disseratur. distinguendum est utrum agitur de ea in quantum unita est uerbo. an de ea secundum quod fuit unita uerbo. an de ea secundum quod est et potuit esse non unita uerbo. Si non est ambiguum uerum illam etiam unitam uerbo peccare non posse. et est sine ambiguo uerum eandem si esset non unita uerbo peccare posse. Quorundam oppinio quod potuit etiam unitam deo peccare.

Quidam tamen plane conantur eam etiam unitam uerbo posse peccare. quia liberum arbitrium habuit. et per liberum arbitrium [illegible] quod si uoluisset. sicut angeli liberum arbitrium habentes. tamen gratia adeo sunt confirmati ut peccare nequeant. Quanto magis ergo ille homo cui spiritus datus est sine mensura. Inducunt quoque auctoritatem ad astruendum. Auctoritate. idem. Scriptum est enim in libro sapientie. unde ad hoc. Qui potuit transgredi. et non est transgressus. facere malum et non fecit. Sed hoc accipiendum est de membris. vel partim de capite. partim de membris. De capite non est transgressus. et non fecit malum. de membris potuit transgredi. et facere malum. Si deus potuit assumere hominem in sexu muliebri.

Solet etiam queri a quibusdam curiose an non uoluisset. si deus humanam naturam potuit assumere secundum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominem in femineo sexu. Ut assumptio inuisibilis dei oportuni tempus conueniens tamen erat ut de femina nasceretur. uirum assumeret. ut in utroque sexu liberatio ostenderetur. unde augustinus in libro lxxxiii questionum. Hominis liberatio in utroque sexu debuit apparere. Au. ergo quia uirum debuit suscipere qui sexus honorabilior est. consequens erat ut feminei sexus liberatio hinc appareret. quod ille uir de femina natus est. Sapientia ergo dei que dicitur unigenitus dei filius homine suscepto in utero et de utero uirginis liberationem hominis indicauit. Si christus in natura hominis in sapientia et gratia proficere potuit. vel profecit.

Preterea sciendum est christum secundum hominem ab ipsa conceptione gratie plenitudinem recepisse. cui spiritus datus est non ad mensuram. et in quo plene. Corporaliter dicitur plenitudo diuinitatis habitare in christo.

Attende. ut homo ante deum uinta(?)

oppo xpi

ide dicte

D. xiii.

[illegible]

tudo divinitatis corporaliter habitat. In illo vero habitat sicut in capite, in aliis sicut in membris; ut Augustinus ad Dardanum ait: Sicut in corpore nostro inest sensus singulis membris, sed non quantum in capite; ibi enim et videtur et auditur et olfacitur et gustatur et tangitur; in ceteris autem solus est tactus: ita in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis, quia ille est caput in quo sunt omnes sensus; in sanctis vero quasi solus tactus est, quibus datus est spiritus ad mensuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similitudinem, quia non eamdem essentialiter, sed similem acceperunt gratiam. Puer ergo ille plenus sapientia et gratia fuit ab ipsa conceptione; unde Ieremias recte dicit: Novum faciet Dominus super terram: mulier circumdabit virum, quia in utero virginis perfectus vir erat, non solum secundum animam, sed etiam secundum sapientiam et gratiam, qua plenus erat.

Quomodo intelligitur de plenitudine eius accepisse

Auctoritatem que videtur obviare.

Huic autem videtur obviare sententie quod in Luce evangelio legitur: Iesus proficiebat sapientia et etate et gratia apud Deum et homines. Si enim proficiebat sapientia et gratia, non videtur a conceptione habuisse plenitudinem gratie sine mensura. Quod sane dici potest Christum secundum hominem in ipsa conceptione accepisse sapientie et gratie plenitudinem qua Deus eum replevit, cui conferre non potuit. Proficere tamen dicitur profecisse sapientia et gratia, non quidem in se, sed in aliis, qui de eius sapientia et gratia proficiebant, dum eius sapientie et gratie munera secundum processum etatis magis ac magis patefaciebat. Unde Gregorius in quadam omelia ait: Iuxta hominis naturam proficiebat sapientia, non quod ipse sapientior ex tempore fieret, qui a prima conceptionis hora spiritu sapientie plenus permanebat; sed eamdem qua plenus erat sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrabat. Iuxta hominis naturam proficiebat etate, de infantia ad iuventutem; iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse quod non habebat per accessum temporis accipiendo, sed pandendo donum gratie quod habebat. Apud Deum et homines, quia quantum proficiente etate patefaciebat hominibus dona gratie que sibi inerant et sapientie, tantum eos ad laudem Dei excitabat, et secundum hoc apud Deum et homines ad salutem proficiebat. In aliis ergo, non in se, proficiebat sapientia et gratia. Unde in eodem evangelio: Puer ille plenus sapientia et gratia perhibetur. Sic ergo dicitur profecisse sapientia et gratia, ut aliquis recto consilio dicitur profecisse, inventa sibi credita, dum per eius industriam alii profecerunt. Predictis videtur adversari quod Ambrosius ait.

ad determinationem auctoritatis

Gregorius.

Alibi tamen scriptum reperitur quod secundum sensum hominis profecerit, sicut etate hominis profecit. Ait enim Ambrosius in libro III de Spiritu Sancto: Ut Deus perfectionem nature assumpsit humane, suscepit sensum hominis, sed non sensu carnis fuit inflatus. Sensum hominis animam dixit rationalem. Sensu hominis esurivit, rogavit; sensu hominis profecit, sicut scriptum est: Iesus proficiebat etate et sapientia et gratia. Quomodo proficiebat sapientia Dei? Profectus etatis et profectus sapientie, sed humane est. Ideo etatem commemoravit, ut secundum hominem crederes dictum; etas enim non divinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat etate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sensus autem proficit, quia sensus est sapientia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo ipse est susceptus; si divinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, mutatur in melius; sed quod divinum est non mutatur. Sensus ergo proficiebat humanus; sensum ergo suscepit humanum. Non poterat contristari Deus, nec crescere Deus, nec altitudo sapientie Dei impleri. Que enim implebatur, erat non Dei sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur qui ut omnia impleret descendit? Et post aliquid: Sensum dixit et sanctus. Quod patrem puer nesciebat aut matrem, scriptum est: Enim priusquam sciat puer patrem aut matrem, accipiet spolia Samarie. Sapientiam enim Dei futurorum occulta non fallunt; expers autem agnitionis infantia per humanam utique imprudentiam quod adhuc non didicerit ignorat. Sed verendum est, inquiunt, ne si duos principales sensus aut geminam sapientiam Christo tribuimus, Christum dividamus. Numquid cum et divinitatem eius et carnem adoramus, Christum dividimus? Numquid cum in eo et imaginem Dei et crucem veneramur, dividimus eum? Apostolus certe qui de eo dixit: Etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, vivit tamen ex virtute Dei, ipse dixit quod non divisus est Christus. Numquid etiam cum dicimus quod animam rationalem et intellectus nostri suscepit capacem, dividimus eum? Non enim ipse Deus verbum pro anima rationali et intellectus capaci in carne sua fuit; sed animam rationalem et intellectus capacem, et eamdem humanam et eiusdem substantie cuius nostre sunt anime, et carnem nostre similem eiusdemque cuius caro est nostra substantie suscipiens, perfectus homo in fuit.

de duobus sensibus Christi scilicet gemina sapientia

Ambrosius.

Ambrosius.

ł nostre

De intelligentia premissorum verborum.

Hec verba Ambrosii pia diligentia inspicienda sunt, que ex parte hominis ignorantiam instruunt et illuminant, ex parte erroris fomitem prave intellecta nutriunt. His enim evidenter tradit duos in Christo esse principales sensus. De gemina sapientia Christi et genera.

scilicet sapientia.

scilicet sensibilia vere.

scilicet talem

scilicet quod non senescit;

quod quod mutatur divinum non est;

scilicet videatur scire.

scilicet modi.

scilicet secundum opinionem vulgi;

Luce II.

ad profectum hominis

suis sive geminam sapientiam, neque continuitas vel singularitas personae dividit. Sed iuxta duas naturas duas habet sapientias, unam scilicet non creatam sed genitam, quae est ipsa divinitas, aliam non genitam sed creatam, per gratiam ei collatam. Nam et ysaias de eo praedicat: Requiescet super eum spiritus sapientiae et intellectus, id est spiritus sapientiae et intellectus, id est sapientia et intelligentia per spiritum sanctum gratis data. Christus erat sapiens secundum animam; secundum divinitatem vero sapiens erat sapientia aeterna, quae est deus. Et sicut inquantum deus est bonus est naturali bonitate quae ipse est, et iustus iustitia illa quae ipse est, ita sapiens sapientia illa quae ipse est. Anima vero eius sic bona est et iusta bonitate vel iustitia gratis data, quae ipse vel ipsa non est; ita etiam sapiens est sapientia gratis data, quae ipse vel ipsa non est. Et licet gemina sit in ipso sapientia, una tamen eademque persona est quae sapiens est, quia inquantum deus est, ut inquantum divina natura est, sapiens est sapientia aeterna, scilicet sapientia ingenita, quae est pater, et sapientia quae non est genita, quae communis est tribus personis, et sapientia genita, quae non est alia et alia sapientia genita, quae tamen filius est, et sapientia quae communis est pater et filius et spiritus sanctus. **Quomodo intelligendum sit.**

Inquantum vero idem ipse homo est, id est hominem accepit, vel inquantum est substantia rationalis ex anima et carne, sapiens est sapientia gratuita, et sapientiam gerit humano sensu et animo. **Quomodo intelligendum sit illud: proficiebat humana.**

Sed ex qua causa illud dicti intelligentia, scilicet sensus proficiebat humani, assumenda est? Aperte enim videtur ambrosius innuere quod Christus secundum humanum sensum profecerit, id quod in infantia eius [illegible] experiens cognitionis sibi ipsam matrem ignoravit; quod nec est receptum nec praemissae auctoritati patitur sic intelligi. Sed ita sane potest accipi, ut quantum ad visum hominum et ipsorum sensus ostensionem Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundum ostensionem et aliorum hominum opinionem. Ita etiam patrem et matrem dicitur ignorasse in infantia, quia ita se habebat et gerebat, ac si agnitionis esset expers.

Si anima Christi habuit sapientiam parem cum deo. Et si omnia quae deus scit.

Hic quaeri opus est, an anima Christi, quae est sapiens sapientia gratuita, utrum habuerit sapientiam aequalem deo, sive eorum rerum scientiam habuerit vel habeat, utrum omnia sciat quae deus scit. ¶ Quibusdam placet **Opinio quorundam rationes inducit** quod nec parem cum deo habet scientiam, nec omnia sciat quae deus, quia in nullo creatura aequatur creatori. Sed quia anima illa creatura sit, in nullo aequatur creatori; ergo nec in sapientia. Non ergo habet aequalem sapientiam cum deo, nec scit omnia quae deus. Quod si anima illa aequalem cum deo habet sapientiam, non ergo deus in aliquo bono maiorem habet sufficientiam quam eius creatura. Inducunt etiam auctoritates ad idem probandum. Dicit enim psalmista ex persona hominis assumpti: Mirabilis facta est scientia tua ex me, et non potero ad eam. Quod exponens Cassiodorus ait: Veritas humanae conditionis ostenditur, quia homo assumptus divinae substantiae non potest aequari in scientia vel in aliis. Apostolus etiam ait: Nemo novit quae sunt dei nisi spiritus dei, qui solus scrutatur omnia, etiam profunda dei. ¶ His aliisque pluribus rationibus et auctoritatibus nituntur, qui animam Christi asserunt nec parem cum deo habere scientiam, nec omnia scire quae deus, quia si omnia scit quae deus scit, ergo creare mundum scit et creare se ipsam.

Responsio quorundam distinguentium scientiam.

Quibus respondemus, dicentes animam Christi per sapientiam gratis datam in verbo dei cui unita est, quod perfecte intelligit, omnia scire quae deus scit, sed non omnia posse quae potest deus, nec ita clare ac ita perspicue omnia capit ut deus; ideo non aequatur creatori suo in scientia, etiam si omnia sciat quae ipse, nec ei sapientia aequalis est sapientiae dei, quia illa multo est dignior, dignius et perfectius omnia capit quam illa animae sapientia; quia et in scientia maiorem habet sufficientiam deus quam anima illa, quae dignior est omni creatura. Illud vero apostoli quod inducitur: Nemo novit quae dei sunt nisi spiritus dei, qui solus scrutatur omnia, pro nobis facit. Mox enim addit apostolus: Nos autem spiritum dei habemus, ut per spiritum quem habebat dei profunda se scire ostenderet. Sed anima illa prae omnibus spiritum dei habuit, cui spiritus non est datus ad mensuram, ut ait iohannes evangelista; donum quippe spiritus sancti sine mensura habuit, ergo et sapientiam; omnia ergo scivit anima illa. Si enim quaedam scivit et quaedam non, non sine mensura scientiam habuit; sed sine mensura scientiam habuit; scit ergo omnia. ¶ Fulgentius etiam in sermone quodam multa introducit, quibus asserit animam illam rerum omnium scientiam habere, innitens auctoritati apostoli dicentis: In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi; quod etiam ratione probari potest. Licet si sciret aliquid quod eius anima ignoraret. Si vero Christus secundum collationem omnia scit, ergo anima eius scit omnia. Ad id vero quod dicitur: si omnia scit, ergo scit creare mundum vel se ipsam, respondemus: Scit, sed non habet creandi mundum vel se ipsam potentiam. Scit enim anima illa quomodo deus se ipsam creavit; habet ergo scientiam sui creandae, sed non sui creandae potentiam, quia non est creandi sed creatum. **Quare deus non dedit illi potentiam omnium ut scientiam.**

Si vero quaeritur quare deus non dederit ei potentiam faciendi omnia ut scientiam, respondere possumus quia naturaliter capax est scientiae, et ideo ei congrue datum est sine mensura; cui potentia naturaliter capax est. Non est autem dicendum posse facere omnia quae Deus facit, ne omnipotens et per hoc Deus putaretur. Unde forte non potentiam Deus faciendi omnia ei praestare voluit, et si potentiam faciendi aliqua quae non facere potest. Scit ergo anima Christi omnia quae Deus in Verbo Dei, quod liquido ipsum omnium causam contemplatur et in illo ista, in quo etiam angeli et quae Dei sunt et quae futura sunt agnoscunt.

Quomodo intelligendum sit quod dicit ille Ambrosius super Lucam.

Sed si anima illa non habet tantam potentiam quantam et Deus, nec homo assumptus tantam potentiam quantam et Deus. Quomodo ergo intelligitur illud Ambrosii super Lucam: Angelus de nascituro filio virginis ait: Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur. Non ideo, inquit, erit magnus, quia ante partum virginis magnus non fuerat, sed quia potentiam quam Dei Filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus, ut una sit persona hominis et Dei. Forte apte dictum est quod homo erat accepturus ex tempore potentiam quam habet Dei Filius naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potentiam, ergo vel persona vel natura hominis. Sed persona non, quia semper habuit; in hac ergo natura. Si natura ergo, anima vel caro. Illam de carne constat quod accipere non posset. Ad quod dicimus illud esse accipiendum de persona, sed non inquantum est Dei, sed inquantum est hominis persona; una enim est persona Dei et hominis, Filii Dei et filii hominis, quae inquantum est Dei persona semper et naturaliter eam potentiam habuit, sed inquantum est hominis, non semper fuit. Illa ergo persona quae semper fuit Dei, futura erat hominis persona, et secundum hoc quod futura erat hominis persona, acceptura erat ex tempore potentiam quam naturaliter et semper habuit inquantum Dei persona. Secundum hanc distinctionem illud et similia sane accipi possunt. Quae distinctio in pluribus capitulorum articulis est necessaria ad usus quorundam capitulorum illustrationem. Si cui de rebus constat in libris, frustra videtur controversia.

De hominis defectibus quos assumpsit Christus in humana natura.

Illud etiam praetermittendum non est, quod Dei Filius naturam hominis accepit passibilem, et animam passibilem et carnem passibilem et mortalem. Ut enim probaret verum corpus habere, suscepit defectus corporis, famem scilicet, sitim et huiusmodi. Et ut veram animam probaret habere, suscepit defectus animae, tristitiam scilicet, timorem, dolorem et huiusmodi. Omnis autem sensus animae est. Non enim caro sentit, sed anima utens corpore velut instrumento. Unde Augustinus super Genesim libro xii: Non enim corpus sentit, sed anima per corpus, quo velut nuntio utitur ad formandum in seipsa quod extrinsecus nuntiatur.

Sicut ergo anima quod foris est per corpus tamquam per instrumentum videt et audit, ita etiam per corpus quaedam sentit mala quae sine corpore non sentiret, ut famem, sitim et huiusmodi, quae dicuntur defectus corporis. Quaedam autem non per corpus, immo etiam sine corpore, ut est timor et huiusmodi. Sentit ergo anima dolorem, sed quosdam per instrumentum corporis, quosdam vero non. Suscepit autem Christus secundum veram naturam hominis etiam defectus hominis, sed non omnes. Assumpsit enim defectus poenae, sed non culpae; nec tamen omnes defectus poenae, sed eos omnes quos hominem eum assumere expediebat et suae dignitati non derogabat. Sicut enim propter hominem homo factus est, ita propter eum hominis defectus suscepit. Suscepit enim de nostro ut de suo nobis tribueret, et nostrum tolleret defectum. Suscepit enim nostram vetustatem ut suam nobis infunderet novitatem. Simplam accepit ille vetustatem, scilicet poenae, ut nostram duplam consumeret, scilicet poenae et culpae.

Qualiter accipiendum sit illud quod ait Leo papa.

Tradit auctoritas quod dominus ut ipse suscepit omnia infirmitatis nostrae praeter peccatum. Quod nisi accipiatur de illis tantum quae eum sumere pro nobis oportuit nec dedecuit, falsum esse probatur. Non enim assumpsit ignorantiam aliquam, cum sit ignorantia quidam defectus et nec peccatum. Et ignorantia invincibilis, sed nulla in aliquo peccatum est. Sed de his est quod nobis expedit scire. Sunt enim quaedam quorum scientia non affert, et ignorantia non impedit salutem, et horum talium ignorantia defectus non est. Constat autem in nobis esse ignorantiam atque difficultatem volendi vel faciendi bonum, quae ad miseriam nostram pertinent. Unde Augustinus in libro iii de libero arbitrio: Approbare, inquit, falsa pro veris ut erret invitus, et resistente atque torquente dolore carnalis vinculi non posse a libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed poena damnati. Et quia miseria peccatoribus iustissime inflicta liberatur Dei gratia, quia sponte homo, id est libero arbitrio, cadere potuit, non etiam resurgere. Ad quam miseriam pertinet ignorantia et difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio nativitatis suae, nec ab isto malo quisquam nisi gratia Dei liberatur. Ecce evidenter dicit hic Augustinus ignorantiam, qua quis et invitus falsa pro veris approbat, et difficultatem, qua non potest se temperare a malo, ad miseriam nostram pertinere, et poenam esse hominis. Hoc autem Christus non habuit, quamvis acceperit omnes defectus nostrae infirmitatis praeter peccatum.

Quod ignorantia talis et difficultas non sit peccatum.

Sed forte aliquis dicet illa — esse peccata; sun

no distinctio

xv^a

no de experto

quidam vero alia vero

Sine pena

nota quod accept

obviat quod augustinus tradere videtur, scilicet deum inculpabiliter ante peccatum in exordio conditionis suae hominem potuisse tradere, ut essent ei naturalia. Ait in libro iii de libero arbitrio inquiens: Ignorantia et difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus deus sed laudandus esset. Sed si hoc homo in primordio naturaliter habuisset, numquid esset in eo defectus et poena? Si defectus vel poena ei indita fuisset ante peccatum, tunc deus iniuste agere videretur, si ante culpam inferret poenam. Ob hoc sane dictum illa non fuisse defectus vel poenas, sed naturalia homini infuissent. Sicut non fuit homini ante peccatum in mundo gratiam adepto defectus sive poena non posse proficere; sed postquam gratiam receperat per quam proficere poterat ad quod creatus fuerat, eamque culpa sua post amisit, sicut multumque proficiendi facultatem perdidit, defectus fuit ei et poena non posse proficere, scilicet in malum declinare et bonum facere. Omnes quoque defectus nostros suscepit christus praeter peccatum, quos ei conveniebat suscipere et nobis expediebat. Sunt enim plura egritudinum genera et corporis vitia, a quibus omnibus immunis extitit. Eos itaque defectus habuit ad ostensionem verae humanitatis, ut timorem et tristitiam, et ad impletionem operis ad quod venerat, ut passibilitatem et mortalitatem, et ab immortalitatis desperatione spem nostram erigendam mortem suscepit.

Quod sola voluntate illos defectus suscepit non necessitate conditionis

Hos autem defectus non conditionis suae necessitate sed miserationis voluntate suscepit, proficientes quidem huius defectibus et nos, sed non eadem causa. Nos autem pro peccato originali hos defectus contrahimus, sicut apostolus insinuat dicens: Corpus quidem propter peccatum mortuum est, id est necessitatem moriendi habet, inquit augustinus, ex peccato habet. Huius defectibus qui sine peccato est conceptus et natus, non est constrictus, sed ex sola voluntate miserationis de nostro tale sustinuit suscipere infirmitatem. Sicut accepit sanam carnem, quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absque culpa eandem suscepit.

Distinctio xv. Quod christum secundum hominem vere dolores sensisse et timuisse et contra hoc negantes.

Sed quod nonnulli de dolore sensit in passione humanitatis christi male sensisse inveniuntur, asserentes similitudinem atque imaginem passionis et doloris christum hominem pertulisse, sed nullum omnino dolorem vel passionem sensisse, auctoritatum testimoniis eos convincentes, indubitabile faciamus quod supra dicit propheta ysaias: Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Et veritas ipsa in evangelio ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Ubi etiam legitur: coepit ihesus taedere et pavere. Propheta etiam ex persona christi ait: Repleta est malis anima mea. Quod exponens augustinus inquit: Non vitiis et peccatis, sed humanis malis, id est doloribus repleta fuit anima christi, quibus ipsa compatitur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima, sed dolere anima etiam non dolente corpore potest. Hos autem humanae infirmitatis defectus sicut ipsam carnem ac mortem, non conditionis necessitate sed miserationis voluntate suscepit. Ambrosius etiam ait in .iii. de trinitate: ut scriptum est: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Timet ergo christus, et dum petrus non timet, christus timet. Petrus dicit: Animam meam pro te ponam; christus dicit: Anima mea turbata est. Utrumque verum est et utrumque plenum, quod ille qui inferior est non timet, et ille qui superior est gerit timentis affectum. Idem in eodem: Ut homo dubitat, ut homo flet, ut homo crucifigitur. Secundum naturam hominis tristitiam meam suscepit. Et non turbatur ut virtus, non turbatur ut divinitas, sed turbatur anima secundum humanae fragilitatis assumptionem turbatur. Quia qui suscepit animam, suscepit animae passionem. Non enim eo quod deus erat, aut turbari aut mori potuit, sed in eodem. Suscepit ergo tristitiam meam; confidenter tristitiam nomino, quia crucem praedico. Ut homo habuit tristitiam, quam hominis suscepit affectum. Ut homo patitur, ut homo est, et dolet et pro me et mihi doluit, qui pro se nichil habuit quod doleret. Doles quoque domine ihesu non tua vulnera, sed mea; et pro me doles. Item in explanatione fidei ait: Non solum ita dicimus hominem passibilem a dei filio susceptum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim filius dei non putative, sed vere omnia quae scripta tolerantur, secundum illud quod pati poterat, scilicet secundum substantiam assumptam. Licet ergo persona filii susceperit passibilem hominem, tamen in eius habitatione secundum suam substantiam nil passa est, ut tota trinitas, quia impassibilem necesse est confiteri.

His aliisque auctoritatibus perspicuum fit christum vere passibilem assumpsisse hominem, atque in eo defectus et affectus nostrae infirmitatis suscepisse, sed voluntate, non necessitatis conditione.

Hic ponit quae praedictis adversari videntur.

Quaedam vero reperiuntur in sanctorum tractatibus quae praemissis adversari videntur. Hilarius super illum locum psalmi: Clamavi et non exaudies, ait christum nec se timuisse, nec se tristem esse, sed dicentis: Quomodo hoc dicit qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius? Sed de nobis et corpore suo hoc dicit; corporis enim sui, id est ecclesiae, gerebat personam. Sicut alibi eum dicere: tristitiam [illegible] in forte putandum est timuisse mori. Sed non vere time

h. i. et pena eadem

simile

h. scilicet posse. retinere

tur. quod ei defectus

h. voluntate assumpta. scilicet non conditione.

h. epistola ad Ro.

S

h. v. sensisse

Nota. est timor passionis. et est timor passionis. timore passionis: quod timuit. non timore passionis.

ysa.

Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

In passibilem hominem

[illegible]

Contrarietas sententiarum

bat dominus pater tertia die resurrecturus. Quando deberet paulus dissolui et esse cum christo. Non enim fortior est miles quam imperator. Vel si ergo coronandus gaudet mori, dominus coronaturus timet mortem. Sed infirmitatem membrorum representans pro suis infirmis qui timent mori hec dicit, ut illos roboret. Ieronimus etiam ait: Erubescant qui putant salvatorem timuisse mortem et passionis pavore dixisse: transeat a me calix iste.

Iero. super math.

Determinatio dubitationis [illegible]

Hic autem in sacris textibus aliqua adversa diversitas esse putetur. Harum autem contrarietatum verborum hunc modum accipienti dicas, ut non veritatem timoris et tristicie secundum passionem, sed timoris et tristicie veritatem secundum propassionem a christo removisse intelligatur. Habuit enim christus verum timorem et tristiciam in natura hominis, sed non sicut nos qui sumus miseri. Nos enim cum peccati miseris defectibus necessario subiacemus, et in nobis sunt isti defectus secundum passionem et propassionem; sed in christo non nisi secundum propassionem. Sicut enim in perfectis genitus quidam noverunt propassio et passio [illegible] penalibus affectibus [illegible]. Sentit enim quis in animo timore vel tristicia, sed ita ut ratio sive intellectus non inde moveatur a rectitudine vel dei contemplatione, tunc propassio est. Aliquando vero movetur et turbatur, et tunc passio est. Christus vero non ita fuit turbatus in anima timore vel tristicia ut a rectitudine et dei contemplatione aliquatenus declinaret. Secundum quem modum intelligitur christus non timuisse vel tristis fuisse. Unde Ieronimus super matheum: Ut legitur: Cepit contristari et mestus esse. Ut veritatem inquit probaret assumpti hominis, vere contristatus est; sed ne passio in animo eius dominaretur, ideo per propassionem dicitur cepit contristari. Aliud est enim contristari, aliud incipere contristari. Quod est ac si contristatur quis per propassionem, alius per passionem. Secundum hanc distinctionem aliquando dicitur christus non vere timuisse, aliquando vere timuisse, quia verum timorem habuit et tristiciam, sed non secundum passionem neque per necessitatem conditionis. Unde Augustinus ex hac causa volens assumi debere intelligentiam, dicit christum non vere timuisse vel tristatum esse, in commento verum tristiciam habuisse. His verbis: Infirmos in se figurans dixit: Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Non enim vere timebat eo tempore quo pater tertia die resurrecturus, cum gauderet paulus dissolui et esse cum christo; ille gaudet coronandus, et tristis est dominus coronaturus? Ecce hic videtur tristiciam et timorem a christo removere. Econtra autem Ambrosius: Suscepit tristiciam sic assumpsit quomodo carnem; suscepit enim tristiciam ut evangelium dicit. Si enim non tristis fuisset, cum evangelium dicat: tristis est anima mea et cetera, ergo ut [illegible] dicit dominum [illegible] [illegible] ut qui dixit manducavit et manducavit [illegible] sanum relinquit, ut dicatur [illegible] corpus fieret idem; quicquid ergo de illo scriptum est verum est. Et tristis est ergo quia tristis fuit, sed voluntate tristiciam suscepit veram. Quomodo voluntate [illegible] ecce [illegible] eundem sibi in his verbis contradicere [illegible] quibus intelligentia vel ratio assumenda est. Si enim diligenter intelligentie causa ponderentur, liquido nulla occurrit contradictio.

Quando propassio

Quando passio

Iero.

Au. super ps.

Am.

De quibusdam hylarii capitulis valde obscuris que videntur contrarium sentire et obviare.

Verumtamen magis movent ac difficiliorem afferunt quaestionem verba hylarii, quibus videtur tenere christum ictus vel vulnera tamquam in corpore nostro non sensisse, ut passionis dolorem non senserit. Sicut telum transiens aquam vel ignem vel aera ea facit, que ibi [illegible] per corpora animata quae perforat et pungit, non tamen dolorem ingerit, quia non sunt illa receptacula doloris. Ita et corpus christi sine sensu pene vim pene excepisse dicit, quia sicut corpus nostrum non habet talem naturam ut valeat calcare undas, ita corpus christi dicit non habuisse naturam nostri doloris, quia non habuit naturam ad dolendum. Ait enim sic in x libro de trinitate: Unigenitus deus homo verus [illegible] rerum secundum similitudinem nostri hominis non deficiens a se deo; in quo quamvis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio elevaret, afferrent quidem hec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent, ut telum aliquod aquam perforans, vel ignem compungens, vel aerem vulnerans, omnes quidem has passiones nature sue infert, ut perforet, ut pungat, ut vulneret, sed naturam suam in hec passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari vel pungi ignem vel aerem vulnerari, quamvis nature teli sit vulnerare et pungere et forare. Passus quidem est christus dum ceditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur; sed in corpus domini irruens passio nec non fuit passio nec tamen naturam passionis exercuit, dum et penali ministerio pena desevit et virtus corporis sine sensu pene vim pene in se desevientis excepit. Habuit sane illud domini corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id nature habet ut calcet undas et super fluctus eat, nec clause domus obstaculis arceatur.

hyla.

At vero si [illegible] corporis solum [illegible] sua [illegible] ut feratur super humida et insistat in liquidis et extructa transcurrat, quid per naturam humani corporis carnem ex spiritu sancto conceptam iudicamus? Caro illa de celis est, et homo ille de deo est. Habens quidem ad patiendum corpus, et passus est; sed non naturam habens ad dolendum. Item in eodem: videamus.

[illegible] attende.

hyla.

Hylarius in libro de synodis: Cum hec passionum genera infirmitatem carnis afficiant, deus autem verbum caro factus non potuit a se demutabilis esse patiendo. Verbum enim quod caro factum est, licet se passioni subdiderit, non tamen demutatum est passibilitate patiendi. Nam pati potuit, et passibile esse non potuit, quia passibilitas nature infirme significatio est; passio autem est eorum que sunt illata perpessio.

Hic recitantur multa hylarii verba que in manifesto errorem videntur communi doctrine obviare.

[illegible] canone no[illegible] tuetur

[illegible] de dolore

[illegible] dolorem

[illegible]

an ille passionis ordo et infirmitatem in domino doloris permittat intelligi. Dicamus enim causis ex quibus metum domino heretici ascribunt, vel res ipsas ut geste sunt conferentes. Sed ex eis fieri potest ut timor ei significetur in quibus cum fiducia ostenderit infatigabilem venisse quod heretici passionem ... Sed ab ignorantie huiusmodi errorem pectoris et scandalum mentis. Numne timuit qui armatis obvius prodiit? Aut in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum consternata persequentium agmina supinatis corporibus cederent? ¶ Quia intelligere quis infirmitatem dominari huic corpori credis, cuius tantam habuit natura virtutem? Sed forte dolorem vulneris timuit. Quem, rogo, o tu assertor dominice infirmitatis, penetrantis carnem clavi hunc dolorem, qui excisam aurem solo restituit attactu? Producens autem manum clavi dolor ... Et sentit infirmus qui alii dolorem vulneris non relinquit? Pungende carnis metu contabescit, cui amputata caro post cedem sanatur? Item collatis his dictorum gestorumque virtutibus demonstratum non est ambiguum in natura corporis eius infirmitatem corporee nature non fuisse. Et passionem illam licet corpori illatam sit, non tamen naturam doloris corpori intulisse. Quia licet forma corporis nostri esset in domino, non tamen vitiose infirmitatis nostre forma erat in corpore, quod ex conceptu spiritus sancti virgo progenuit. ¶ Audisti lector verba Hylarii, quibus dolorem excludere videtur. Sed si ex illa verba sensum et impietatis hebetudine premissis diligenter intendas atque ipsius scripture circumstantiam diligenter inspicias, doctoris rationem atque virtutem perspicere ut atque pietas intelligentiam arguere non decernamus. Sic intelligendum eum ea ratione dixisse dolorem passionis in Christum non incidisse, vel naturam corporis Christi excepisse vim pene sine sensu pene, quia eam in meritum doloris in se non habuit. Quod innotuisse videtur non habens naturam ad dolendum. Non sic est iudicanda caro illa secundum naturam nostri corporis, sed in eo est domini habitus passio, tamen non habuit sicut ad timendum et tristandum, quia non habuit talem nutrimentum. Non ratio est timoris et tristitie atque necessitas timendi non fuit in eo sicut est in nobis, nec natura doloris fuit in eo sicut est in nobis.

¶ Tristitiam tamen in eo fuisse sequentia asserunt, sed eam ei extitisse non suam mortem, sed defectum Petri et aliorum discipulorum. Dicit enim Christum non propter mortem sed usque ad mortem tristem fuisse his verbis. Interrogo quid sit tristem esse usque ad mortem. Non enim eiusdem significationis est tristem esse propter mortem et usque ad mortem, quia ubi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitie est; ubi vero tristitia usque ad mortem est, mors non tristitie causa est, sed finis. Adeo autem ante mortem suscepta est tristitia, ut sic destrueret per mortem. Non ergo tristis est de se, sed pro illis quos in scandalo per infirmitatem carnis futuros premonet orare ne intrent in temptationem, qui ante pollicebantur se non scandalizari.

de tristicia christi secundum eundem

Mamertus discipulis Hylarii in libro de statu anime dicit Hylarium in questionis huius purgatione maxime ... et hoc opponit dictis: Si non est passus, et nos non sumus redempti. Si non vana est redemptio, non vana est passio. Ut dicatur tamen quod Hylarius non prave senserit, immo sic exposuit sermonem suum contra hereticos dicentes Christum esse purum hominem, non eodem modo sicut et nos habere passiones et passionum causas earum.

D. XVI

Hic oritur questio ex predictis diversis originem ducens. Dictum est enim supra quod Christus veros nostros defectus suscepit preter peccatum. Est autem hominis generalis quidam defectus qui peccatum non est, scilicet necessitas patiendi et moriendi. Unde corpus nostrum non tantum mortale sed etiam moriturum dicitur, quia non tantum aptitudinem moriendi sed etiam necessitatem habet. ¶ Queritur ergo utrum necessitas talis fuerit in carne Christi. De aptitudine enim moriendi, quia in eo fuit, ambiguum non est. Quia etiam ante peccatum in homine fuit, quia aliquis in eo non fuit defectus, licet et mortalitas illa in eo tunc fuit defectus comparatur ei erat. Unde etiam quidam talem mortalitatem in nobis non esse defectum. Hoc autem simpliciter tradunt, sed necessitatem moriendi et patiendi, que etiam mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis et mortalis non modo propter aptitudinem sed etiam propter necessitatem. Sed numquid hic defectus fuit in Christi carne? Anima quippe eius cum passibilis fuerit ante mortem, numquid necessitatem habuit patiendi? Si enim necessitas patiendi et moriendi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse. ¶ Ad quod solutio. Dici potest Christum voluntate, non necessitate sue nature, hos defectus sicut alios accepisse, sed necessitatem patiendi in anima. Similiter patiendi et moriendi in carne sua tamen necessitatem non habuit ex necessitate sue conditionis, quia a peccato immunis, sed ex sola voluntate accepit de nostra infirmitate, ponens tabernaculum suum in sole, id est sub temporali mutabilitate

an in christo fuerit necessitas patiendi et moriendi.

Qui est defectus generalis.

Quod mortalitas ante peccatum non fuit in hominibus defectus.

An illa sit modo defectus in nobis.

yronia est

[illegible]

¶ Hy. de christi tristicia et causa

ilarius vero super epistolam ad hebreos auctoritatis dicit quod sicut hominibus aliis vite lege nature statutum est semel mori, et eadem necessitate vite nature semel oblatus est, ut in se persolveret id debitum vite nature quod ex natura sue conditionis hominem debitum ineriret; qui etiam non proveniret nobis ex natura, sed quod prius est institutum. Si ex accepto vitiata, non dicitur hic defectus naturalis quem Christus pro natura voluerit; in omnibus diffusus.

Et est hic notandum, quod Christus de omni statu hominis aliquid accepisse, qui omnes venit salvare. Sunt enim quatuor status hominis: primus ante peccatum, secundus post peccatum et ante gratiam, tertius sub gratia, quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati, unde Augustinus super illud Iohannis evangeliste exponens: Qui desursum venit super omnes est, dicit: Christum venisse desursum, id est de altitudine humane nature ante peccatum, quia de altitudine illa assumpsit dei verbum humanam naturam, non assumpsit culpam, cuius assumpsit penam. Secundo penam assumpsit de statu secundo. Tertio ab eo desursum de tertio vero gratie plenitudinem. De quarto non posse peccare et perfectam contemplationem; habuit enim simul quedam bona vie et bona patrie, sicut et quedam mala vie. *De statibus hominis et quid de singulis Christus acceperit.*

Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta fuerit.

Post predicta considerari oportet, utrum Christus aliquid voluerit vel oraverit quod impletum non fuerit; hoc enim existimari potest per id quod ipse ait: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Hic namque voluntatem suam a paterna voluntate discernere videtur.

De voluntatibus Christi secundum duas naturas.

Quod tamen ambigendum non est: Christum secundum duas naturas diversas habuisse voluntates, scilicet divinam et humanam. Et humana voluntas est affectus rationis vel affectus sensualitatis, et alius est affectus anime secundum rationem, alius secundum sensualitatem; utrumque tamen dicitur humana voluntas. Affectu autem rationis id volebat quod voluntate divina, scilicet pati et mori; sed affectu sensualitatis non volebat, immo refugiebat. Nec tamen in eo caro contra spiritum concupiscebat, ut ait Augustinus: Non enim nullum est vitium cum caro concupiscit adversus spiritum; caro autem dicitur concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima, sicut auris audire, oculus videre. Caro enim in Christo non concupiscebat contra spiritum; concupiscere dicitur cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur. Habens carnalem delectationem de carne et a carne, adversus spiritum deliberatione agere; est enim carnalis concupiscentia non in anima sola nec in carne sola, sed in utroque; enim fit quia sine utroque delectatio talis non sentitur; talis igitur in Christo talisque concupiscentia in anima nullatenus esse potuit, ex carnalis concupiscentia ibi quod nequiret dei etiam voluntas esset, et non placeret, ut id fieri non vellet; quoniam naturas humana naturalis in eo probatur, sicut qui hominis passiones suscepit, que ipsius sunt, subire debuit. Ideoque sicut in nobis duplex est affectus, mentis scilicet et sensualitatis, ita in eo debuit esse geminus affectus, scilicet mentis affectu vellet mori et sensualitatis affectu nollet, sicut et viris sanctis fit. Petro enim Christus ventura ait: Cum senueris, extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non vis, scilicet ad mortem. Quod exponens Augustinus dicit: Quod Petrus ad illam nolens est ductus; nolens autem venit, sed volens eam vicit, et reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori, qui adeo est naturalis ut eum Petro nec senectus abstulerit. Unde dominus ait: Transfer a me calicem istum. Sed vicit eum amore; ergo in Christo secundum humanitatem in tribus geminus est affectus. Unde Beda: Christus in forma servi quasi dominus quasi mori voluit et secundum sensualitatem carnis infirmitatem in propinquis non convertitur, quo mors refugitur. Ut enim Augustinus: Spiritus meus tamen cupit dissolvi et esse cum Christo, sensu autem carnis refugit et metuit; hoc habet humanus affectus qui diligit vitam et odit mortem. Secundum illum affectum Christus mori noluit, nec obtinuit quod secundum illum affectum petiit.

Auctoritatibus plures diversas in Christo sententias.

Ecce affectu quo humano quidem de virgine natus voluit non mori et calicem transire orabat. Unde Christus transire calicem quo homo est dicens: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; hoc enim habebat voluntatem humanam expressam. Videamus tamen an: Sed non quod ego volo sed quod tu vis. Unde alibi: Non veni facere voluntatem meam, quia secundum temporalem sumptam de virgine voluntatem, quam misit me, quia habuit communem cum patre; hic aperte dicit duas in Christo fuisse voluntates, secundum quas diversa voluit. Leo papa: Quod singulum locutus est, quidem propria est; tamen aliud in informationis intelligi vel duas voluntates Christi ascendens. Hoc autem eam qui dicit in Christo unam esse voluntatem; unde nec humanam, que per infirmitatem carnis recusabat passionem, et divinam, que prompta est perficere dispensationem. Augustinus etiam duas in Christo asserit voluntates dicens: Quicunque discernit ab homine divinam voluntatem dei ab voluntate hominis, unum hominem gerens, Christus ostendit per quandam hominis voluntatem in qua et suam et nostram figurabat, qui caput nostrum est, et ad eum sicut membra pertinemus; Pater

Margin, left:

D. H. duplex
...ata

Christus quasi
...le
Statuum iiii.
...nocentia

...ere nunc naturam quod
...ensior.

xlvii

...sensualitatis

...lex ...uobl...
...rationis ...
...sualitatis.
...sola uo...
...las

...nec ...a

Margin, right:

scilicet i. vere

in evangelio.
voluntate sensualitatis.
in morte

sensualitatis

propositio ista.
affectum
quale hunc est ergo quod Hilarius proponit
de Petro ergo Christum.

homo est.

Sed quomodo hoc exponitur petiit, id est appetiit, non nunc quod de ... et ex voluntate sensualitatis petierit.

Alius auctoritatibus confirmat Christum ...

Au. Leo.

Ier.

Au. li. sen. xxx.

inquit, si fieri potest, transeat a me calix iste. Haec humana voluntas erat, tamen propriam ad patrem tanquam conformatam ad volens. Sed quia rectum vult esse hominem et ad deum dirigi, subdit: Non quod ego volo, sed quod tu vis. Ac si diceret: Vide te in me, quia potes aliquid proprium velle, ut deus quid velit concedas. Hec humane fragilitatis documenta sunt. Christus in passione secundum duas expressit voluntates, secundum duas naturas. Ait enim: Pater, si fieri potest, transeat a me calix. Ecce habes hominis voluntatem, quam ad divinam continuo dirigit atque subiungit: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Similiter quod in libro contra de trinitate scriptum est: Pater, si possibile est, transfer a me calicem hunc. Verba Christi sunt. Sed quomodo et in qua forma dicatur, attende. Hominis substantiam gerit, hominis assumpsit affectum. Non ergo quasi deus, sed quasi homo loquitur: suscepit quidem voluntatem meam. Quae ea est voluntas? quia suam dixit cum ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Cum autem dixerit: omnia que habet pater mea sunt, et nichil excipitur, sine dubio quia pater habet eandem istius hoc voluntatem eandem quam habet Christus. Voluntas quae paterna, ipsa ergo voluntas est patris et filii. Sed alia voluntas hominis, alia dei. Ut sciatis itaque in voluntate esse hominis passionem, autem Christi in voluntate divina autem patientiam pro nobis. His testimoniis evidenter docetur Christum duas fuisse voluntates, quod quia negavit Macharius archiepiscopus, in Constantinopolitana synodo condempnatus est. Secundum affectum humanae sensualitatis quem non totus ille voluit et petiit, quod non impetravit; nec ideo petiit ut impetraret, quia sciebat deum non esse facturum illud, nec illud fieri volebat affectu totius vel voluntate divinitatis. Ad quid ergo petiit? Tribuens formam precibus in imminente tribulatione clamandi **ad quid orandum** ad dominum et subiciendi voluntatem **ut il-** lam divine voluntati, ut si pulsante mo- **iud.** lestia istam pro eius amotione oremus; Sed si nequit vitari, dicamus quod ipse Christus. Non ergo ad insipientiam fuit quod Christus clamans non auditur, ad salutem compellens. Bonum quidem petiit, ut non moreretur, sed melius erat ut moreretur, quod et factum est.

De eo quod ambrosius dicit Christum dubitasse affectu humano.

Ceterum non parum movent nos verba ambrosii, quibus significari videtur Christum secundum humanum affectum de potentia patris dubitasse, sic dicens in secundo libro de trinitate: De quo dubitatur? de se an de patre? De eo utique cui dicit transfer. Dubitat hominis affectu. Nam deus de patre non dubitat, nec de morte formidat. Propheta etiam non dubitat, qui nichil deo esse impossibile asserit. Non infra homines constituis dominum? Propheta non dubitat et tibi dubitare videtur? Ut ergo homo dubitat, ut homo locutus est. His verbis innui videtur quod Christus non in quantum deus est vel dei filius, sed in quantum homo dubitaverit, id est affectu humano. Quod ea **De eo quod sententia** ratione dici etiam accipi potest, non quod ipse du- **accipitur** bitaverit, sed quemadmodum gessit dubitantis, et sic ab **et sic ab** hominibus dubitare videbatur. **Hylarius longe** Illud etiam ignorandum non est **aliud exprimit** quod Hylarius asserere videtur Christum non sibi **sententia a** sed suis orasse, cum dixit: transeat a me calix **premissis** iste. Sicut nec sibi sed suis timuit, nec eum voluisse ut sibi non esset passio, sed ut a suis transiret calix passionis, ita inquiens: Si passio honorificatura eum erat, sicut videmus exeunte ait: Nunc honorificatus est filius hominis, quomodo calicem eum metus passionis efficeret? Nisi forte tam irrationabilis fuit, ut pati mortem timuerit quam paciente se glorificaturam credebat. Sed forte timuisse usque ad exanimationem, ut transferri a se calicem deprecatus sit, dicens: Pater, transfer calicem hunc a me. Quomodo eum pro patiendi vere cum transferri deprecatur, a se quod pro dispensationis studium festinanter implet? Non enim querit ut pati nolit, quia pati velit, et cum pati eum velle cognosceret, religiosius fuerat hoc ostendere quam ad id impie stultitie prorumpere, ut eum assererent ne pateretur orasse, quem pati velle agnoscerent. Non ergo sibi tristis, neque sibi orat transire calicem, sed discipulis, ne mox passionis calix incubuit, quem a se transire orat, ne in his scilicet maneat. Non enim rogat ne secum sit, sed ut a se transeat. Deinde ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu: humane ipse sollicitudinis significans societatem, sed non discernens sententiam sibi communis cum patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transire calicem, pro quem omnes erant temptandi discipuli, ubi pro Petro rogatur ne deficeret fides eius. Sciens quod haec omnia per mortem suam destruenda, usque ad mortem tristis est, et vult hunc calicem a se transire, si bibere. Iterato: pater mi, si non potest transire calix nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Sciens in se consummata passione metum calicis transiturum, qui nisi eum bibisset transire non poterat, nec huius terroris nisi consummata passione finem succederet, quia post mortem eius per inmensam gloriam apostolis infirmitas scandalum expelleret. Item decet lector his verbis pia diligentia, ne sint tibi causa mortis. **Si Christus meruit aliquid nobis et quid sibi.**

De meritis etiam Christi proferendum **in nobis.**

Non est de quo quidam dicere solent, quod non sibi sed membris tantum meruit. Meruit vobis quidem redemptionem a diabolo, apertionem regni, reseratione, ut remota ignea rumphea liceat libere patrem introire. Sed etiam tamen meruit per humilitatem passionis immortalitatem gloriam, ut ait apostolus: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

Idem super psalmum xxxviii.

ambrosius

Sed fugam mortis ut quod voluit nisi

Paralipomenon: Cum ignoramus quid facere debeamus, hoc solum residuum habemus, ut oculos nostros ad te dirigamus.

ambrosius

hylarius

Liber magistri

Opinio dicitur

ad philippenses 2

mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Aperte dicit Apostolus Christum per passionem exaltationem et impassibilitatis gloriam ex post humilitatis per passionis obedientiam; humilitas enim passionis meritum fuit exaltationis, et exaltatio praemium humilitatis. Unde Augustinus exponens praemissum capitulum ait: Christus clarificatur resurrectione; prius humiliatur passione. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est praemium. Sed hoc totum factum est in forma servi; in forma autem Dei semper fuit et erit claritas. Item Ambrosius idem capitulum tractans: Quid sit praemium humilitatis meruerit hic ostenditur. His testimoniis evidenter traditur quod Christus per humilitatem et obedientiam passionis meruit clarificationem corporis, nec id solum, sed etiam impassibilitatem animae. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis sicut caro mortalis; sed post mortem merito humilitatis et anima impassibilis facta est et caro immortalis. ¶ Utrum autem anima sit facta impassibilis quando caro facta est immortalis, scilicet in ipsa resurrectione, [illegible] autem, nobis certum non est. Sed videtur mox post carnis separationem animae impassibilitatem donatam esse, dum in resurrectione caro refloruit.

Quando anima Christi sit facta impassibilis.

Quod a conceptione Christus meruit hec quod per passionem.

Nec solum hoc meruit Christus, in qua patri obediens servivit quod per passionem subiit, sed etiam ab ipsa conceptione, ex quo homo factus est, per caritatem, iustitiam et alias virtutes, in quarum plenitudine fuit. Si vero conditus sibi tantum meruit quantum post per martyrii tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit ut in eis proficere non potuit, nec anima ipsius melior fieri non potuit quam a conceptione fuit, secundum quod mortis [illegible] non valuit. Non habuit omnino Christus virtutem animae in qua potuisset proficere; in membris autem que nos sumus cotidie proficit. Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum quam a conceptione meruit per gratiam virtutum. Non enim profecit secundum animae virtutem quantum ad meritum, [illegible] ad meritum merendo. Plura enim habuit merita in passione quam in conceptione, sed maioris virtutis non extiterit in merendo plura quam pauciora. Meruit ergo a conceptione non tantum gloriam impassibilitatis et immortalitatis corporis, sed etiam impassibilitatem animae, [illegible] per obedientiam voluntatis praemium [illegible] tunc primum habuit, nec maiorem [illegible] in morte obediens enim profecit et bonus extitit, sed hominem ex quo fuit homo, habuit et anima illa aliquid boni in se per mortem quod non habuit ante. Non ergo melior vel beatior fuit quam ante [illegible] hoc factus est, quam sanctior, nec gloriosior. Nec etiam beatior fuit in Dei contemplatione in

i. per obedientiam

humiliatio

Ad Phil.

humiliatio

Ambr.

Quod meruit Christus animae impassibilitatem.

Alterum horum est verum

Nota

propria vel mortis

qua sempiterna beatitudo consistit. Post mortem vero dicunt in hoc fuisse beatiorem, quia ab omni miseria immunis fuit, ex quo nequit inferri supplicium, quod beatior fuerit.

De eo quod scriptum est: donavit illi nomen quod est super omne nomen.

Hec tamen gloriam impassibilitatis et immortalitatis meruit, sed etiam donari sibi nomen quod est super omne nomen, scilicet honorificentiam nominis quo vocatur Deus. Sed hoc tamen nomen ante mortem habuit; habuit enim hoc nomen Dei filius in quantum Deus est ab aeterno per naturam; in quantum vero homo factus est habuit ex tempore per gratiam, sicut Augustinus dicit. Non donatum est illud nomen filio Dei, quia illud nomen habuit cum in forma Dei vivi erat. Sed ei dicitur quod Deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Satis aperte [illegible] vero quod exaltavit per obedientiam, et in qua forma exaltatus sit; in qua enim forma crucifixus est, in ea exaltatus est, et in ea donatum est ei nomen, ut cum ipsa forma servi nominetur unigenitus filius Dei. Hoc illi donatum est ut homini, quod iam habebat idem ipse Deus. Hoc etiam per gratiam accepit ut ipse esset homo et subsistens in forma servi, videlicet in anima et carne, nominetur et sit Deus. Sed numquid hoc meruit? Supra enim dictum est quod per gratiam non meritum homo ille sit Deus. Quomodo ergo hic dicitur per obedientiam donatum est ei hoc nomen? Secundum tropum illum qui in Scriptura crebro invenitur, hoc accipiendum est, quo dicitur res fieri quando innotescit. Post resurrectionem vero quasi ante tunc ei Deum positum est, ut scirent homines idem esse. Manifestationem ergo illius nominis donavit ei Deus per resurrectionem, sed illam meruit per obedientiam passionis, qui ideo quod obedivit patiendo exaltatus est resurgendo, et per hoc manifestatum est illi nomen. Hoc eodem tropo dominus usus est etiam post resurrectionem dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Non quod tunc primo acceperit, sed quam habebat tunc manifestata est potestas. Ceterum Ambrosius dicit nomen illud donatum esse Deo, non homini, ubi secundum illorum sententiam opponitur Augustino, sed intelligentia non obviat, licet dictum contrarium sapiat. Nam Ambrosius de natali donatione Dei intelligit, quia eternaliter pater generando dedit filio nomen quod est super omne nomen, scilicet esse Deum per naturam, quem genuit ab aeterno filium plenum et sibi aequalem. De hoc autem nomine Apostolus per passionis obedientiam donatum dicit, sed in premisso locutionis sensu intelligendum est.

Quod nomen illud datum est homini, non Deo.

Ex quo sensu id accipiendum sit.

Ambr. quod datum fuit Deo, non homini.

Si Christus sine omni merito illam habere potuit.

Si vero quaeritur utrum Christus illam immortalitatis et impassibilitatis gloriam, in qua nos eius manifestationem sine omni merito habere potuit, sane dici potest quod humanam naturam in gloriam suscipere potuit sicut in resurrectione erexit. Non tamen sibi et hominibus manifestare potuit, si passibilis esse non potuit sicut fuit, et ad illam gloriam sine merito perveniret. Potuit ergo Christus

i. desertum vel poena

scilicet quod convicto

Dicitur est maximum

scilicet ut per quod obedientiae

et hic

in Scriptura

occultatur simpliciter

scilicet per meritum obedientiae vel operis.

scilicet per manifestationem

id est per vitam.

scilicet quod fuit ulterior, similiter immortalis, quam mortalis [illegible] pervenire ad illam sine merito passionis et poenae, et potuit constituta mortalitate in immortalitatis gloria vestiri, sed non sine merito iustitiae et caritatis, [illegible]. Non enim Christus homo esse potuit, in quo plenitudo caritatis et gratiae non fuisset. Nec virtutes ei inesse potuerunt, cum ipso mortalitatis induto, quin per eas mereretur. Habens ergo has virtutes secundum hominem passibilem ac mortalem, non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis sine merito gloriam impassibilitatis et immortalitatis ac manifestationis divini nominis consequi. Potuit tamen assequi haec sine merito passionis, quia per passionem nihil sibi meruit quod iam ante per virtutes non meruerit.

Removet dubium ex praedictis

De causa mortis et passionis Christi.

Ad quid ergo voluit pati et mori, si virtutes ad merendum ei sufficiebant? Pro te, non pro se. Quomodo pro te? Ut ipsius passio et mors tibi esset forma et causa: forma virtutis et humilitatis, causa gloriae et libertatis; forma Deo usque ad mortem obediendi, causa tuae liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortem ac passionis tolerantiam quod per praecedentia non meruerat, scilicet aditum paradisi et redemptionem a peccato et a poena et a diabolo; et per mortem eius haec nos adepti sumus, scilicet redemptionem et filiorum gloriae adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostrae liberationis.

Movet quaestionem utilem

Solvit. Ambrosius.

Sed quomodo per mortem nos a diabolo et a peccato redemit et aditum gloriae aperuit, docere cepit Deus in initio, ut ait Ambrosius. **Qualiter per mortem nos redemit et aditum regni aperuit ipsius. De apertione ianue.** Propter primum peccatum non intromittebatur homo in paradisum, id est ad Dei contemplationem non admittebatur, quia in nullo hominum tanta exstitit humilitas quae omnibus sufficere posset, sicut in primo homine tanta fuit superbia quae omnibus suis nocuit. Non est autem inventus inter homines aliquis qui id posset implere, nisi leo de tribu Iuda, qui aperuit librum et solvit signacula eius, implendo in se omnem iustitiam, id est consummatissimam humilitatem, qua maior esse non potest. Nam omnes alii homines debitores erant, et vix unicuique sua virtus sufficiebat et humilitas. Nullus ergo horum hostiam poterat offerre sufficientem nostrae reconciliationi. Sed Christus homo sufficiens et perfecta fuit hostia, qui multo amplius est humiliatus amaritudinem passionis gustando quam ille Adam superbivit gustum ligni vetiti noxia delectatione perfruendo. Si enim illius superbia omnium exstitit ruina et inde paradiso mittens foras, aditus sepe accludens ianuam, multo magis Christi humilitas qua mortem gustavit ingressum regni caelestis omnibus suis impleto Dei decreto aperire valuit, atque decretum delere chirographum. Unde enim ait Ambrosius: Tantum fuit peccatum nostrum ut salvari non possemus, nisi unigenitus Dei Filius pro nobis moreretur debitoribus mortis. Sed si sic dignos nos fecit resuscitari et promissae benedictionis, hoc non ita est intelligendum, quasi non alio modo salvare nos potuerit quam per mortem suam, sed quia per aliam hostiam non poterat nobis aperiri regni aditus et fieri salus quam per mortem Unigeniti, quia tanta fuit, ut dictum est, humilitas et patientia, ut eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo in morte Unigeniti praestita sunt nobis, ut liceat nobis redire in patriam, sicut olim in morte summi pontificis hi qui ad civitatem refugii confugerant solent ad propria remeare. Ecce aliquatenus ostensum est qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis patefactus.

Ambrosius

D. XIX

Hic quaerit qualiter a diabolo et a peccato redemit per mortem.

Nunc quaeramus quomodo per mortem ipsius a diabolo et a peccato et a poena redempti sumus. A diabolo et a peccato per Christi mortem liberati sumus, quia, ut ait Apostolus, in sanguine ipsius iustificati sumus; et in eo quod sumus iustificati, id est a peccatis soluti, a diabolo sumus liberati, qui nos vinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo **quaestio** a peccatis per eius mortem soluti sumus?

Solutio.

Quia per eius mortem, ut ait Apostolus, commendatur nobis caritas Dei, id est apparet eximia et commendabilis caritas Dei erga nos, in hoc quod Filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tanta erga nos dilectionis arrha, et nos movemur accendimurque ad diligendum Deum, qui pro nobis tanta fecit; et per hoc iustificamur, id est soluti a peccatis iusti efficimur. Mors ergo Christi nos iustificat, dum per eam caritas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoque et aliter per mortem Christi iustificati, quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur. Unde Apostolus: Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Et item: Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, id est per passionis fidem. Ut olim aspicientes in serpentem aeneum in ligno erectum a morsibus serpentum sanabantur, si ergo recte fidei intuitu in illum respicimus qui pro nobis pependit in ligno, a vinculis diaboli solvimur, id est a peccatis, et ita a diabolo liberamur, ut nec post hanc vitam in nobis inveniat quod puniat. Morte quippe sua, uno verissimo sacrificio, quidquid culparum erat unde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat exstinxit, ut in hac vita tentando nobis non praevaleat. Licet enim nos tentet post Christi mortem quibus modis ante tentabat, non tamen vincere potest sicut ante vincebat. Nam Petrus, qui ante mortem Christi voce ancillae territus negavit, post mortem ante reges et praesides ductus non cessit. Unde? Quia fortior, id est Christus, veniens in domum fortis, id est in corda nostra, ubi diabolus habitabat. Alligatur fortis, id est a seductione compescitur fidelium, ut temptationem quae ei adhuc permittitur non sequatur seductio. Itemque in Christi sanguine, qui solvit quae non rapuit, redempti sumus a peccato et per hoc a diabolo. Similiter Augustinus: In ipso vincentes inimicos nostros invisibiles potestates, id est vincentes invisibiles cupiditates vel. Suo enim sanguine sine culpa fuso omnium culparum chirographa deleta sunt, quibus debitores qui in eum crederent a diabolo ante tenebantur. Unde quia per multa ostenditur, pretium ergo redemptionis sanguis, in quo princeps mundi nihil invenit. Unde Augustinus causam et modum nostrae redemptionis insinuans ait: Quia nihil invenit diabolus in Christo peccati ut mori eum faceret, sed pro voluntate patris mori Christus voluit, non habens mortis causam de peccato sed de obedientia et iustitia mortem gustavit, per quam nos redemit a servitute diaboli. Praevaricati eramus enim in principem huius saeculi, qui seduxit Adam et servum fecit, coepit nos quasi vernaculos possidere. Sed venit redemptor et victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captivatori nostro? Tetendit ei muscipulam crucem suam, posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod recessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit, ut peccata nostra deleret. Unde ergo diabolus nos tenebat, deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum. Istae erant catenae captivorum. Venit ille, alligavit fortem vinculis passionis suae, intravit in domum eius, id est in corda eorum ubi ipse habitabat, et vasa eius, id est nos, eripuit, quae ille impleverat amaritudine sua. Deus autem noster vasa eius eripiens et sua faciens, fudit amaritudinem et implevit dulcedine. Per mortem ergo suam a peccatis redimens et adoptionem gloriae filiorum largiens.

Cur Deus homo et mortalis.

Factus est igitur Deus homo mortalis, ut moriendo diabolum vinceret. Nisi enim homo esset qui diabolum vinceret, non iuste sed violenter homo ei tolli videretur, quia se illi sponte subiecerat. Sed si eum homo vicit, iure manifesto hominem perdidit. Ut autem homo vinceret, necesse erat ut Deus in eo esset, qui eum a peccatis immunem faceret. Si enim per se homo esset vel angelus in homine, facile peccaret, cum utramque naturam per se constet cecidisse. Ideo Dei filius hominem passibilem suscepit, in quo et mortem gustavit, quo caelum nobis aperuit, et a servitute diaboli, id est a peccato. Servitus enim diaboli peccatum est, et a poena redemit.

Quomodo et a qua poena Christus nos redemit per mortem.

A qua poena? temporali et aeterna. Ab aeterna quidem relaxando debitum; a temporali vero penitus liberabit nos in futuro, cum novissima mors inimica destruetur. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis; sed in animas vero iam redempti sumus ex parte et non ex toto: a culpa, non a poena. Nec omnino a culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus ut non sit, sed ut non dominetur.

Quomodo poenam nostram portavit.

Peccata quoque nostra, id est poenam peccatorum nostrorum, dicitur in corpore suo super lignum portasse, quia per ipsius poenam quam in cruce tulit, omnis poena temporalis quae pro peccato omnibus debetur, in baptismo penitus relaxatur, ut nulla a baptizato exigatur; et in paenitentia minoratur. Non enim sufficeret illa poena qua paenitentes ligat ecclesia, nisi poena Christi cooperaretur, qui pro nobis solvit. Unde peccata illorum qui fuerunt ante adventum Christi in sustentatione Dei fuisse usque ad Christi mortem dicit Apostolus, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore. ¶ Haec ex parte exposita est quomodo et quid Christus per mortem nobis meruit et impetravit.

Si solus Filius debet dici redemptor, ut solus dicitur mediator.

Unde ipse vere dicitur mundi redemptor, et Dei hominisque mediator. Sed mediator proprie dicitur solus Filius; redemptor vero aliquando etiam Pater et Spiritus sanctus. Sed hoc propter usum potestatis; Filius propter exhibitionem humilitatis et obedientiae. Nam secundum potestatem simul et obedientiae usum Filius est Deus redemptor, qui et in se explevit per quae iustificati sumus. Nostram iustificationem est operatus potentia divinitatis cum Patre et Spiritu sancto. Est igitur redemptor Trinitas, quae Deus est, potestatis usu; in quantum homo, humilitatis effectu. Specialiter dicitur redemptor per humanitatem, quam formam servi suscepto implevit illa sacramenta quae sunt causae redemptionis nostrae. Ipse Filius Dei redemptor.

De mediatore.

Christus solus dicitur mediator, in quantum homo, et ipse secundum quod homo. Apostolus: Unus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Christus per hominem, qui in medio arboris est a Deo positus, dans pacem vel reconciliandum hominem Deo. Hic est arbor de qua Iob desideravit, et quam manducantes nobis arbor vitae. Reconciliati enim sumus Deo, ut ait Apostolus, per mortem Christi; quod non sic est intelligendum, quasi nos ei sic reconciliaverit Christus, ut inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici qui ante se oderant; sed iam nos diligenti Deo reconciliati sumus. Non enim ex quo reconciliati sumus ei per sanguinem Filii nos coepit diligere, sed ante mundum, priusquam nos aliquid essemus. Quomodo ergo diligenti nos Deo sumus reconciliati? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, habebat erga nos caritatem, etiam cum inimicitias exerceremus adversus eum operando iniquitatem. Ita ergo inimici eramus Deo, sicut iustitiae sunt inimica peccata; et ideo remissis peccatis tales inimicitiae finiuntur, et reconciliamur iusto, quos ipse iustificat. Christus ergo dicitur mediator, eo quod medius inter Deum et homines ipsos reconciliat Deo. Reconciliat autem dum offendicula hominum ab oculis Dei tollit, id est dum peccata delet.

q̄ de facili sq. effectus seductionis

q̄ obligatoribus

Au. in li. de baptismo parvulorum.

q̄ p̄ccati

q̄ ille tō

q̄ illud de p̄cc̄

q̄ p̄cc̄i

Cur x̄ hō

q̄ punitione

q̄ effectu redemptionis.

Aug. super Ioh.

Au. in li. de tri.

q̄ in nos ab adā ami

q̄ dilectione p̄de natis

q̄ dilectione p̄de natos.

D. XX

quibus deus offendebatur, et nos inimici ei eramus. Sed cum peccata deleat non solus filius sed trinitas, quorum deletio est nostra ad deum reconciliatio. Questio.

Quare solus filius dicitur mediator, cum et de patre legatur quod reconciliavit sibi mundum? Ait enim apostolus: Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians; et spiritus sanctus reconciliet, quare non dicitur mediator? Responsio. Solutio.

Quia nec medius est inter deum et homines, nec ipse habuit illa sacramenta quorum fide et imitatione iustificemur et reconciliemur deo. Reconciliavit ergo nos tota trinitas virtute sua, scilicet dum peccata delet; sed filius solus implendo, id est obedientie, in quo patravit secundum humanam naturam, per que credentes et imitantes iustificantur. Secundum quam naturam sit mediator.

Unde et mediator dicitur secundum humanitatem, non mediator secundum divinitatem. Non enim est mediator inter deum et deum, quia unus est deus, sed inter deum et homines. Qui inter duo extrema est, medius esse non potest nisi inter aliqua; mediator est autem in quantum homo, nam in quantum deus non est mediator sed equalis patri.

Au· in libro confessionum.

Hoc idemque pater cum patre unus deus, adeo quod inter homines et deum veniret per hominis naturam in qua suscepit illa per que reconciliavit deo; et intra, et sic eandem. Sed aliquid simile deo et aliquid simile hominibus esse mediatorem congruebat, ne per omnia similis hominibus longe esset a deo, aut per omnia deo similis longe esset ab hominibus, et non mediator esset. Verus igitur mediator Christus inter mortales peccatores et immortalem iustum apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum deo, per iustitiam coniunctus per quem nobis per iustitiam deo. Recteque mediator dictus est, qui inter deum immortalem et hominem mortalem est deus homo, reconcilians hominem deo. Continuatur mediator in quantum est homo. In quantum autem verbum, non est medius, quia equalis est deo.

Si ergo Christus secundum vos, Vigilius contra Eutichen, o heretici, unam tantum habet naturam, ubi medius erit? nisi ita sit medius ut deus sit per naturam divinitatis et homo per humanitatis naturam, quomodo humana divinis reconciliabit? Nam ipse veniens per susceptam humanam sociavit divinis per utriusque nature coniunctionem in una persona. Deinde omnes fideles per mortem reconciliavit deo, dum sanati sunt ab impietate quicumque humilitatem eius credendo diligerent et diligendo imitati sunt. Et vere hic Summam intelli- aliquatenus insinuat, quod Christus secundum gentie paulus dicitur mediator dei et hominum secundum re perstringit quia naturam medietatis humanam, id est dico scilicet deo unitam humanitatem, cum nos reconciliavit per mortem, per quam etiam nos redemit a servitute diaboli. Nam in eo peccatum. Non enim corruptibilibus auro et argento redempti sumus sed precioso sanguine agni immaculati. Quod alio modo poterit liberare et sicut potuit isto.

Si vero queritur utrum alio modo possit deus hominem liberare quam per mortem Christi, dicimus et alium modum fuisse possibilem deo, cuius potestati cuncta subiacent; sed nullum alium convenientiorem modum aliquem fuisse, nec esse oportuisse. Quid enim tam necessarium Responsio. Quod isto ad erigendum spem et ab immortalitatis desperatione modo liberandum quam quod tanti nos fecit deus, ut dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, et a nobis accipiens quod non erat, dignatus est inire consortium nostre nature, mala nostra moriendo perferret. Alia ratio.

Alia ratio, quare isto potius modo quam alio liberare voluit: ut sic iustitia superaret diabolum, non potentia. Et quomodo id factum sit explicat: Ut potestate quadam iustitia dei in potestatem diaboli traditum est genus humanum, peccato primi hominis in omnes originaliter transeunte, et illi debito obligante omnes homines ab origine. Sic sub principe diabolo, vel a principe, sicut natura filii ire: natura sed est depravata peccato, non ut est recte condita ab initio.

Modus autem iste quo traditus est homo in potestatem diaboli non ita debet intelligi, tamquam deus hoc fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit, iuste tamen. Illo enim deserente peccantem, peccati auctor illico invasit. Non tamen deus continuit in ira sua miserationes suas, nec hominem a lege sue potestatis amisit, cum in diaboli potestate esse permisit. Quod diabolus non est alienus a bonitate.

Quia nec diabolus a potestate dei est alienus, sicut nec a bonitate. Nam quamlibet nequitia diabolus et homo non subsisteret nisi per deum, qui vivificat omnia. Non ergo deus hominem deseruit, ut non se illi exhiberet deus; sicut mala permittit et malis multa prestat bona. Sed tandem hominem qui commisso peccato diabolo subditus, remissio peccatorum per sanguinem Christi a diabolo eruit, ut sic iustitia vinceret diabolum, non potentia.

Sed quia iustitia Ihesu Quare iustitia Christi, quomodo victus est Christi victus est diabolus? Quia cum in eo nihil dignum morte inveniret, occidit eum. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes, quem sine ullo debito occidit. Sed autem potentia vincere noluit, quia diabolus vitio perversitatis sue amator est potentie et desertor oppugnatorque iustitie, in quo homines magis eum imitantur, qui neglecta vel etiam perosa iustitia potentie magis student, eiusque vel adeptione letantur vel cupiditate inflammantur. Sed placuit deo ut non potentia sed iustitia vincens hominem erueret, in quo homo eum imitari disceret. Post autem in resurrectione secuta est potentia, quia revixit mortuus, numquam postea moriturus.

Sed nonne iure equissimo vinceretur diabolus

Au· in .xiii. de tri.

Au· in eodem.

sed potentia tantum Christus cum illo agere voluisset. Itaque

Sed postposuit Christus quod potuit, ut prius ageret quod oportuit. Iustitia ergo humilitatis hominem liberavit, quem sola potentia aequissime liberare potuit.

De causa inter deum et hominem et diabolum.

Sicut enim tres illi in causam venerunt, scilicet deus, homo, diabolus, diabolus et homo quasi adversum deum. [illegible] diabolus enim de iniuria dei convincendus est, quia servum eius, scilicet hominem, fraudulenter abduxit et violenter tenuit; homo etiam, quia servus [illegible] deo convincendus est, quia praeceptum eius contempsit et se alieno dominio mancipavit. De hominis etiam iniuria convincendus est diabolus, quia illum ipsius fallaci promissione deceptum et post mala inferendo laesit. Iniuste ergo diabolus contendit ad se tenendum hominem, sed homo iuste tenebatur, quia diabolus numquam meruit potestatem habere super hominem, sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si igitur deus, qui utrumque poterat, potentia hominem liberare vel etiam sola iussionis virtute hominem potentissime liberaret, sed ob eam promissam iustitia humilitatis uti voluit, qui deum incarnatum mortalem crucifixum esse; ut iustificati sumus et per remissionem peccatorum erepti de potestate diaboli. Iam ergo iustitia diabolus victus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine peccata nobis sunt dimissa, supra expositum est.

De traditione Christi que dicitur facta a patre, a filio, a Iuda, a Iudeis.

Ipse ergo est sacerdos idemque hostia, pretium nostre reconciliationis, qui se in ara crucis non diabolo sed deo trinitati obtulit pro omnibus, quantum ad pretii sufficientiam; sed pro electis tantum, quantum ad efficaciam, quia predestinatis tantum salutem effecit. Deus quoque legitur quod sit traditus a patre, quod se ipsum tradidit, Iudas eum tradidit, et Iudei. Ipse se tradidit, quia sponte ad passionem accessit; pater eum tradidit, quia voluntate patris, immo totius trinitatis passus est; Iudas tradidit prodendo et Iudei instigando. Et fuit auctus Iude et Iudeorum malus, et auctus Christi et patris bonus. Opus Christi et patris bonum, quia bona patris et filii voluntas; malum opus fuit Iude et Iudeorum, quia mala fuit intentio. Diversa fuerunt ibi facta sive opera, id est diversi auctus, et una res sive factum, scilicet passio. Quidam ideo dicunt aliquid unum in facto illo patrem, filium, Iudam, Iudeos; aliquid distinguunt. Respicientes enim ad passionem unum opus illorum dicunt; attendentes intentiones et actus, facta diversa decernunt. Unde Augustinus: Facta est traditio a patre, facta est traditio a filio, facta est traditio a Iuda; una res facta est. Quid ergo discernit inter [illegible]? Ecce hoc fecit pater et filius in caritate, Iudas vero in proditione. Videlicet quia non quid faciat homo, sed quo animo et voluntate considerandum est. In eodem facto invenimus deum, quo Iudam; deum benedicimus, Iudam detestamur, quia deus cogitavit salutem nostram, Iudas cogitavit pretium quo vendidit dominum. Filius pretium quod dedit pro nobis; diversa ergo intentio diversa facta facit, cum tamen sit una res ex diversis. Et hic tamen intelligendum diversa facta, quia una fuit ibi passio, sed diversi auctus, et auctus Christi [illegible] Iude et aliorum, quibus operari fecit passionem, que bonum est et opus dei est.

De opere Christi passionis, quod dicitur opus dei et Iudeorum, et quomodo.

Passio ergo Christi opus est Iudeorum dicitur, quia ex actibus eorum provenit; et opus dei, quia eo auctore et volente facta. Unde Augustinus: Nemo aufert animam Christi ab eo, sed potestatem habet ponendi et sumendi. Ecce habes auctoritatem operis: ponere animam [illegible] opus auctoris; et ut generaliter concludam, passio Christi aliquid patitur opus auctoris est, cum sua voluntate non alio cogente patitur: [illegible] est opus. Cum autem passio Christi opus dei sit et id bonum, tamen quia operati sunt Iudas et Iudei, queritur an eo modo dicendi sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum est. Possunt enim dici quod operati sunt bonum, quia ex actibus eorum bonum provenit, scilicet passio Christi; sed tamen quod operati non sunt bonum sed malum, quia actio eorum non fuit bona, sed mala.

Utrum divisio in morte fuit anime et carnis a verbo.

Post predicta considerandum est utrum in morte a verbo sit separata anima et caro. Quidam putaverunt carnem sicut ab anima, ita a divinitate in morte fuisse divisam. Sicut, inquiunt, anima media divinitas carnem sibi univit, sicut superius dictum est, ergo quia divisa est caro ab anima, divisa est etiam a divinitate, quia non potuit ab anima seiungi, per quam illi erat unita, quin a verbo divideretur. Fuit autem divisa ab anima in morte, alioquin non vera mors ibi fuisset. Quia, ut ait Augustinus, [illegible] quia timent homines separationem anime a carne; mors autem, quia tormentum, separatio est anime a corpore. Utrique enim diaboli suasu homini propinata est. Si ergo in Christo homine vera mors fuit, divisa est ibi anima, ac per hoc divinitas a carne [illegible]. Et sue probabilitati adiciunt auctoritatis testimonium: Ambrosius enim tractans de verbo derelictionis, qui in cruce voce magna clamans dixit: Deus, deus meus, ut quid me dereliquisti? Clamat homo separatione divinitatis moriturus. Nam cum divinitas mortis libera sit, utique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet, quia vita divinitas est. Hic videtur tradi quod divinitas separata sit in morte ab homine illo, que nisi discessisset,

Au.

Au. in lib. xiii de trinitate.

Actio displicuit, passio grata fuit.

Au. in expositione fidei catholice de Feliciano.

Au. super psalmum xlvii.

Ambr. super psalmum.

Opinio quorundam aliorum carnem a deitate separatam.

.i. diversificat factum

.i. factum diversificatum

s. i. diversimoda

s. operatur

s. operatur

Di. xxi

s. in principio libri tertii, capitulo vii. Damascenus 47.

homo ille mori non posset. Quod illud ad carnem referunt, quod dicitur a deo separatum;

¶ Responsio.

Quibus respondemus: illam separationem sic esse accipiendam, sicut intelligitur derelictio quae illis verbis significatur: Ut quid dereliquisti me? Dum in cruce derelictus erat, aperte in cruce se derelictum clamabat. Non recesserat deus ab homine, nec erat soluta unio dei et hominis, cum aliquo fuit quodam tempore quo Christus adhuc vivus homo erat, et ideo se adhuc vivum derelictum clamabat; non derelictum quidem. Si ergo illa derelictio unionis intelligitur solutio, tunc facta fuit solutio dei et hominis quando Christus vivus erat. Sed quis hoc dicat? Fuit autem derelictio in quantum eo modo illum hominem deseruisse, quod potestati persequentium eum exposuit ad tempus, nec suam potentiam ad illum defendendum exhibuit ut non moreretur. Separata est divinitas, quia subtraxit protectionem, sed non solvit unionem; separavit se foris ut non adesset ad defensionem, sed non intus defuit ad unionem. Si enim ibi cohibuisset potentiam, sed exeruisset, non moreretur Christus. Mortuus est ergo Christus divinitate recedente, id est effectum potentiae defendendi non exhibente. Hic est hircus apopompeus, qui alio hirco immolato in solitudinem mittebatur, ut legitur in Levitico. Duo enim hirci humanitas et divinitas intelliguntur: humanitate quasi immolata, divinitas in solitudinem abiit, id est in caelum. Unde Isicius super Leviticum: In solitudinem, id est in caelum, Christo passo, divinitatem abisse dicit, non locum mutans, sed quodam modo virtutem cohibens, ut possent impii consummare passionem. Abiit ergo, id est virtutem cohibuit, et permisit iniquitatem nefandis, non ut recederet, sed ut consummaretur. Deus enim ingens continens est.

¶ Isicius super Leviticum

¶ Ex his satis ostenditur praemissa verba Ambrosii sic esse accipienda ut praediximus.

Aliorum inductio auctoritatum.

Alii quadam auctoritate innituntur, qui asserunt divinitatem in morte recessisse ab homine, sed carnem; ait enim Athanasius: Maledictus qui totum hominem quem assumpsit dei filius, denuo assumptum vel liberatum tertia die a mortuis resurrexisse non confitetur. Fiat, fiat.

Athanasius.

Qualiter de hac auctoritate arguendo procedunt.

Si, inquiunt, denuo assumptus est homo in resurrectione, quem assumpserat in incarnatione, deposuit ergo eum in morte; separata ergo fuit divinitas in morte ab humanitate.

Responsio.

Ad quod respondemus, quod si in his verbis assumptio talis intelligatur quae sit per unionem verbi et carnis tantum, sed totum hominem, id est animam et carnem, denuo sibi univit in resurrectione, quia non simpliciter hominem, sed totum hominem assumpsisse dicitur, totum quidem hominem in morte deposuit, id est animam et carnem. Sed quis nisi hostis veritatis dicat animam a verbo depositam? Idem nisi hoc fuerit, quod totus homo sic assumptus, non pro eis facit illa auctoritas quae totum dicit assumptum.

qui d. nullo

Determinatio auctoritatis.

¶ Sciendum est quod Athanasius id dixit contra perfidiam illorum qui resurrectionem Christi negabant, putantes morte devictum qui solus inter mortuos liber est; ideo illum maledicit qui non confitetur totum hominem denuo assumptum resurrexisse, id est ipsam animam denuo corpori univisse, et in illis duobus denuo coniunctis in resurrectione verbum hominem vixisse. Licet enim in morte separata est anima a carne, unde vere dicitur Christus mortuus, sed neutrum separatum est a verbo dei.

Auctoritatibus astruit carnem a verbo in morte non esse divisam.

Sicut Augustinus docet super Iohannem, tractans illud domini verbum: Ego pono animam meam ut iterum sumam eam; nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso; potestatem habeo ponendi eam, et iterum sumendi eam. ¶ Animam dicit hic emissam, a quo emissa est?

De eo quod scriptum est: ego pono animam etc.

Caro scilicet; non est emissa quia separata est, posuit. Nec verbum animam posuit vel carnem, sed caro ergo animam posuit, sed potestate in se manentis deitatis; potentia ergo deitatis anima divisa est a carne, sed neutrum a verbo dei. Unde Augustinus: Verbum ex quo suscepit hominem, id est carnem et animam, nunquam deposuit animam, ut esset anima separata a verbo; sed caro posuit animam quam ex ipso tempore quo redemimus iterum sumit. Voluit ergo ad tempus carnem et animam separari, sed neutrum a verbo dei. Caro quidem ponit et sumit animam non potestate sua, sed potestate inhabitantis carnem deitatis. Hic evidenter traditur nec animam nec carnem a verbo dei divisam in morte, ut aliquo modo soluta fuerit unio. Unde Augustinus ad Felicianum: Absit ut Christus sic senserit mortem ut quantum in se est vita vitam perdiderit. Si enim hoc ita esset, vitae fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem sponte susceperat, non naturae suae perdidit potentiam, per quam cuncta vivificat. Sic sepulcro carnem suam commoriendo signavit, sicut in utero virginis eam nascendo formavit. Mortuus est ergo non discedente unitate, sicut passus est non pereunte potentia; nemo tollit animam eius ab eo, quia potestatem habet ponendi et sumendi. ¶ Ecce hic habes verbum non deseruisse carnem in morte vel animam non

Au. ad greg.

Au. in epistola fidei catholice

scilicet divinitate

scilicet carne animam

scilicet a carne

scilicet divinitate

¶ t. vel assertio

¶ Est assumptio triplex:
Ad unionem. Unde: Beatus quem elegisti et assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.
Ad gratiam. Unde: Misit de summo et accepit me et assumpsit me de aquis multis.
Ad gloriam. Unde in evangelio: Erunt duo in lecto, unus assumetur et alter relinquetur.

dereliquisse a mortuo, quia sponte tradidit spiritum. Non amisit enim, ut ait Ambrosius, sed emisit Christus spiritum. Et item: Qui arbitrio crucifixi suspendendi quoque corporis emisit spiritum, non amisit; pendebat in cruce et omnia commovebat. Sed verbum emisit se ex carne; quo emisit ad patrem;

Qua ratione dicitur mortalis et impassibilis.

Recedente vero anima mortua est caro, et caro ergo mortua est, mortuus est homo. Sicut enim mortuus dicitur deus qui mortuus est homo, ita mortuus dicitur homo qui mortua est caro per separationem animae. Mors carnis fuit per carnem quam unitam illi quae mortua est dicitur deus mortuus, et per carnem et animam quae utraque dolorem sensit dicitur deus passus, cum divinitas omnis doloris expers existeret. Unde Augustinus: Verbum caro factum est, ut per carnem panis caelestis ad infantes transiret, et secundum hoc ipsum verbum crucifixum est, quod est immortale in homine. Homo ille mutatus est ut melior fieret quam erat. Secundum ergo quod homo erat, mortuus est deus, et propter quod deus erat, homo excitatus est et resurrexit. Et quod passus est homo, rite potest dici non passus deus, quia deus erat homo, quemadmodum non potest dici esse te non passum iniuriam, si vestis tua conscindatur. Quia vestis tua non sis tu, immo magis quia quidquid patitur caro unita verbo debet dici pati deus, licet verbum nec mori nec corrumpi nec mutari potuerit, sed quidquid homo passus est, in carne passus est. De hoc etiam Ambrosius in libro iii. de spiritu sancto ait: Ubi caro patiebatur, manens in carne verbum, in se per corporis assumptionem referebat, ut pati diceretur, quia caro patiebatur, sicut scriptum est: Christo in carne passo. Hic docet qua ratione deus vel dei filius passus vel mortuus dicitur, nec per mortem sensit in quantum deus est, sed quia caro ei unita mortua est. Secundum quam rationem dicit Augustinus: Si quis dixerit atque crediderit filium dei deum passum, anathema sit; cum dei caro, ex qua intelligentia sumenda est, apparenti in eodem libro: Si quis dixerit quod in passione dolorem sentiebat filius dei deus, non caro pariter cum anima quam sibi assumpserat, anathema sit. Sane quod dici potest quod mortuus est deus et non mortuus, passus est dei filius et non passus. Passa est tota persona et non passa; crucifixum est verbum et non crucifixum; secundum alteram naturam passus est, secundum alteram impassibilis. Unde Ambrosius: Revera impassibilis est ista fides, quia Christus est dei filius natus ex virgine, quem cum quidam geminum propheta de Sabio eo quod biformis et geminae naturae. unius sortis divinitatis et corporis. Idem ergo patiebatur et non patiebatur, moriebatur et non moriebatur, sepeliebatur et non sepeliebatur, resurgebat et non resurgebat. Resurgebat secundum carnem quae mortua fuerat, non secundum verbum, quod apud deum semper manebat.

Hic quaeritur utrum Si Christus in morte fuit homo. in illo triduo mortis Christus fuit homo. Quibusdam non videtur, quia mortuus fuerat et homo mortuus non est homo; adiciunt etiam: Opinio quorundam. quod si tunc erat homo, vel mortalis vel immortalis, sed mortalis non, quia mortuus, nec immortalis, quia ante resurrectionem. Quibus respondemus: Responsio. quia licet homo mortuus fuerit, tunc erat vel confirmant in morte deus homo, nec mortalis quidem nec immortalis, et tamen erat homo. Sic enim hic argumentatio. Sed gratiae mysteriis locum habere fidei sacramentum a philosophicis argumentis liberum. Unde Ambrosius: Aufer argumenta ubi fides quaeritur; in ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat; piscatoribus creditur, non dialecticis. Dicimus ergo in morte Christum vere fuisse hominem, et mortuum et hominem quidem nec mortalem nec immortalem, quia unitus erat animae et carni, licet seiunctis. Alia enim ratione dicitur deus homo vel homo deus, quam mortuus vel homo. Homo enim dicitur deus et e converso per susceptionem hominis, id est animae et carnis; vis autem vitalis erat illa susceptio, quae deum hominem faceret et hominem deum. Cum ergo illa susceptio per mortem non deficeret, sed deus homini et homo deo sic unitus erat, hic tunc deus erat homo et e converso, quia unitus animae et carni. Et homo mortuus erat, quia anima a carne divisa erat per separationem animae a carne. Mortuus enim homo per separationem, quia ipse secundum unionem homo. Non autem sic erat homo ut ex anima et carne sint iunctis subsisteret, ex qua ratione dicitur aliquis alius homo, vel ipse forte ante mortem; hoc etiam modo erit homo et post resurrectionem; sed in morte non homo erat ratione animae et carnis secundum unionem, et mortuus per illarum divisionem.

Si Christus in morte erat homo alicubi. vel ubique est homo sit.

Hic quaeritur si Christus in morte alicubi erat homo vel ubique est homo sit, quod dicimus quia ubique erat homo erat, nec minus ubique est homo est, quia ubique est per deitatem, nec ubique homo, quia nunquam homini unitus, sed ubique est per hominem; ibi homo est. Tempore autem mortis ubique erat, sed deus et in sepulcro per hominem et in inferno; secundum hominem sed in inferno per animam et in sepulcro per carnem; in sepulcro quidem erat homo, quia humanitati unitus, etsi non toti, quia carni tantum; et in inferno erat homo, quia humanitati unitus, sed non toti, quia animae tantum.

Sed si in inferno animae tantum et in sepulcro Opinio. carni tantum unitus erat, quomodo nec in inferno unitus erat animae et carni nec in sepulcro. Quomodo ergo hic verum Redditio causae. homo esse dicitur, quod est verbum dei? Quia una eademque unione unitus erat animae in inferno et carni in sepulcro, et sic erat illis duobus tunc separatis

Ambrosius in iii. libro de spiritu sancto.

Augustinus ad Felicianum.

Ad. in sermone de fide.

Ad. in eodem.

Ambrosius in iii. libro de spiritu sancto.

Ambrosius

Ambrosius in i. libro de Trinitate.

Ad. in i. libro de incarnatione.

primus modo

secundus modo

Ista fuit opinio aliquorum quae tamen non tenetur

Ista est secundum magistrum, homo

Queritur ex qua causa vel ratione in triduo fuit homo; quam opinionem tenuit magister mortuus vivus, sicut ante sepulturam, id est ante mortem. ¶ Ad hoc autem opponitur: Si Christus animam tantum vel carnem tantum assumpsisset, non fuisset verus homo. Sed quia utrumque assumpsit, verus homo fuit. Dicitur ergo: illam carnem et animam sibi unitam non habebat, verus homo ibi non erat. Sed Christus mortuus nusquam illa duo unita habebat, quia nec in sepulcro nec in inferno nec alibi; nusquam ergo erat homo. ¶ Ad quod dicimus, quia Christus utique verus homo non fuisset, si carnem et animam non assumpsisset. Sed tamen quia utrumque assumpsit, neutrum deposuit, sed cum utroque eandem unionem indissolubiliter tenuit, quam assumendo contraxit. Ideo non incongrue ubi utique anime vel carni vel utrique unitus erat, ibi homo dicitur, quia ibi humanatus est. Ergo et in sepulcro erat homo et in inferno, quia utrobique humanatus erat Christus, et unam eandemque cum anima et carne, licet separatis, habebat unionem. Et uno eodemque tempore in sepulcro iacuit Christus et ad inferna descendit, sed in sepulcro iacuit secundum solam carnem, et in infernum descendit secundum solam animam. Unde Augustinus: Quis non est dicturus in inferno Christum fuisse in anima sola? Quis iacuit in sepulcro Christum fuisse in carne sola? Quia in his singulis Christus est, et Christus totus in his omnibus et in singulis constitutus. ¶ Ex his evidenter ostenditur quia carni iacenti in sepulcro unitus erat Christus sicut anime in inferno; alioquin sicut carni mortue non esset unitus, non tamen diceretur iacuisse in sepulcro, et anima quae ad infernum descendit. Caro in sepulcro iacuit, sapientia tamen utrique permansit, quae in inferno posita, ut ait Ambrosius, lumen vite fundebat eterne, radiabat illic lux non abscondita, illuminabat infernum, sed in inferno non claudebatur. Ipsa enim locus est sapientie, de qua scriptum est: Nescit homo pretium eius, nec invenitur in terra suaviter viventium, de qua abyssus dicit: Non est in me, et mare dicit: Non est mecum. Ergo nec in tempore nec in loco sapientia est, cui nec mors timenda est, et in ligno etiam erat, non illa ... omnium substantia divina pendebat. Confitemur tamen Christum pependisse in ligno, iacuisse in sepulcro secundum carnem, et fuisse in inferno secundum animam solam. Quod Christus ubique totus est, sed non totum.

Et utique totus eodem tempore in toto ubique, totus sepultus in inferno, totus in celo. Quod totus ubique est non totum. Tamen ubique totus, persona enim illa eterna non maior erat ubi carnem et animam simul unita sibi habebat quam ubi alterum tantum; nec maior erat ubi utrumque simul et alterum tantum unitum habebat quam ubi erat neutrum horum unitum; totus ergo Christus et perfectus ubique erat. Unde Augustinus: Non dimisit patrem, sed consequenter in ligno utique totus, utique perfectus; uno quoque eodemque tempore totus erat in inferno, totus in celo; erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat super celos vita viventium, verus mortuus verusque vivus; sed in quo in mortem susceptus mortalitatis excepit, vitam divinitatis non perdidit. Unde dicitur dei filius in anima sepultus, in carne tamen anima non sensit, sed tamen per coniunctionem inferni totus Christus glorie crucifixus est. ¶ Ex his apparet quod Christus eodem tempore et totus erat in sepulcro et totus in inferno et totus ubique, sicut et modo totus est ubique, et tamen nec in sepulcro vel in inferno totum erat. Ibi totus, sicut Christus totus est deus, totus homo, sed non totum, quia non solum est deus vel homo, sed deus et homo. Totum enim ad naturam refertur, totus autem ad hypostasim, sicut aliud et aliquid ad naturam, alius vero et aliquis ad personam referuntur. Unde Iohannes Damascenus: Totus Christus est deus perfectus, non autem totum deus est; non enim solum deus est, sed et homo; et totus homo perfectus, non autem totum homo; non enim solum homo, sed et deus. Totum enim naturae est representativum, totus autem hypostaseos, sicut aliud quidem est nature, alius autem hypostaseos.

Sicut quaedam dicuntur de deo et de filio dei possunt dici de homine.

Solet etiam queri si congruenter de homine illo et de filio dei possit dici filium hominis vel illum hominem descendisse de celo, vel utique eo sicut dicitur filius dei vel deus de celo venisse. Utique et hoc dicimus, si ad unitatem persone referatur dicti intelligentia; tamen dici, si ad distinctionem naturarum, nullatenus concedendum est. Unde Augustinus: Una persona est Christus deus et homo. Ideo dicitur: Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est in celo. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius dei descendit, filius hominis crucifixus est; secundum unitatem persone filius hominis descendit et filius dei crucifixus est. Propter hanc unitatem persone non solum filium hominis descendisse de celo, sed et esse dictum est in celo cum loqueretur in terra. Propter hanc eandem dicitur deus glorie crucifixus, qui tamen ex forma servi tantum crucifixus est, non secundum hoc quod deus glorie est et secundum quod glorificat suos; tamen dominus deus glorie crucifixus, recte quidem, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quod ergo propter quid et quid secundum quid dicatur, prudens et diligens lector ipsius intelligat; sed de contingentia calcaminis dominici sufficiat, ne ossa regis Idumee consumantur usque in cinerem.

Si Christus habuit fidem et spem et caritatem.

Cum vero supra perhibitum sit Christum plenum gratia fuisse, non est supervacuum inquirere utrum fidem et spem sicut caritatem habuerit. Si enim non habuit, non videtur plenitudinem gratie habuisse. Ut autem hoc quod ipsius de valeat aptius expleri, de his singulis aliqua in medio proferenda sunt; et primum de fide secundum mensuram cuique propter apostolum unicuique sapere.

XXIII

Nota quod questio ista scilicet an Christus habuit fidem decidatur in ...

¶ Hic dicit magister quod ...

Nota.

Augustinus super Iohannem

Ambrosius ... de bonis

Augustinus ad Felicianum in expositione fidei

libro sapientie.

Iob est istud

id est non est apud ... locum

hoc est ... dictis

videtur

Damascenus

Augustinus ... de filio

Augustinus contra ...

Magister Stephanus Cantuariensis tenet contra et dicit quod fides informis remanet adveniente fide formata et ipsa efficitur eadem; differentia fidei formate efficitur credendo et diligendo et de aliis similiter.

de hoc dicitur quod ... alia sunt ... dicuntur ...

Au. in enchir. — fide formata — fide informi — alia — Au. in xiiii li. de tr. — res — quod est quo — i. a quo est — Au. sup. epi. ad rom. — theologica — Au. in li. de fide et opib. — ad eo — Au. sup. epistolam ioh. — dicatur — qualiter dicatur fides informis — Au. de ... domini — quandoque — Bed. — Au. — Au. sup. ioh. — amando ... deo et deum — ... — fide — ... fidei et fide — epistola ad corinth.

Fides est virtus qua creduntur que non videntur. Quid sit fides. Quod tamen non de omnibus que non videntur accipiendum est, sed de his tantum que, ut ait Aug., ad religionem pertinent. Cum multa sint que si nesciamus vel ignoremus, nichil metuendum est, quia non spectant ad religionem doctrine. De modis fidei. Accipitur autem fides duobus modis, scilicet pro eo quo creditur et pro eo quod creditur. Pro eo quo creditur, ut ibi: virtus est; et pro eo quod creditur. Quod aliud est a fide qua creditur, unde Aug. inquit: Aliud sunt ea que creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa enim in rebus sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur; hec autem in animo credentis est, ei tantum conspicua cuius est. Aliquando tamen nomine fidei censetur et illud quod creditur, unde illud quo creditur et id quod creditur dicitur fides, sicut ubi: Hec est fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Fides autem qua creditur, si cum caritate sit, virtus est, quia caritas, ut ait Ambrosius, mater est omnium virtutum, que omnes informat, sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionem virtus est, qua non visa creduntur. Hec est fundamentum quod mutari non potest, ut ait apostolus, quod positum in fundamento neminem perire sinit. Unde Aug.: Fundamentum est, id est ipsa fides que per dilectionem operatur, per quam Christus habitat in cordibus, que neminem perire sinit. Alia vero que est fundamentum: fides enim sine dilectione inanis, fides cum dilectione christiani est, alia demonum est. Nam et demones credunt et contremiscunt. Sed multum interest utrum quis credat Christum vel Christo vel in Christum. Nam ipsum esse Christum demones crediderunt, nec tamen in Christum crediderunt. Quid sit credere deum, deo, in deum. Aliud est enim credere in deum, aliud credere deo, aliud credere deum. Credere deo est credere vera esse que loquitur, quod et mali faciunt; et nos credimus homini, sed non in hominem. Credere deum est credere quod ipse sit deus, quod etiam mali faciunt. Credere in deum est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adherere et eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur impius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea enim sola bona opera dicenda sunt que fiunt per dilectionem dei. Ipsa enim dilectio opus fidei dicitur. Fides ergo quam demones et falsi christiani habent, qualitas mentis est, sed informis, quia sine caritate est. Nam et malos fidem habere sine caritate apostolus ostendit dicens: Si habuero omnem fidem, caritatem autem non habuero, etc. Que fides etiam donum dei dicitur, quia et in malis quedam dei dona sunt.

Aug. in li. de
predest. sanct.
credere ipsum
nichil aliud est
quam cum assensio-
ne credere et
cogitare.

Si vero queritur utrum illa qualitas informis, qua malus christianus universa credit que bonus christianus, accedente caritate remaneat et fiat virtus, an ipsa eliminetur et alia qualitas succedat que virtus sit, sine preiudicio dicimus: nobis tamen videtur quod illa qualitas que prius erat remaneat, et accessu caritatis virtus fiat. An illa informis qualitas que in malo christiano fuit, fiat virtus vel succedat ei alia. Bequo

Solo ... opinio magistri

Quomodo dicatur una fides. Cum vero multis modis dicatur fides, considerandum est quomodo dicatur una fides, ut est illud apostoli: Unus dominus, una fides, unum baptisma. Sive enim accipiatur fides pro eo quod creditur, sive pro eo quo creditur, recte dicitur fides una. Si pro eo quod creditur accipiatur, ex hac intelligentia dicitur una fides, quia idem iubemur credere, et unum idemque est quod creditur a cunctis fidelibus, unde et fides catholica dicitur, id est universalis. Si vero accipitur fides pro eo quo creditur, et ratione dicitur una esse fides, non quia sit una numero in omnibus, sed genere et similitudine. Unde Aug.: Fides qua quisque fidelis vocatur, et qui non habet infidelis, communis est omnibus fidelibus, sicut plurium hominum facies communis esse dicitur, cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est una, sed genere, que tamen sic in uno est ut in aliis, et non per omnia similis, sed per similitudinem magis unam dicimus esse quam multas. Sicut etiam volentium dicitur una voluntas, cum tamen unicuique sit sua voluntas, et duorum simillimorum dicitur facies una. Au. in ... Au. in xiii li. de tr.

Notandum quoque est quod fides ipsa de non apparentibus est, unde Gregorius: Apparentia non habent fidem, sed agnitionem. Idem etiam Paulus dicit: Fides substantia est rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hec vera dicitur credi quod non valet videri, nam credi iam non potest quod videri potest. Thomas aliud vidit et aliud credidit: hominem vidit, et deum confessus est dicens: Deus meus et dominus meus. De hoc etiam Aug. ait: Fidem ipsam videt quisque in corde suo esse si credit, vel non esse si non credit. Non sicut corpora que videmus oculis corporeis, et per ipsorum imagines quas memorie tenemus etiam absentia cogitamus; nec sicut ea que non vidimus et ex his que vidimus cogitatione utcumque formamus et memorie commendamus; nec sicut hominem cuius animam etsi non videmus ex nostra conicimus, et ex motibus corporis hominem sicut videndo didicimus intuemur cogitando. Non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est, sed eam tenet certissima scientia clamatque conscientia. Cum ideo credere iubeamur, quia id quod credere iubemur videre non possumus, ipsam tamen fidem quando est in nobis videmus in nobis, quia et rerum absentium presens est fides, et rerum que foris sunt intus est fides, et rerum que non videntur videtur fides, et ipsa tamen temporaliter fit in cordibus hominum.

Quod fides est de his que non videntur per quod. Greg. in omelia quadam. Idem in dialogo.

i. quod est ...
i. et omnis ... quod non creditur.
i. intelligit
i. qualitas
anima
i. certa experientia.
i. intellectus
i. intelligere

Nota quod fides dicitur virtus
omnium virtutum, quia omnibus
aliis prior est, et caritas
dicitur mater omnium virtutum quia
...

rit ex fidelibus infideles fiunt, pereat a corde. Cuius sub evidentia credidit fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri non corporaliter nec imaginarie, sed intellectualiter; et ipsam tamen absentem in corde alterius quam non vidit esse vel alibi atque. Credo ut sic cognoscamus, non cognoscentes ut crederemus. Quid est enim fides nisi credere quod non vides? Fides ergo est quod non vides credere; veritas, quod credidisti videre. Unde recte fides dicitur argumentum vel convictio rerum non apparentium, quia si fides est, ex eo convincitur et probatur aliqua esse non apparentia, cum fides sit certa de non apparentibus.

Descriptio fidei.

Ait enim Apostolus: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum vel convictio non apparentium, quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda, et subsistent in futuro per experientiam; et ipsa est probatio et convictio non apparentium, quia si quis de eis dubitet, per fidem probantur, ut adhuc probatur futura resurrectio, quam ita crediderunt patriarche et alii. Sed et probatio est et certitudo quod sint aliqua non apparentia, ut supradictum est. Ipsa autem fides dicitur substantia rerum sperandarum, quia sperandis substat, et quia fundamentum est bonorum, quod nemo mutare potest.

Si illa descriptio spei conveniat.

Si vero queritur an hec descriptio spei conveniat, sane concedi potest ut illis. Si autem dicatur convenire et alia plura quibus differunt spes et fides, sed non simpliciter dici potest soli fidei convenire, non spei, quia fides sola fundamentum dicitur, non quia fides virtus possit esse sine spe et caritate. Unde Augustinus: Fides operatur per dilectionem, itaque sine spe esse non potest, nec amor sine spe, nec sine amore spes, nec utraque sine fide, et fides sine amore nichil prodest. Potest tamen credi aliquid quod non speratur; nichil autem potest sperari quod non creditur. Sicque credere, quod est actus fidei, naturaliter precedit sperare, quod est actus spei, quia nisi aliquid crederetur, non posset sperari; creditur autem quod non speratur. Unde est quod in scriptura plerumque reperitur quod fides precedit spem, et spes sequitur fidem, non quod virtus fidei precedat virtutem spei tempore, ut dictum est, sed quia actus fidei naturaliter precedit actum spei. Quia etiam quidam concedunt de ipsa virtute fidei ut naturaliter precedat spem, non tempore. Unde recte ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum et bonorum operum.

Quare dicitur fides sola fundamentum.

Non autem fundamentum est caritatis, quia non ipsa caritatis, sed caritas ipsius virtutis fidei causa est; caritas enim causa est et mater omnium virtutum, que si desit, frustra habentur cetera; si autem adsit, habentur omnia. Caritas enim, sicut supra dictum est, ut in superioribus pretaxatum est, ipsa est ergo causa omnium virtutum, non ipsa aliqua virtutum causa est; quod omnia munera excellit. Unde Augustinus: Respiciendo munera celestia, universis excellentem caritatis munus cognosces, que ita eleuat non posse primi in uno, sed superexcellit. Non ergo est causa vel fundamentum fides caritatis, et tamen caritas superexcellentior dicitur, quia nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritalem amorem attingitur. Non enim caritas fidem, sed fides caritatem precedit, quia nemo potest amare quod non credidit, sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest de actu fidei, que fidem autem spem et caritatem tempore precedunt, vel de actu fidei, quia forte fidei actum caritatis precedit, sicut et actum spei, quod verba premissa diligenter notata insinuant, et ea que addit dicens: Nisi ea, inquit, que audis credideris, et adamando ea que audis non intelligis, que tamen de non visis est, ut ante diximus. Unde Iohannes Crisostomus: Fides ianua mentis fecit subsistere ea que non videntur, de quibus proprie fides est; de visis enim non est fides, sed agnitio.

Quomodo intelligatur quod scriptum est ad fidem fuerit etc.

Hic queritur, si fides tantum de non visis est, quomodo veritas apostolis ait: Dico vobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Ubi dominus innuit ut quod fides illius futuri de factis visis. Super quo Augustinus movet questionem et absolvit ita inquiens: Quid sibi vult ut cum factum fuerit credatis? Hoc est laus fidei, si quod creditur non videtur. Nam et Thomas, cui dictum est: Quia vidisti me credidisti, non hoc credidit quod vidit, sed aliud videbat et aliud credebat. Videbat enim hominem et credebat deum. Videbat monentem, et credebat dominum latentem; credebat ergo que non videbat per hec que sensibus corporis apparebant. Sed licet dicantur credi que videntur, sicut dicit unusquisque oculis suis credidisse, non tamen ipsa est que in nobis edificatur fides; sed ex rebus que videntur agitur in nobis ut ea credantur que non videntur. Ex his aperte intelligitur quod proprie fides non apparentium est. Nec illa est fides qua in tempore credidimus qui dicimur usitata locutione nos ea credere que videmus. Alibi tamen dicit Augustinus fidem credendorum presentialiter, quod erit in futuro, cum per speciem dominum presentem contemplabimur, que tamen non proprie dicitur fides, sed veritas. Est, inquit, fides qua creduntur ea que non videntur; sed tamen est etiam fides rerum, quando non verbis sed rebus ipsis presentibus creditur, quod erit cum per speciem manifestam se contemplandam sanctis prebuerit dei sapientia. Sed non proprie hoc dicitur fides, immo fidei merces, ad quam credendo pervenitur, ut ex fide verborum veniat iustus in fidem rerum.

Quando dicitur fides de presentibus.

Si Petrus habuit fidem passionis cum videret hominem illum pati.

Si vero queritur utrum Petrus fidem

Au. s. ioh.

Au. enchi.

Au. s. ioh.

Au. s. pl.

Ioh. Crisost.

Au. s. ioh.

Au. in lib. de

XXiiii

in p. d. xviii

agnitionem

passionis habuit. Cum hominem Christum oculis corporis cernebat, dicimus eum fidem passionis habuisse. Videbat in eo quod credebat hominem pati, quia hoc videbat; sed in eo quod credebat Deum esse qui patiebatur. Non enim erat fidei eius quod credebatur homo pati et mori, quod Iudeus etiam credebat; sed quod credebat Deum esse qui patiebatur. Unde Augustinus super illum locum Psalmi: Respondit ei in via virtutis sue. Laus fidei est non quia credit illum hominem interemptum, quod et paganus credit, sed quia credit eum glorificatum et videndum. Credere hoc fidei est: Deum mortuum et hominem glorificatum. Non hoc fuit Petro fidei credere illum hominem moriturum, quod Iudeus etiam credebat, sed credere Deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fidei est in hoc meritum quod credimus illum hominem mortuum, quod et Iudeus credit, sed quod credimus hominem Deum mortuum esse.

Au.

Si aliqua sciuntur que creduntur.

Post hec queri solet, cum fides sit de credendis, utrum de non apparentibus tantum an etiam de incognitis tantum. Si enim de incognitis tantum est, de his videtur esse tantum que ignorantur. Sed sciendum est quod cum visio alia sit interior, alia exterior, et fides sit de rebus exterioris visionis, est tamen de his que visu interiori utcumque capiuntur. Sunt enim quedam que ita capiuntur ut intelligantur, et non sunt in visu. Quedam etiam aliter nota, quia cum fides sit ex auditu non modo exteriori sed interiori, potest esse de eo quod visu ignoratur, quia ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut Augustinus in libro de Trinitate dicens: Certius enim credimus fidem in nobis esse, non tamen ad eum sensum corporis pertinet qui dicitur auditus, quia non est sonus, nec ad ullum sensum corporis, quia cordis est res illa, non corporis. Quedam ergo fide credimus que intelligimus naturali ratione, quedam vero que non intelligimus, unde propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Unde Augustinus aperte distinguit: Alia sunt, inquit, que nisi intelligamus non credimus; alia que nisi credamus non intelligimus. Nemo enim potest credere in Deum nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu predicationis. Item in libro de Trinitate: Certa fides utcumque inchoat cognitionem, cognitio vero certa non perficietur nisi post hanc vitam, cum videbimus facie ad faciem. Ubi fides, non statim cognitio; ubi cognitio, fides precedit. Ex his apparet quedam esse que non intelliguntur vel sciuntur nisi prius credantur; quedam vero intelligi aliquatenus antequam credantur, nec tamen sic intelliguntur modo ut in visione sciuntur, et nec etiam per fidem, quia nondum cernuntur ut a pleno intelliguntur, quia nisi per fidem non intelligatur Deus, non mundatur cor ad sciendum. Unde Augustinus: Cor mundum est Deum scire, nisi cum mens eius conspicit, intelligere quod per fidem ... sed in ipsum quoniam valemus perficere et percipere Deum sicut percipitur a mundis cordibus, nisi per fidem diligatur non potest cor mundari,

quo ad eum videndum sit aptum. Ecce hic aperte habes quod non potest sciri Deus nisi prius diligendo credatur. Si quis autem dicit est quod nemo potest credere in Deum nisi aliquid intelligat, unde colligitur non posse sciri et intelligi quedam credenda nisi prius credantur, et quedam non credi nisi prius intelligantur, et ipsa per fidem amplius intelligi, non tamen quia prius creduntur quam intelligantur penitus ignorantur. Cum fides sit ex auditu, ignorantur tamen ex parte, quia non sciuntur. Creduntur ergo et ignorantur, sed non penitus, sicut etiam amantur et ignorantur.

Que creduntur et amantur que ignorantur.

Unde Augustinus: Sciri aliquid non diligi potest; diligi vero quod nescitur non potest. Nemo diligit Deum antequam sciat. Unde autem sunt illa tria, fides, spes, caritas, nisi in animo credentis quod nondum scit, et sperantis et amantis quod credit? Amatur ergo et quod ignoratur, sed tamen creditur.

Au. in viii. li. de tri.

De fide antiquorum.

Preterea attendendum est de sufficientia fidei ad salutem illis qui precesserunt adventum Christi et qui secuti sunt. Videtur enim profecisse fides secundum incrementa temporum spiritualium, sicut profecit cognitio. Fides quippe magna distinctione et articulorum expressione et devotione; est autem quedam fidei mensura sine qua nunquam potuit esse salus. Unde Apostolus: Oportet accedentem credere quia Deus est et quia remunerator est sperantium in se. Sed queritur utrum credere Deum et remuneratorem sufficeret ad salutem ante adventum et ante legem.

An sine fide mediatoris unquam fuit salus.

Tam tempore legis et gratie constat credidisse hoc non sufficere; oportet enim cum his universa credere que in symbolo continentur. Sed nec ante adventum nec ante legem videtur hoc sufficisse, quia sine fide mediatoris nullum hominem vel ante vel post fuisse salvum sanctorum auctoritates contestantur. Unde Augustinus: Ad operantem illa fides sanat, qua credimus ullum hominem sive maioris sive minoris etatis liberari a contagio mortis et obligatione peccati quod prima nativitate contraxit nisi per unum mediatorem Dei et hominum Iesum Christum; cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti salvi facti sunt qui prius quam veniret in carnem crediderunt in carnem venturum. Eadem enim est fides et nostra et illorum. Proinde cum omnes iusti sive ante incarnationem sive post nec vixerint nec vivant nisi ex fide incarnationis Christi, profecto quod scriptum est: Non est aliud nomen sub celo in quo oporteat salvari nos, ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum ex quo in Adam vitiatum est. Item: Nemo liberatur a damnatione que facta est per Adam nisi per fidem Iesu Christi. Idem: Eadem fides mediatoris que nos salvat, salvos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis, quia sicut credimus Christum in

Au.

Au. in li. de correctione et gratia.

Au. in li. de nuptiis et concupiscentiis.

...fides nullo ca...
...ptatur sensu

...in xiiii. li. de tr.

...lene. f.

...li. octonarium.

...lene.

...in octonarium c.

...ligatur al. le...

...in viii. li. de tr.

...: ex hic appa...

XXV

...ota ÷ scientia sinzoretica ÷ scientia
...arcta ÷ scientia conphusta ÷ scientia
...signatica. q ÷ revelatur
...cia. et h. pertinet fides quedam
... dicit ... ideo ... necessa;

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Scriptura ...

[illegible] auctoritate apostoli

[illegible] mat. q. [illegible] se sit esse mortuus [illegible] mortis

carne venisse: ita illi venturum. sicut nos mortuum: ita illi moriturum. sicut nos resurrexisse: ita illi resurrecturum. et nos et illi ad iudicium vivorum et mortuorum venturum. Gg. Gregorius super Ezechielem: Hi qui praeibant et qui sequebantur clamabant: Osanna filio David. Item: Quia omnes electi qui in Iudaea esse potuerunt sive qui nunc in ecclesia sunt in mediatorem Dei et hominum crediderunt et credunt. ¶ His aliisque pluribus testimoniis perspicue docetur nulli umquam salutem esse factam nisi per fidem mediatoris. Oportet igitur accedentem credere quae supra dixit Apostolus, si non sufficit. De fide simplicium.

Quid ergo dicetur de illis simplicibus quibus non erat revelatum mysterium incarnationis, qui pie credebant quod eis traditum fuit? Dici potest nullum fuisse iustum salvatum cui non esset facta revelatio vel distincta vel velata, in aperto vel in mysterio: distincta, ut Abrahae et Moysi et aliisque maioribus qui distinctionem articulorum fidei habebant; velata, ut simplicibus quibus revelatum erat esse ea credenda quae credebant illi maiores et docebant, sed eorum distinctionem apertam non habebant. Sic et nunc in ecclesia aliqui sunt minus capaces, qui articulos symboli distinguere et assignare non valent; omnia tamen credunt quae in symbolo continentur; credunt enim quae ignorant, habentes fidem velatam in mysterio. Ita et tunc minus capaces ex revelatione sibi facta maioribus credendo inhaerebant, quibus fidem suam committebant. Unde Iob: Boves arabant et asinae pascebantur iuxta eos. Simpliciores enim minores sunt asinae pascentes iuxta boves, quia humiliter maioribus adhaerendo in mysterio credebant quod illi in mysterio docebant. Qualis forte fuit mulier Sareptana. Ad adventum Eliae.

Sed quaeritur, cum sine fide mediatoris antiquis non fuerit salus sicut nec modernis, utrum oportuerit illos credere omnia illa de mediatore quae nos credimus. Quibusdam tamen videtur quod sufficeret illis illa tantum credere, scilicet nativitatem, mortem, resurrectionem, adventum ad iudicium, quod ex praemissis libris auctoritatibus colligunt, ubi illa tantum posita sunt. Aliis autem videtur [illegible] fide [illegible] id de mysterio incarnationis fidei suffecisse, ut crederetur Dei filius nasciturus de homine et iudicaturus, quod de Iohanne Baptista documentum huius rei assumunt, qui de morte Christi et descensu ad inferos in evangelio dubitasse videtur, ex persona cuius Gregorius: Qui interrogavit per discipulos: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Quasi dicat: Tu qui per teipsum descensurus es ad inferni claustra, an alium ad haec sacramenta missurus es? Quidam tamen dicunt eum non dubitasse de ignorantia, sed de pietate, id est dubitare se ostendisse, sicut per ignorantiam; sed pietatis affectu compassum esse Christo, et eius humilitatem admirando insinuasse. De fide Cornelii.

Solet etiam quaeri de Cornelio utrum fidem incarnationis habuerit, cum dictum sit ei per angelum: Acceptae sunt eleemosynae tuae et exauditae sunt orationes tuae. Si enim fidem incarnationis non habebat tunc, ergo sine fide incarnationis erat ei iustitia, quia de illo scriptum est quod iustus erat et timens Deum. Si vero fidem incarnationis habebat, ad quid ergo missus est ad eum Petrus? Sane dici potest eum sic fidem tunc etiam incarnationis habuisse, sed revelatione ignorasse natum iam esse Dei filium, et ideo missus est ad eum Petrus, ut iam natum Dei filium ei adnuntiaret, et sacramentum regenerationis ei conferret; habebat igitur fidem incarnationis, sed an facta vel futura esset non noverat. Et per fidem venit ad opera, ut ostenderet quam amplius solidatus est in fide; per fidem enim, ut ait Gg. Gregorius, venitur ad opera. Cornelius etiam fide pervenit ad operationem, credebat enim filium esse venturum in carnem; per fidem placuit Deo et operatus est. Sine fide enim impossibile est aliquem Deo placere. Augustinus: Sed dicitur Cornelio: Acceptae sunt eleemosynae tuae et orationes tuae, antequam in Christum crederet; nec tamen sine aliqua fide donabat et orabat. Nam quomodo invocabat in quem non credebat? Sed si posset sine fide Christi esse salus, non ad eum mitteretur architectus ecclesiae Petrus. Attende quod ait sine fide Christi non posse esse salutem, et Cornelium exauditum antequam crederet in Christum, quod tamen potest intelligi, scilicet antequam sciret Christum incarnatum, in quem credebat in mysterio. De aequalitate fidei, spei, caritatis.

Illud etiam non est praetermittendum, quod fides, spes et caritas, id est opera caritatis, secundum aliquid aequalia sunt in persona. Unde Gregorius: Fidem, spem, caritatem atque operationem dum in hac vita vivimus aequales sibi esse apud nos invenimus, quia quantum credimus tantum amamus, et quantum amamus tantum de spe praesumimus. Quilibet enim fidelis tantum credit quantum sperat et amat, et tantum operatur quantum credit et amat et sperat. Sed tamen maior spe et fide caritas dicitur, quia cum ad Dei speciem pervenitur, spes et fides transibunt, sed caritas permanebit, quia caritas est maior omnium virtutum, quae non ideo post fidem et spem ponitur quod ex eis oriatur, sed quod post illas remanebit. Augustinus: Caritas enim nisi aliquis crederet [illegible]; in illa aequalitate secundum actum intentionem fidei tenenda est. Et hoc ideo quod hic, id est tempore, dicitur quod caritas non est ex fide et spe, sed cum illis oritur, ut ait Apostolus: Finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta; quod ex

g. 9. 7 octo

7 explicare

i. vidua de qua hec III. Reg. xvii.

Super his dubitatur

actus

Gg.

Gg.

Aug.

Amb.

112

ponens Augustinus eam accepit pro intellectu, conscientiam pro spe. Qualis, inquit, caritas est finis praecepti? De corde puro, id est de puro intellectu, ut nihil nisi Deus diligatur; et conscientia, id est de spe bona; et fide non ficta, id est non simulata. Non ergo caritas fidem vel spem, sed fides et spes caritatem praecedere videntur. Hoc ergo ea ratione credimus intelligendum, quod fides et spes ordine et tempore caritatem, omnium virtutum matrem, praecedunt, quia caritas sine illis in aliquo esse non potest; illae vero sine caritate possunt esse, etsi nullus sit virtus fides vel spes sine caritate. Ideo ergo et fides et spes praecedere dicuntur caritatem, quia nullus pervenit sine illis.

De spe quid sit.

Est autem spes virtus qua spiritualia et aeterna bona sperantur, id est cum fiducia exspectantur. Est enim spes certa exspectatio futurae beatitudinis, veniens ex Dei gratia et ex meritis praecedentibus, vel ipsam spem, quam natura praeit caritas, vel rem speratam, id est beatitudinem aeternam. Sine meritis enim aliquid sperare non spes, sed praesumptio dici potest.

De quibus sit spes.

Et sicut fides, ita et spes est de invisibilibus. Unde Augustinus: Fidem appellamus qua creduntur quae non videntur. De spe Apostolus: Spes quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Quantum attinet ad non videre vel quae creduntur vel quae sperantur, fidei speique commune est.

Quo differant fides et spes.

Distinguuntur tamen fides atque spes, sicut vocabulo, ita rationabili differentia. Est enim fides et malarum rerum et bonarum, quia et bona creduntur et mala, et hoc fide bona, non mala. Est etiam fides et praeteritarum rerum et praesentium et futurarum. Credimus enim mortem Christi, quod iam praeteriit; credimus sessionem eius ad dexteram Patris, quae nunc est; credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides et suarum rerum est et alienarum. Nam unusquisque credit se aliquando coepisse esse, nec fuisse utique sempiternum, et alia atque alia; nec solum de aliis hominibus multa quae ad religionem pertinent, verum etiam de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium qui earum spem gerere perhibetur.

Redit ad praemissam quaestionem an scilicet fides et spes in Christo fuerint.

Post haec superest investigare utrum fides et spes in Christo fuerint, cum virtutum plenitudo in illo fuerit ab ipso exordio. Quibusdam autem non indocte videtur fidem veritatem et spem in eo non fuisse, sic intelligentiam beatificantis, ut in angelis non sunt, et tamen credunt et sperant resurrectionem futuram, et angeli eandem credunt. Nec tamen in eis fides vel spes talis est, qua nos per speciem contemplando fruimur, et inde sibi resurrectionem futuram sine videntur non per speculum in aenigmate, sed per clarissime inspiciunt. Sicut qui credimus resurrectionem futuram, et tunc eam fidem habebimus, ergo ea consummata per visionem similiter et fidem habebunt, dicentes: Deus, eam per speciem sicut et credentes; nec tamen fidem quae fidelis fit

h. s. fecta.

habebunt, quia non credent absque scientia, quae non erit aenigmatica, sed per speciem. Tunc et modo credimus et speramus resurrectionem, nec tamen fidem habebimus, quia credendo cognoscimus. Veniet enim quod perfectum est, et evacuatum est quod ex parte est. Veniet enim cognitio, et evacuata est fides; veniet species, et desinet spes. Ita et Christus, in quo fuerunt bona patriae, credidit quidem et speravit resurrectionem in tertio die futuram, per quam ad Patrem rediret; nec tamen fidem virtutem vel spem habuit, quia non aenigmaticam et specularem, sed clarissimam de ea cognitionem habuit; quia non per speculum eam cognovit, sed per speciem, quam intellexit futuram; speravit tamen, sicut in psalmo ait: In te Domine speravi. Sic tamen fidem vel spem virtutem non habuit, quia per speciem videbat ea quae credebat.

Si antiqui patres apud inferos fidem et spem habuerint.

De antiquis vero patribus qui apud inferos usque ad passionem tenebantur, non incongrue dici potest quod fidem et spem virtutem habuerint, quia credebant et sperabant se liberandos per Christum, quem tunc non videbant, quia non patuit eis cognitio Dei per speciem ante passionem Christi; qua consummata, a fide transierunt ad speciem.

De caritate qua diligitur Deus et proximus.

Cum autem Christus fidem et spem non habuerit, dilectionem tamen habuit, quae in infinitum homo vincit, quia maior est nobis ... aequaliter quilibet caritate eximia animam posuit pro amicis et inimicis. Hic enim in corde caritatem, quia nobis opere exhibuit, ut exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret. Hic ad dicendum est de caritate, et modo et ordine diligendi Deum et proximum.

Quid sit caritas.

Caritas est dilectio qua diligitur Deus propter se, et proximus propter Deum vel in Deo. Et haec habet

De duobus mandatis caritatis.

duo mandata: unum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum; et alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile. Primum est: Diliges Dominum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ut scriptum est in Deuteronomio. Secundum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet et prophetae. Finis enim praecepti est dilectio, et ea gemina, id est Dei et proximi.

Si eadem caritate diligendus est Deus et proximus.

Sed quaeritur si ex ea ipsa dilectione diligatur Deus qua diligitur proximus, an alia dilectio Dei, alia qua proximus. Eadem tamen dilectio est qua diligitur Deus et proximus, quae Spiritus Sanctus est, ut supra dictum est, quia Deus caritas est. Unde Augustinus in libro VIII de Trinitate ait: Non potest Deum diligere quem non videt, qui fratrem quem videt non diligit. Sed si eum quem videt humano visu spirituali caritate diligeret, videret Deum, qui est ipsa caritas

Au. in li. de doctrina xana.

Au. in li. viii de tri.

De spirito caritatis

XXVII

Nota Apostolus scilicet ...
h. s. fides et spes.

i. de ... h. s.
h. s. epla cari.

videtur ... Diliges proximum ...

vel spirituali

visu interiori, quo videri potest Deus. Qui ergo fratrem quem videt non diligit, Deum, qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere? Ex una enim eademque caritate Deum proximumque diligimus, sed Deum propter Deum, nos autem et proximum propter Deum.

Quare una eademque caritas est Dei et proximi, quaeritur cur dicatur gemina. Quia duo dilecta, id est Deum et proximum, licet enim una sit caritas, duo tamen dilecta ea diliguntur, scilicet Deus et homo vel angelus. Ob hoc idem

Propter quod etiam et duo sunt mandata. Quod eadem caritas utrumque complectitur, licet duo tamen diligi praecipiuntur. Unde Augustinus: Ad hoc bis datum est Spiritus, scilicet semel in terra, iterum de caelo, ut commendaret nobis duo praecepta caritatis, scilicet Dei et proximi; una est caritas et duo praecepta, unus Spiritus et duo data. Non enim alia caritas diligit proximum nisi illa quae diligit Deum. Qua ergo caritate proximum diligimus, ipsa Deum diligimus. Sed quia aliud est Deus, aliud proximus, licet una caritate diligantur, forte duo praecepta dicuntur ratione materiali et ratione intentionis, vel propter duos motus qui in mente gignuntur, dum Deus diligitur et proximus. Movetur enim mens ad diligendum Deum, movetur ad diligendum proximum, multo magis erga Deum quam erga proximum.

Consequenter modum caritatis dilectionis adiciamus. Haec regula ut caritatis dilectionis divinitus constituta est, ut Deum propter se ex toto corde et proximum diligas sicut te ipsum, id est ad quod et propter quod te ipsum diligere debes. Scilicet ad bonum et propter Deum te ipsum diligere debes; in bono ergo diligendus est proximus, non in malo, et propter Deum. Sanum vero omnem hominem oportet intelligere quod nemo est cum quo sit male operandum. Augustinus: Amat homines vel quia iusti sunt vel ut iusti sint; sic amare debet, hoc est in Deo vel propter Deum. Sic etiam et se ipsum amare debet, scilicet in Deo vel propter Deum, id est quia iustus est vel ut iustus sit. Qui vero aliter se diligit, iniuste se diligit, quia ad hoc se diligit ut sit iniustus; ad hoc ergo ut sit malus; hoc est etiam non se diligere, quia qui diligit iniquitatem odit animam suam. Sed haec mens humana ita est ut nunquam sui non meminerit, nunquam se non intelligat, nunquam se non diligat; sed cum quis odit quem nocere illi studet, non immerito mens hominis cum sibi nocet se odisse dicitur. Nesciens enim sibi vult male, dum non putat sibi obesse quod vult; sed tamen male sibi vult cum id vult quod obsit sibi. Unde Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Augustinus: Diligere se novit qui Deum diligit; qui vero non diligit Deum, etiam si se diligit, quod naturaliter est ei inditum, tamen non incongrue se odisse dicitur, cum id agit quod sibi adversatur, et se ipsum tamquam si esset inimicus insequitur. Modus ergo diligendi praecipiendus est homini, id est quomodo se diligat ut prosit sibi. Ut autem se diligat et prodesse sibi velit, dubitari non debuit. Modus autem praecipitur cum dicitur: sicut te ipsum, ut proximum diligas, id est ad quod te ipsum. Si ergo te non propter te diligere debes, sed propter illum ubi dilectionis tuae rectissimus finis est, non succenseat alius aliquis homo si et ipsum propter Deum diligis. Huius dilectionis modum veritas insinuat dicens: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos, id est ad quod dilexi vos, scilicet ut filii sitis, ut vitam habeatis.

De modo diligendi Deum.

Dilectionis autem Dei modum insinuat cum dicit: ex toto corde, id est ex toto intellectu, ex tota anima, id est voluntate, ex tota mente, id est memoria, ut omnes cogitationes et totam vitam et totum intellectum in illum conferas a quo habes ea quae confers. Hoc dicens nullam partem vitae nostrae reliquit quae vacare debeat, sed quicquid venerit in animum illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit. Et diligere Deum propter se modus est diligendi Deum, et isti duo modi diligendi Deum in te quibusdam placent.

De doctrina illius mandati.

Illud autem praeceptum non penitus impletur ab homine in hac vita mortali, sed ex parte, non ex toto, quia ex parte diligimus sicut ex parte cognoscimus; in futuro autem implebitur ex toto. Unde Augustinus: Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiae, non omnimodo ex tota anima Deus diligitur; caro enim non dicitur concupiscere nisi quia carnaliter anima concupiscit. Cum autem venerit quod perfectum est, destruetur quod ex parte est, id est iam non ex parte sed ex toto; caritas non auferetur, sed augebitur et implebitur, in qua plenitudine illud praeceptum caritatis implebitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde etc. Cum enim erit vita sine peccato, quia nulla erit lex repugnans menti, tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliges Deum, quod est summum praeceptum.

Quaestio de praecepto.

Sed cur praecipitur homini ista perfectio, cum in hac vita eam nemo habeat? Sed quia non recte curritur si quo currendum est nesciatur; quomodo autem sciretur si nullis praeceptis ostenderetur? Sic ergo habes cur illud praeceptum est quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte, scilicet secundum profectionem viatoris, alia est enim perfectio currentis, alia pervenientis. Sic hoc mandatum ut cum se quis Deum ante omnia et omnibus diligit, et in hoc proficit.

Quod alterum mandatum in altero intelligitur.

Cum autem duo praecepta sint caritatis, Dei et proximi, saepe unum ponitur pro utroque, nec immerito, quia nec Deus sine proximo nec proximus sine Deo diligi potest. Unde Apostolus omne mandatum legis dicit instaurari vel contineri et impleri in hoc verbo: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sed et Christus dilectionem proximi specialiter commemorat, dicens: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Et Apostolus

Au. in sermone de ascensione.

Au. li. i de doctrina christiana.

Au.

Au. in psalmo xl.

Au. in li. viii de trinitate.

Au. in li. xiiii de trinitate.

Au. in li. i de doctrina christiana.

Au. in eodem.

Au. super Io.

Au. in li. i de doctrina christiana.

De perfectione hominis.

Au. in eodem.

Au. in li. de trinitate.

Au. super Io.

dilexi vos; ubi illud mandatum maioris dilectionis videtur promissum. Sed bene intelligentibus utrumque invenitur in singulis. Etenim qui diligit deum, non potest eum contempnere praecipientem quem deus praecepit diligi. Et qui diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguens dominus addidit: sicut dilexi vos. Quid enim nisi deum dilexit in nobis? non quem habebamus, sed ut haberemus. Sicut medicus aegrotos, et quid in eis diligit nisi salutem quam cupit revocare, non morbum quem venit expellere. Sic et nos invicem diligamus, ut quantum possumus invicem ad habendum in nobis deum dilectione attrahamus.

Quae caritate diligenda sunt.

Sed quae hac dilectione diligenda sint, iam inquiramus. Non enim omnia, ut ait Augustinus, quibus utendum est diligenda sunt, sed ea sola quae vel nobiscum societate quadam referuntur in deum, sicut est homo vel angelus, vel ad nos relata beneficio dei per nos indigent, ut corpus. Quod tamen praecipiendum est diligi, ut ei ordinate prudenterque consulatur.

Si illo praecepto intelligitur dilectio totius proximi, id est animae et corporis nostri.

Haec vero comprehenduntur illo mandato dilectionis proximi, totum proximum, id est animam et corpus, nosque ipsos totos diligere praecipiamur; ideoque dicamus omne genus diligendarum rerum illis duobus mandatis contineri. Quattuor enim diligenda sunt, ut ait Augustinus: unum quod supra nos est, scilicet deus; alterum quod nos sumus; tertium quod iuxta nos est, scilicet proximus; quartum quod infra nos est, scilicet corpus. De secundo et quarto nulla praecepta danda erant, sed ut diligeremus nos et corpus nostrum; praecepit autem diligi proximum. Ut autem quisque se diligat, praecepto non est opus. Quantumlibet enim homo excidat a veritate, remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui. Quia nemo unquam carnem suam odio habuit. Etiam viri illi qui corpus suum cruciant, non corpus, sed corruptiones eius et pondus oderunt. Hic videtur Augustinus tradere quod ex praecepto non tenemur diligere nos ipsos et corpus nostrum; quod si est, non omne genus diligendarum rerum illis duobus praeceptis continetur. Cum et nos ipsos et corpus nostrum diligere debeamus, ad quod praeceptum necessarium est, cum scriptum sit: Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Sed speciale de hoc praeceptum non erat dandum, nec speciali praecepto opus erat id tradi ut quisque se et corpus suum diligeret, quia hoc illo praecepto continetur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sic enim et proximum totum et te totum intelligere debes, ut ait Augustinus in eodem. Si te totum intelligas, id est animam et corpus, et proximum totum, id est animam et corpus, homo enim ex anima constat et corpore, nullum rerum diligendarum genus in his duobus praeceptis praetermissum est. Cum enim praecurrit dilectio dei eiusque dilectionis modus praescriptus appareat, et sequatur dilectio proximi, de tua dilectione nihil dictum videtur; sed cum dictum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, simul et tui abs te dilectio praetermissa non est. Ecce hic aperte dicit in illo praecepto non modo proximi sed etiam nostri dilectionem contineri, et totius proximi et nostri. Ex quo apparet quod dictum est de secundo et quarto, id est de dilectione nostri et corporis nostri, nulla praecepta danda esse, intelligendum est specialia et diversa, quia in illo uno utrumque continetur; vel ideo quod sumus et quod infra nos est, quia nos et corpus nostrum naturae lege diligimus, quae in bestiis etiam est; sed de illo quod supra nos et de illo quod iuxta nos est diversa praecepta sumpsimus, in quorum altero quod sumus, vel quod infra nos est dilectio continetur.

Si illo praecepto continetur dilectio angelorum.

Oritur autem hic quaestio de angelis, utrum ad illud praeceptum dilectionis proximi etiam dilectio pertineat angelorum. Illa namque quod nullum hominem exceperit qui hominem praecepit proximum diligere, dominus in parabola semivivi relicti ostendit, cum dicens proximum qui erga illum exercuit misericordiam, deinde subdit: Vade et tu fac similiter; ut eum proximum intelligamus cui exhibendum est officium misericordiae si indiget, vel exhibendum esset si indigeret.

Quaestio.

Nullum non exceptum esse cui misericordiae negandum sit officium quis non videat, cum usque ad inimicos mandatum porrectum sit, domino dicente: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Quia manifestum est generaliter omnem hominem proximum esse deputandum.

Quod hoc nomen proximus ad aliquid est.

Proximi vero nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. Unde consequens est etiam ut et per quem exhibendum est officium misericordiae recte proximus dicatur. Ex quo manifestum est quod praecepto dilectionis proximi etiam sancti angeli continentur, a quibus tanta nobis misericordiae impenduntur officia. Propterea et dominus proximum se nostrum dici voluit, ut in parabola sauciati legitur et ipse hoc; Christus praedicat se ... sic explanaverit. Sed quia excellentior ac supra naturam nostram est divina substantia, praeceptum dilectionis dei a proximi dilectione distinctum est. Licet enim deus omnia nobis impendat beneficia, non tamen nomine proximi includitur in illo praecepto, quia non sicut nos diligere debemus, sed plus quam nos, toto corde et tota anima; Christum vero in quantum homo est sicut nos diligere debemus, eiusque secundum hominem dilectio illo continetur mandato; quem etiam secundum hominem magis quam nos, sed non ita ut deum, debemus diligere, quia in quantum homo minor est deo.

Quibus modis dicitur proximus.

Hic notandum est proximum dici duobus modis, scilicet conditione parique natura, et specialiter conditione propinquitate cognationis vel ratione beneficii exhibitionis.

De ordine diligendi quod post dicendum.

Post praedicta de ordine caritatis

Quod angeli illo praecepto continentur.

Quod ex hoc ... illo praecepto dilectionis proximi non ... deus.

au.

Aug. in libro de doctrina christiana.

Aug. in eodem.

Aug. in libro de doctrina christiana.

au.

Dilig. dom.

sci. anime

sci. dil. ...

Mathei v.

sci. ex quo occasione

XVIII

iiij or modis proximus

XXIX

agendum est, quod dicit sponsa: Introduxit me rex in cellam vinariam, et ordinavit in me caritatem. Videamus igitur ordinem, quid prius, quid posterius debeat. Peccat enim qui praepostere agit. Nam scire quid facias, et nescire ordinem faciendi, non est perfecte cognitionis. Ordinis namque ignorantia conturbat virtutum formam. Ordinem autem diligendi Augustinus insinuat dicens: Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod diligendum est, aut aeque diligat quod minus vel amplius diligendum est, aut minus vel amplius quod aeque diligendum est. Omnis peccator, inquantum peccator est, non est diligendus; et omnis homo, inquantum est homo, diligendus est propter Deum, Deus vero propter seipsum. Et si Deus omni homine amplius diligendus est, amplius quisque Deum debet diligere quam seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum alius homo perfrui Deo, quod non potest corpus, quia corpus per animam vivit, qua fruimur Deo. Audisti aliqua de ordine caritatis, ubi expressum est nos amplius debere diligere Deum quam omnes homines, et nos ipsos, et amplius animum alicuius hominis quam corpus nostrum. In enumeratione etiam quattuor diligendorum superius posita, primo ponitur quod supra nos est, secundo quod nos sumus, tertio quod iuxta nos est, quarto quod infra nos est. Ubi ordo diligendi insinuari videtur. Ex quibus nunc ad discussionem locus est, an utrum omnes homines pariter debeamus diligere, et aeque quantum nos ipsos.

An omnes homines pariter diligendi sint.

Videtur super hoc saepe moveri quaestio, cum plurium sententiae sibi variae placeant. Quidam enim tradere videntur quod pari affectu omnes diligendi sint, sed in effectu, id est in exhibitione obsequii, distinctio observanda sit.

Auctoritate respondit quidam: dicunt omnes pariter diligendos, sed in effectu differentiam esse.

Ait enim Augustinus: Omnes homines aeque diligendi sunt; sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est qui pro locorum et temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quadam sorte iunguntur. Pro sorte enim habendum est quo quisque tibi temporaliter colligatus adhaeret, ex quo legis vel eligis potius illi dandum. Item super epistolam ad Galatas: Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, vel ad proximos. Omnibus enim pari dilectione vita aeterna optanda est, et si non omnibus eadem possint exhiberi dilectionis officia, quae maxime fidelibus sunt exhibenda, quia sibi invicem membra, qui habent eundem patrem. His aliisque auctoritatibus innituntur qui dicunt omnes homines pariter diligendos esse caritatis affectu, sed in operis exhibitione distinctum.

Quae his repugnare videntur.

Quibus obviare videtur praeceptum legis de diligendis parentibus: Honora patrem tuum et matrem, ut sis longaevus super terram. Ut quid enim specialiter illud praeceperit de parentibus, nisi maiori dilectione forent diligendi? Sed hoc illi referendum dicunt ad exteriorem exhibitionem, in qua praeponendi sunt parentes; unde honora dixit, non dilige. Obviat etiam illis quod Hieronymus super Ezechielem ait, scilicet in ordine caritatis, sicut scriptum est: Ordinavit in me caritatem. Post omnipotentem Deum caritas est ut pater diligatur et mater, post filius et filia, frater et soror. Ambrosius quoque diligendi exprimens ordinem super illud Canticorum: Ordinavit in me caritatem, capitulo [illegible] ait: Quia multorum caritas inordinata est, quod in primo est ponunt tertium vel quartum. Primo Deus diligendus est, secundo parentes, inde filii, post domestici, qui si boni sunt, malis filiis praeponendi sunt. Secundum hoc in evangelio ad eius dilectionem primum ponitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, et cetera, et proximum tuum sicut te ipsum; inimicum vero non ex tota virtute, nec sicut te ipsum, sed simpliciter. Sufficit enim quod diligimus et non odio habemus. Hic expressius ordo diligendi aperte insinuatur, quod in affectu caritatis distinctio sit habenda, ut differentia affectus ostendat non pari omnes homines diligamus, sed ante omnia Deum, hoc est nos ipsos, deinde parentes, inde filios et fratres, post domesticos, demum inimicos diligamus. Sed inquiunt illi quae de ordine dilectionis supra dicta sunt referenda ad operis exhibitionem, quae differenter proximis exhibenda sunt: primo parentibus, inde filiis, post domesticis, demum inimicis. Deus vero tam affectu quam obsequii exhibitione ante omnia diligendus.

Ordo diligendi hic ostenditur.

Horum etiam non nulli tradunt, affectu caritatis tantum proximos diligendos quantum nos ipsos diligimus; quod confirmant auctoritate Augustini, qui ait: Nec illa iam quaestio movere debet, quantum caritatis fratri debeamus impendere, quantum Deo. Incomparabiliter plus Deo quam nobis; fratri vero quantum nobis ipsis; nos autem tanto magis diligimus quanto magis diligimus Deum. Ex hoc et similibus testimoniis asserunt omnes homines pariter diligendos esse a nobis, et tantum quantum nos; Deum autem plus quam nos; corpus vero nostrum minus quam nos vel proximos. Sed in enumeratione praemissa quattuor diligendorum non ordinem diligendi assignari dicunt, sed quae diligenda sunt.

Ut aliqui dicunt proximos tantum quantum nos diligere debere.

Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

Verum ex praemissa illa Ambrosii ordinem diligendi secundum affectum magis quam secundum effectum diligentes invenimus explicare videtur, quibusdam doctoribus aliis dicentibus non modo in exhibitione operis, sed etiam in affectu caritatis ordinem differentiae esse tenendum, ut ante omnia diligamus Deum, secundo nos, tertio parentes, quarto filios et fratres, et hinc postea domesticos, deinde inimicos. Ait autem Augustinus

Au. in i. li. de doc. xana.

Au. in i. li. de doc. xana.

Au.

Au.

Ier.

Ier.

Ambr.

Au. in li. [illegible]

dicit parentes omnibus esse diligendos, id est prius. determinatio auc-
dilectione eis vitam optandam. Ita toritatum que
accipi potest, ut parentes non ad affectum referatur contrarie adu-
sed ad bonum quod eis operatur ex caritate. Quibus ex cari-
tate debemus, ut patria bona mereantur. Sicut apostolus
ait: Volo omnes homines esse sicut me. Optanda est
enim immeritis profectio maior, ut ipsi statum perfe-
ctum et sic parentem mereantur beatitudinem et pari dilecti-
one, id est eadem dilectione omnes diligendi sunt. Et hoc
quod ait, ut tantum diligamus sicut quantum nos, ita in-
telligi potest, id est ad tantum bonum diligamus sicut ad quantum
nos, ut tantum bonum eis optemus in eternitate quan-
tum nobis, et non tanto affectu; vel id est quantum simili-
tudinis est, non quantitatis. Questio de parentibus malis et

Solet etiam queri, si parentes nostri alienis bonis
mali sunt vel filii vel fratres, an magis vel minus
diligendi sint aliis bonis qui non sunt nobis non copula-
ti. Videtur quod magis sint diligendi boni qui
nobis carne non sunt coniuncti quam alii carne coniunc-
ti, quia nobis sunt coniuncti eodem glutino caritatis.
Sanctior est enim copula cordium quam corporum. Unde
Beda de illis verbis Domini: Mater mea et fratres mei hii
sunt qui verbum dei faciunt etc. Non iniurio-
se negligit matrem nec matrem negat, que se
de cruce agnoscit, sed religiosiores monstrat co-
pulas mentium quam corporum. Sed mitte latebrosa; hoc quod est
nec a nobis plene absolvendum peritioribus ad alia.
Movet enim super verbis illis: inimicos non ex tota vir-
tute, non sicut te ipsum iubet diligere, sed simpliciter. Suffice-
re enim quod diligimus et odio non habemus; quod non ita accipiendum
est quasi sufficiat tibi diligere inimicum, non sicut te ipsum, quod
omnes et amicos et inimicos sicut te ipsum diligere
debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi deum et pri-
mum et inimicum, qui tamen permixti sunt, ita dominus po-
nit. Et ait: Diliges dominum ex tota virtute, et proximum
sicut te ipsum, non autem ex tota virtute, ut ostendat pri-
mum diligendum minus quam deum. Dicit etiam diligite
inimicos, nec addit ex tota virtute, nec sicut te
ipsum, sed simpliciter. Sufficit enim quod diligimus et non odio
habemus; vel sufficit dicere ut diligamus et odio non habe-
amus, non quia non eos diligere debeamus sicut nos, et proxi-
mi sunt. Sed sufficit si eos tantum diligimus quam alios proxi-
mos, quod dilectionis genus innuit. Questio.

Queri etiam solet, cur dominus precepit diligere
inimicos, cum alibi precipiat odio habere parentes
et filios; ad quod dicendum est duo esse diligenda in homine,
naturam et vitium; naturam diligendam, et vitium odiendum;
sed parentes ergo in quantum mali sunt odiendi sunt
et inimici diligendi in quantum homines. Diligamus
ergo inimicos, luctantes pro regno dei, et odiamus
parentes si impediunt nos a regno dei, et nobis
communem naturam diligamus quam deus fecit.

De gradibus caritatis.

Sciendum quoque est diversos esse gradus caritatis. Est enim
caritas incipiens, proficiens, perfecta, perfectissima;
unde Augustinus: Perfecta caritas hec est, ut quis paratus sit
pro fratribus etiam mori. Sed numquid mox ut nascitur iam
prorsus perfecta est? Immo ut perficiatur nascitur; cum fuerit nata
nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit roborata,
perficitur; cum ad perfectionem pervenerit, dicit: Cupio dis-
solvi et esse cum Christo. Hic aperte progressus et profectus
caritatis insinuatur, cuius perfectionem etiam veritas
ostendit dicens: Maiorem hac dilectionem nemo habet
quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quod
utique dictum est de opere dilectionis, quia maior dilectio
in effectu non est quam ponere animam pro aliis. Sic et
monet quod ait: et pro amicis. Qui enim animam pro
amicis ponit, ponit et pro inimicis, ad hoc ut ipsi
fiant amici. Utrum melius est diligere amicos quam inimicos, et e converso.

Hic solet queri quid potius sit, plurisve
est meriti, diligere amicos an diligere inimicos;
sed hec comparatio implicata est. Si enim conferatur
dilectio amicorum cum dilectione amicorum et etiam
inimicorum, perspicua est absolutio. Sed si in aliquo uno
homine qui diligit sicut amicum et inimicum, quid
horum potius sit queritur, obscura est responsio, quia de
motu mentis agitur, de quo non est nobis facile iudi-
care. Cum animus idem motus sit erga amicum et
inimicum, sed erga amicum intensior. De duobus, unum erga
inimicum, qui dicitur difficilior, alterum erga amicum, qui
videtur ferventior; non incongrue putatur melior
qui est ferventior, vel securus, id est quia est motus potior,
si est ardentior, et implere existimatur. Augustinus in Sen-
tentiis: Magis est diligere inimicum quam amicum.
Quia perfectiorum est diligere inimicos, ubi sic ait,
est. Sed hoc quanta multitudine impleri
quantam credimus in oratione dominica, cum dicitur: Dimit-
te nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Illam enim spon-
sionem dicit amicitias implere, qui diligunt
inimicos. Ait enim sic: Magnum est enim erga eum
qui tibi nichil mali fecerit esse benivolum et beneficum; illud
multo grandius et magnificentissime bonitatis est,
ut tuum quoque inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult et
si potest facit, tu semper bonum velis faciasque quod pos-
sis, audiens dicentem Deum: Diligite inimicos
vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus
et calumpniantibus vos. Sed quia perfectorum filiorum dei est istud, quo
quidem se debet omnis fidelis extendere
et humanum animum ad hunc affectum orando deum se-
cumque agendo luctandoque perducere; tamen quia hoc tam
magnum bonum tante multitudinis non est, quantam
credimus exaudiri cum dicitur in oratione: Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, procul dubio verba huius sponsio-
nis implentur, si homo qui nondum ita profecit
ut etiam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab ho-
mine qui peccavit in eum ut ei dimittat, di-

Augustinus super epistolam Iohannis.

Nota i. signum perfectionis

Nota i. maius signum dilectionis

Nota i. proximis

D XXX

Nota si utrumque non fit sed collatio

Nota si revera fit collatio

oppositio augustini

Augustinus in enchiridion.

Nota affectu et effectu.

Nota affectu et effectu.

mittit ex corde qui etiam sibi rogantem nolit dimittere, cum orat id dicat: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quicumque vero rogat hominem in quem peccavit, si peccato suo movetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut erat quando inimicitias exercebat. Quisquis vero roganti et paenitenti non dimittit, non existimet a Domino sua peccata dimitti, quia mentiri Veritas non potest. Quae cum docuisset orationem, hanc in ea sententiam potentem commendavit dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester; si autem non dimiseritis, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ecce hinc habes utrumque quod praetaxavimus, scilicet maioris laudis esse diligere inimicum et benefacere ei quam illum qui nihil mali nobis fecit vel amicum. Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens inimicum diligere amico aequari (?), vel e contrario, potest et sic determinet ista secundum praemissam intelligentiam, dicens ibi comparationem factam inter dilectionem qua tantum diligitur amicus, et illam qua amicus et inimicus diligitur. Illud vero quod sequitur magis nos movet, quod scilicet dicit non esse tantae multitudinis diligere inimicos quanta exauditur cum dicit: Dimitte nobis etc. Ubi datur intelligi quod aliquibus quorum dimittuntur peccata non diligentibus inimicum, si tamen filii rogant qui in se peccaverunt, dimittunt. Sed peccata non dimittuntur alicui adulto nisi caritatem habeat. Sequitur ergo ut caritatem habeant qui non diligunt inimicum. Quomodo ergo nomine proximi omnis homo intelligitur in illo mandato: Diliges proximum tuum sicut te ipsum? Si enim omnis homo proximus est, tunc inimicus. Praecipimur ergo et inimicos diligere. Et quia illud praeceptum generale est, omnibus praecipitur omnes homines diligere et inimicos. Quidam quod hic dicitur simpliciter tenere volentes, illud praeceptum determinantes dicunt aliis perfectis dari in praeceptum diligere omnem hominem etiam inimicos; aliis minoribus sub consilio, sub praecepto vero eos diligere qui nihil mali fecerunt eis, et inimicos non odire. Sed melius est ut intelligatur omnibus illo mandato praecipi cunctos diligere etiam inimicos, cui sensui attestantur supra positae auctoritates et aliae multae. Illud vero Augustini novissime positum de perfecta caritate debet intelligi, quae tantum est perfectorum, qui non solum amicos sed et inimicos perfecte diligunt atque benefaciunt. Quae perfectio dilectionis non est tantae multitudinis quanta exauditur in oratione dominica. Et revera grande est et eximiae voluntatis perfecte diligere inimicum, ita ut cum dicat impleri sibi illius sponsionis ab homine qui in eum peccavit ut diligat inimicum, de dilectione perfecta accipiendum est.

Si caritas semel habita amittitur.

Illud etiam non est praetereundum quod quidam asserunt caritatem semel habitam ab aliquo non posse excidere, ut numquam damnandum. Hanc aliquibus [illegible] hanc traditionem suam multis muniunt testimoniis. Apostolus ait: Caritas numquam excidit. Augustinus etiam inquit: Caritas quae deseri potest numquam vera fuit. Item: Caritas est fons proprius et singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt: Non novi vos. De hoc fonte Sapientia ait: Fons aquae vivae sit tibi proprius, et nemo alienus communicet tibi. Si autem alieni sunt qui audituri sunt illam vocem, non ergo huic fonti communicant damnandi. Item Augustinus super epistolam Iohannis: Radicata est caritas, securus esto, nihil mali procedere potest. Item Gregorius in Moralibus: Valida est ut mors dilectio. Virtuti enim mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam semel ceperit a dilectione mundi funditus occidit. Item Augustinus super epistolam Iohannis: Unctio invisibilis caritas est, quae in quocumque fuerit radix illi erit, quae ardente sole arescere non potest; nutritur calore solis, non arescit. Item Beda super Iohannem: Quaerendum est quomodo speciale Filii Dei agnoscendi signum fuerit quod super eum descendit et mansit Spiritus sanctus, quod magnum est Filio Dei, quia in eo manens astruitur Spiritus, cum dona gratiae Spiritus sancti [illegible] in sanctis vero quamdiu mortale corpus gestaverint, partim semper maneat, partim rediturus secedat. Manet itaque ut operibus [illegible] bonis insistant actibus; recedit vero ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, daemones eiciendi vel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet ergo semper ut possint virtutes ut mirabiliter ipsi vivant; venit ad tempus ut etiam aliis per miraculorum signa quales sint intus effulgeant. Item Gregorius in Moralibus super Ezechielem: In quibusdam virtutibus semper manet, in quibusdam vero ad tempus veniens recedit. In his virtutibus sine quibus ad vitam non pervenitur in electorum suorum cordibus permanet; in his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur, ut in exhibitione miraculorum, aliquando ad ostensionem aliquando se subtrahit. Item Ambrosius: Si caritas [illegible] inadunitate deserere, sed [illegible] videtur quod caritas semel habita non amittitur. Ideo quidam in perversitatem prosiliunt, audentes dicere caritatem a damnandis nihil habitam posse amitti, quia eos vincunt auctoritates. Quidam enim ad tempus sunt boni, qui secundum [illegible] mali reputantur (?). Unde quorundam nomina scripta dicuntur esse in libro vitae, qui tamen postea abierunt retro; scripta dicuntur non secundum praescientiam, sed secundum praesentem iustitiam, cum de eis videlicet quia digni erant illo bono quod habitum fecerunt, secundum praescientiam. Unde Ambrosius: Quibusdam gratia data est ad usum, ut Saul, Iudae, [illegible] illis displicuit quibus Dominus dicet: Et nomina vestra scripta sunt in caelo; postea abierunt retro. Sed hoc dixit propter iustitiam au

i. absolute

affectu et effectu

i. perfecte

Nota contra Augustinum

i. vim eius non diligunt perfecte

i. ergo

si proximus

nota magistri

i. diligere inimicos per exhibitionem operum

quo ad affectum et effectum

D. XXXI.

au.

au.

Beda

Gregorius

au.

Gregorius super Ezechielem

Ambrosius

XIIII

de ea habet

deserunt autem qui boni erant; frequenter enim aliqui sunt mali qui futuri sunt boni, et aliqui [illegible] qui futuri sunt et permansuri mali. Sed quod dicitur scribi in libro vitae et deleri,

Determinatio auctoritatis

Quod vero apostolus ait: caritas numquam excidit, pluribus modis intelligi potest. Dignitatem enim caritatis ostendens dicit eam non excidere, quia hic et in futuro erit, sed fides et spes evacuabuntur et scientia. Vel quod dicit caritatem numquam excidisse, non ita quasi deseri possit ad essentiam caritatis refertur, sed ad efficientiam, quia non efficit caritas quae deseritur hominem ut beatum, non perducit ad aeternum bonum; huic etiam sententiae aliena [illegible] non communicant sed in fine qui perseverant; possunt tamen haec quae de caritate dicuntur de perfecta intelligi, quae solis perfectis habetur, quae semel habita non amittitur. Secundum vero caritas aliquis crescit, aliquis deficit. Sunt enim caritatis exordia et profectus et perfectio, quos gradus ille distinxit qui parabolam illam intulit: sic est regnum Dei quemadmodum si iaciat homo sementem in terram, et dormiat et exurgat, et semen germinet et crescat. Quibus gradibus perfecta caritas sic radicata est ut amitti nequeat; incipiens vero et proficiens tamen saepe amittitur, sed dum habetur non sinit habentem mortaliter peccare; quod Augustinus ostendit in quibusdam: quia radix omnium malorum est cupiditas, et radix omnium bonorum caritas, simul ambae esse non possunt; nisi una radicitus evulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere, si radicem non contendit evellere.

Quod fides, spes et scientia dicuntur evacuari, non caritas

Adiciendum etiam est quomodo fides, spes et scientia dicantur evacuari ex parte, cum ex parte sint, et non caritas, cum et ipsa ex parte sit. Ex parte enim vel imperfecte diligimus, sicut ex parte scimus, ut Esicius super Leviticum ait. Cum ergo omne quod ex parte est evacuetur, quare caritas excipitur, quae dicitur numquam excidere? Caritas quidem quae ex parte est, ut saepe sancti docent, quia ex parte diligimus in hac vita, non ipsa evacuabitur in quantum ex parte est, quia tolletur imperfectio et addetur perfectio; remanebit caritas quae ipsa aucta, et auctus est modus diligendi, ut diligas Dominum ex toto corde, ex perfectione; sicut nunc, sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides vero et spes penitus evacuabuntur; scientia vero secundum modum suum qui nunc est, non secundum essentiam tolletur. Ipsa enim cum virtutibus sic remanebit, sed alium tenebit usum et modum.

De ordine caritatis habendae

Nunc iam superest investigare si aliquis secundum quod homo ordinem diligendi praeceptum servaverit; quod si est ut omnem hominem sicut se ipsum diligeret, omnibus ergo salutem optaret omnesque salvos fieri vellet. Sed non omnes salvi sunt. Unde non est factum quod optavit;

Sed non est ignorandum inde fuisse caritatem iuxta modum patriae, non viae, cum neque ordinem diligendi implesse qui servatur in patria, non in via. Qui enim in patria sunt, in tanta sunt iam beatificatione, et adeo inhaerent Deo, ut nihil eis placeat nisi quod ei placet. Ideo et hos et illos tantum salutem diligunt, quos voluntas Dei salvandos novit, eosque solos sicut se diligunt. Iusti vero in via electos tantum sicut se diligerent, eorumque salutem optarent.

De caritate Dei

Praemissis addendum est de dilectione Dei, qua scilicet ipse diligit nos, quae non est alia quam illa qua diligimus eum.

Quod alia magis, alia minus diligit Deus

Dilectio autem Dei divina usia est, eadem cum dilectione Patris et Filii et Spiritus Sancti, qua se diligunt et nos, ut supra disseruimus. Cumque eius dilectio sit immutabilis et aeterna, alium tamen magis, alium minus diligit. Unde Augustinus: Incomprehensibilis est dilectio atque immutabilis qua Deus diligit in nobis quod fecit, sicut odit quod fecimus; amat enim et odit etiam quod odit, diligit nos. Quis ergo digne possit eloqui quantum diligat membra Unigeniti sui, et quanto amplius Unigenitum ipsum? De quo etiam dictum est: nihil odisti eorum quae fecisti. Ex his percipitur quod Deus omnes creaturas suas diligit, quia scriptum est: nihil odisti eorum quae fecisti. Et item: vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona. Si omnia quae fecit bona sunt, et omne bonum diligit, omnia ergo diligit quae fecit; verumtamen eas magis diligit creaturas rationales, et de illis eas amplius quae sunt membra Unigeniti sui, et multo magis ipsum Unigenitum suum.

Et quomodo immutabilis dicitur magis vel minus diligere et nullum diligere

Cum autem dilectio Dei immutabilis sit, nec varietur intendendo vel remittendo, dicitur quidem magis vel minus diligere hoc quam illud, vel dicitur omnia diligere. Dicimus dilectionem Dei sicut pacem exsuperare omnem sensum humanum, ut ad tantae altitudinis intelligentiam lux aliqua mentis aspiret. Potest tamen satis intelligi ea ratione dici omnia diligere quae fecit, quia omnia placent ei et omnia approbat

Ex quo sensu omnia quae fecit diligere dicitur

prout in officium operis sui et sunt, nec tamen vel plus vel amplius placent ei cum facta sunt, sed tantundem quantum antequam fierent, immo ab aeterno omnia placuerunt ei, non minus quam postquam creata sunt. Quod vero rationales

Quomodo aliquos magis, aliquos minus diligere dicitur

creaturas, vel homines et angelos, alios magis alios minus diligere dicitur immutabilis, cum dilectio caritatis eius sit, sed quod alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit, alios ad meliores usus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proveniunt. Placet vero alios magis alios minus dilexisse ab aeterno, diligere dicitur quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua praeparavit bona, aliisque maiora, aliisque minora bona confert in tempore. Unde

Au. super epistolam Ioh.

Ratione informationis vel quantitatis praemii. quia hic videtur ex radice et fructu, et in patria.

Esicius

id est imperfectio evacuabitur

Au. super epistolam Ioh.

Di. xxxii

Au. super Ioh.

id est vitium nostrum

Vitium nostrum.

Hoc his praepositum quod Deus omnes creaturas suas diligit, quia scriptum est: nichil odisti eorum quae fecisti.

magis vel minus dicitur hos vel illos diligere? Quod duobus modis
Considerantur enim duobus modis dilectio consideratur
dei. secundum essentiam. et secundum effectum. non recipit e dilectio
magis vel minus secundum essentiam. sed secundum effectum. ut dei
magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno ma-
iora bona preparavit et in tempore tribuit. et minus dilecti
quibus non tanta. Sed etiam est quod aliquem quem convertit
et iustificat dicitur tunc incipere diligi a deo. Non quod
deus nova dilectione quemquam possit diligere. qui nec
preterita dilectione diligeret ante mundi constitutionem
quos semper diligit. sed tunc dicitur incipere diligi a deo. cum ei-
ne dei dilectionis sortiuntur effectum. scilicet gratiam vel gloriam.

Au. in li. de tri.

Unde augustinus. Absit ut deus temporaliter aliquem diligat quasi
nova dilectione. que in illo ante non erat. apud quem nec
preterita transierunt. et futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos
suos ante mundi constitutionem dilexit sicut predesti-
navit. sed cum convertuntur et inveniunt illum. tunc incipere
diligi a deo dicuntur. ut eo modo dicatur quo potest
humano affectu capi quod dicitur. Sicut etiam cum irat-
us iratus dicitur malis et placidus bonis. illi mutantur non ipse.
Ut lux infirmis oculis aspera. firmis lenis est
ipsorum scilicet mutatione non sua. Itaque etiam cum aliquis per iustifi-
cationem incipit esse amicus dei. ipse mutatur non deus.
Si vero queritur de aliquo uno an Si dicatur magis vel minus dili-
magis diligatur a deo uno tempore quam gatur a deo uno
alio. distinguendum est dilectionis intelligentia. tempore quam alio
Si enim refertur ad dilectionis effectum concessibile est;
si vero ad dilectionis essentiam. inconcessibile est. Si

De reprobis vero qui preparati non sunt deus ab eterno di-
ad vitam sed ad mortem sed queritur utrum lexerit repro-
debeat concedi quod deus ab eterno dilexerit eos. Di- bos
cimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum
quod deus ab eterno eos dilexerit quos ad iusticiam et coro-
nam preparavit. De non electis non simpliciter est conceden-
dum quod odio habuerit et reprobavit. Sicut legitur. Ia-

hic malachia

cob dilexi. esau odio habui. sed non est simpliciter dicen-
dum. quod dilexerit. ne perdellimum intelligatur. Sed
ea dilectione dilexit eos in quantum opus eius futuri erant.
et quos et quales facturus eos erat. De iiii. virtutibus

XXXIII

Post predicta de iiii. virtutibus que principalibus
principales vel cardinales vocantur. disserendum
est. que sunt. iusticia. fortitudo De usibus earum in hac vi-
prudentia. temperantia. de quibus Augustinus ait. ta. de-
Iusticia est in subveniendo miseris. pruden- ter
tia in precavendis insidiis. fortitudo in perferendis
molestiis. temperantia in coercendis delectationibus
pravis. De his dicitur in libro sapientie. Sobrietatem et pruden-
tiam docet. iusticiam et virtutem. sobrietatem vo-
cat temperantiam. virtutem vocat fortitudinem.
Hee virtutes cardinales dicuntur atque iste. quibus
in hac mortalitate bene vivitur. et post ad eternam
vitam pervenitur. que in christo plenissime fuerunt.
de cuius plenitudine nos omnes accepimus. In quo habue-

Augustinus gregorius in fine ... de ... in epistola ad macedonium

hi cohercendis

Sapientie ... virtute

hi philone ... virtutem

ut virtutes

.Jo. i.

runt usus eorundem quos in patria habituri Quod hee virtutes
et quedam esse in via. Utrum autem hee virtu- in christo fu-
tes cum ipse in animo esse incipiunt. qui cum sine erint.

Au. in li. xiiii. de tri.

illis prius esset. tamen anima erat. desinunt esse cum ad eterna
perduxerint. non nulla quod est. sed quibusdam visum est esse
desituras. ut est: tres quidem. prudentia. scilicet fortitudine. et tem-
perantia. cum hoc dicit non nichil dicitur. Iusticia enim im-
mortalis est. et magis tunc perficietur in nobis quam esse
cessabit. Cum beate vivemus contemplatione divine na-
ture. que creavit omnes. et constituit et instituit naturas. cui
nichil melius et amabilius est. cui regenti esse subditum Au.
iusticie est. ideo immortalis est. Non ideo iusticia nec

De iusticia in futuro

in illa beatitudine esse desinet. sed talis ac tanta
erit. ut perfectior et maior esse non possit. Sed et Fortassis et alie
tres virtutes. prudentia sine ullo iam De usibus aliarum
periculo erroris. fortitudo sine molestia tole- trium vir-
randorum malorum. temperantia sine repugnantia tutum.
ne libidinum erunt in illa felicitate. ut prudentie
sit nullum bonum deo preponere vel equare. for-
titudinis ei firmissime coherere. temperantie nullo
defectu noxio delectari. Quod vero nunc agit iusticia
in subveniendo miseris. quod prudentia in preca-
vendis insidiis. quod fortitudo in perferendis molestiis. quod
temperantia in coercendis delectationibus pravis. non
erit ibi omnino. ubi nichil mali erit. Ista ergo virtutum opera
huic mortali vite necessaria. sicut fides ad quam refe-
renda sunt. in preteritis habebuntur. ¶ Hec aperte hic
dicit augustinus quod predicte virtutes in futuro erunt. sed alios
usus tunc habebunt. quam modo. Sed beda consentire
super exodum. ita dicens. Columpne autem quas appen- beda.
sum est velum. potestates celi sunt. iiii. virtutum insti-
tutis pollentes. scilicet fortitudine. prudentia. temperantia.
iusticia. que aliter in celis servantur ab angelis et a-
nimabus sanctis quam hic a fidelibus. Consequenter assig- beda.
nat beda usus istarum virtutum secundum presentem statum
statum. et virtutum augustinus in futuro assignat
omnibus. De septem donis spiritus sancti

XXXIIII

Nunc de vii. donis spiritus sancti agendum est. ubi primo
considerandum est. an hec dona virtutes sint
sive an in futuro desitura sint. et omnia vel hec aliqua;
Deinde an in christo fuerint tamen hec dona. ¶ Hec
dona virtutes esse. nec in futuro desitura. Quod vii. dona
Ambrosius ostendit ea vii. fore virtutes dicens. spiritus san-
et in angelis habundantissime esse. Civitas cti esse vir-
dei illa ierusalem celestis non meatu alicuius fluvii tutes
terrestris abluitur. sed ex vite fonte procedens spiritus sanctus cuius
nos brevi saciamur haustu. in illis celestibus spiritibus
redundantius videtur effluere. plena vii. virtutum spi-
ritualium fervens meatu. Si enim fluvius ripis alve-
is superfusus exundat: quanto magis spiritus sanctus super
eminentes creaturas. Cum nostre mentis archana
tamquam inferiora perstringat. celestem illam ange-
lorum naturam effusiore quadam sanctificationum ubertate

Am. in li. de spiritu sancto

Au. laetificat. Deinde sanctificationem exponit. Sicut Hilarius sanctificationibus significat pleniter illa vii. spiritualium virtutum que enumerat Ysaias dicens scilicet spiritus sapientie et intellectus consilii et fortitudinis scientie et pietatis et timoris domini. Videtur ergo Filium multis spiritualium donorum munus. Dicimus ergo multi dicunt spiritus sapientie et intellectus. Et hoc totum est dei spiritus sine libertatis arbitrio omnia pro auctoritate voluntatis dividens singulis. ¶ Sed expresse traditum est vii. dona virtutum esse sanctificandos et fidelium mentibus et infusum adesse tamen cuilibet et in angelis. Quod in Christo etiam hec eadem fuisse Ysaias. Fuerunt illa vii. dona ostendit dicens: Egredietur virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus scientie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini. Sed contra videtur obviare. Quod videtur obviare premisso. Quod Beda de timore domini dicit super parabolas quod omnis timor in futuro cessabit; ait enim super illum locum: Timor domini principium sapientie. Duo sunt timores domini: servilis qui principium est sapientie, et amicalis qui perfectionem sapientie comitatur. Servilis principium est sapientie quia quisquis post errorem sapere incipit primo timore corripitur divino ne puniatur. Sed hunc perfecta caritas foras mittit; succedit huic timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Qui non excludit caritatem sed auget, quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Ubi ergo in futuro cessabit; caritas non numquam cadet. Augustinus vero super illum locum psalmi: Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo: timorem dilectionis dicit. Sic timor domini est magnum presidium proficientibus ad salutem, sed pervenientibus foras mittitur. Non enim timent iam amicum cum ei ad id quod repromissum est perducti fuerint. ¶ Ex his auctoritatibus significatur quod timor non erit in futuro. Ergo nec vii. dona erunt, nec modo sunt in angelis sive in animabus sanctis. ¶ Ad quod. Solutio. Omnium auctoritatum premissarum que videntur repugnantiam dirimentes dicimus quod vii. illa dona et in angelis modo sunt et in animabus sanctis fuerunt vel erunt talibus et in nobis erunt in futuro. Sed non habebunt omnia hos usus sive hec officia que habent in hac vita. Quia timor filialis in hac vita facit ne offendamus quem diligimus et ne separemur a deo. Faciet etiam nos revereri eundem. In futuro vero faciet nos revereri, quia non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis vel est in angelis vel animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro, sed reverentia que est timor cum subiectione dilectionis, que etiam in Christo fuit, sicut apostolus dicit in epistola ad Hebreos, loquens de Christo qui exauditus est pro sua reverentia. Quidam tamen dicunt non fuisse timorem in Christo et angelis tantum esse commendandum. Plena timoris distinctio.

Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est quod quatuor sunt timores, scilicet mundanus sive humanus, servilis, initialis, castus vel filialis sive amicalis. Humanus timor est, vel ut ait Cassiodorus, quo timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi, propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui in primo gradu cum mundo deseritur. Quem dominus prohibet in evangelio dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus etc. Timor autem servilis est, ut ait Augustinus, cum per timorem gehenne continet se homo a peccato, quo presentiam iudicis et penam metuit et timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi eternum bonum quod non amat, sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et utilis, licet insufficiens, per quem fit paulatim consuetudo iustitie, et succedit initialis timor. Cum incipit quod durum erat amari, sic incipit excludi servilis timor a caritate, et succedit deinde castus timor sive amicalis, quo timemus ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem servilis est utilis sed non permanens in eternum. Sed iste timor divinitus communis est per omnes gradus. Collatio predictorum.

Et attende quod hic distinguuntur timores quatuor, cum supra Beda dixerit duos esse. Sed Beda humanum timorem preteriit, et initialem nomine servilis. Duos quos hic distinximus complexus fuit, scilicet servilem et initialem; amicalem vero castum dicit. Augustinus quoque servilem et castum timorem aperte discernit, dum epistole ad Romanos illum locum exponit: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei. Duo, inquit, timores hic insinuantur. Unus qui est in perfecta caritate, scilicet timor castus. Alter qui non est in caritate, scilicet servilis, in quo quis timet ne cadat non tamen in diem, et si bonum fiat non tamen bene fiat. Nemo enim invitus bene facit, etiam si bonum est quod facit.

De his eisdem timoribus latius disputat Augustinus dicens: Cepit quis credere diem iudicii; si cepit credere, cepit et timere. Sed qui adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicii. Nondum est in illo perfecta caritas; si perfecta in illo esset caritas, non timeret. Perfecta enim caritas faceret perfectam iustitiam, et non haberet quod timeret, immo haberet quare desideraret ut transeat iniquitas et veniat regnum dei. Ergo timor non est in caritate. Sed in qua caritate? Non in inchoata. In qua ergo? In perfecta. Perfecta, inquit, caritas foras mittit timo-

De casto et servili timore plenius Augustinus. tangit de timore initiali. Au. Hic tangit de initiali timore.

¶ Ro. viii. spiritus timoris

Sed inter hos timores ...

¶ Duplex ... Ut omnis

Math. x.

¶ Duplex ...

Beda

Au.

Au. in ix. omelia super epistolam Iohannis

Dico

Au. ... Io. ...

... ut ab eo separentur

Ij dr recessere: talis ... salute: penitentiale pecc.

rem. Ergo incipiat timor, quia initium sapientiae timor Domini. Timor quasi locum praeparat caritati; cum autem coeperit caritas habitare, pellitur timor qui ei praeparavit locum. Quantum enim illa crescit, ille decrescit; et quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior caritas, minor timor; minor caritas, maior timor. Si autem nullus est timor, non est qua intret caritas. Sicut videmus per setam introduci linum quando aliquid suitur: seta prius intrat, sed nisi exeat non succedit linum. Sic et timor primo occupat mentem, sed non ibi remanet timor, quia ideo intravit ut introduceret caritatem. [illegible] servilis timoris inducitur. Quod videtur praedictis adversari.

au. Est autem alia sententia quae videtur huic esse contraria, si non habet pium intellectorem. Dicit enim in Psalmo: Timor Domini castus permanet in saeculum saeculi. Aeternum quemdam timorem nobis ostendit, sed castum. Quod si ostendit ille nobis aeternum timorem, numquid contradicit illi ista epistola quae dicit: Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem? Hoc enim dictum est per Iohannem, illud dictum est per David; sed nolite putare alium esse spiritum. Si uno flatu inflat duas tibias, non potest unus spiritus implere duo corda et agitare duas linguas? Si spiritu uno vel uno flatu impletae duae tibiae consonant, impletae duae linguae spiritu Dei dissonare possunt? Immo est ibi quaedam consonantia, est quaedam concordia, sed auditorem desiderat studiosum, non otiosum. Ecce movit duas linguas spiritus Dei, et audivimus ex una: Timor non est in caritate; audivimus ex alia: Timor Domini castus permanet in saeculum saeculi. Quid est hoc? Dissonare videntur. Non.

au. Excute aures, attende melodiam. Non sine causa hic addidit castus, illic non addidit; quia est timor alius qui dicitur castus, est autem alius timor qui non dicitur castus. Discernamus istos duos timores et intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat caritas vestra. Sunt homines qui propterea timent Deum ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne aeterno. Ipse est timor qui introducit caritatem, sed sic venit ut exeat. Si enim propter poenas times Deum, nondum amas quem sic times. Non bona desideras, sed mala caves. Sed ex eo quod mala caves, corrigis te et incipis bona desiderare; et cum bona desiderare coeperis, erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona. Timere Deum ne recedat a te. Cum autem times ne te deserat praesentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras.

Exemplum

au. Non potest melius explanari quid intersit inter istos duos timores, quam si ponas duas mulieres maritatas, quarum unam constituas volentem facere adulterium, sed timet ne damnetur a marito. Timet maritum, quia adhuc amat nequitiam. Huic non est grata, sed onerosa mariti praesentia. Et si forte vivit nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timent diem iudicii. Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, nulla se adulterii immunditia maculare velle: ista optat praesentiam viri. Illa timet, illa timet. Iam ergo interrogentur: quare timetis? Illa dicit: timeo virum ne veniat; illa dicit: timeo virum ne discedat. Illa dicit: timeo virum ne damner; illa dicit: timeo ne deserar. Pone hoc in animo et invenies timorem quem foras mittit caritas, et alium timorem castum permanentem in saeculum saeculi.

Quomodo differant duo timores per similitudinem duarum mulierum ostendit.

ul' uir:

au. Illum timorem perfecta caritas foras mittit, quia ille timor tormentum habet: torquet cor conscientia peccatorum; nondum facta est iustificatio; sed titillat mentem, quod pungat, quod stimulet. Stimulat ille timor, sed intrat caritas quae sanat quod vulnerat timor. Timor castus facit securitatem in animo.

au. Audivimus duas tibias consonantes: illa de timore Dei dicit quo timet anima ne damnetur; illa de timore quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem caritas excludit; ille est timor qui permanet in saeculum saeculi. Ecce in his verbis patenter aperit Augustinus quid sit timor castus et quid servilis, et qualiter differant. In quibus etiam initialem timorem significavit, qui nec ex toto est servilis nec ex toto castus, sed tamquam medius aliquid de servili et aliquid de casto timore habens. Facit enim servire partim timore poenae, partim amore iustitiae; et quem timet, timet ne puniat et timet ne offendat. Hic timor est in inchoata caritate, non in perfecta; et quantum crescit caritas, decrescit ille timor quantum ad metum poenae, vel quantum ad id quod facit timere poenam, et quantum ad tormentum conscientiae. Iam quanto diligitur, tanto minus timetur. Hic timor notatur in illis verbis Augustini, ubi non negat timorem esse in caritate inchoata, sed perfecta; quod non posset dici de servili, quia, ut ipse supra dixit, servilis timor non remanet veniente caritate, nec intrat caritas nisi prius ille timor exeat; nec in illo timore aliquis credit in Deum et sperat de Deo, nec bonum facit etiam si bonum est quod facit.

Non est ergo timor ille in caritate inchoata. Quia omnis qui caritatem habet, licet non perfectam, in Deum credit et bene bona facit; quod servilis non habet. Timor ille qui in caritate inchoata fore conceditur, et qui crescente caritate decrescere dicitur, ille timor est initialis, quem non negat esse in caritate nisi perfecta sit. Quod timor servilis et initialis dicitur initium sapientiae.

Sciendum tamen est quod uterque timor, scilicet servilis et initialis, in Scriptura dicitur initium sapientiae; ita forte convenienter intelligentur annotantium loca Scripturae in quibus de timore Domini fit mentio. Sed alia tamen ratione iste, et alia ille. Dicitur servilis initium sapientiae, et alia: et differentia.

initialis servilis et [illegible] dicitur initium sapientie, quia prepa-
rat locum sapientie et ducit ad sapientiam, sed tamen non
remanet cum ea, immo foras exit. Initialis autem dicitur sicut
sapientia que est in inchoatis sapientia, quam cum quis habet, in-
cipit caritatem et sapientiam habere incipit, sed etiam c.
quod inde timor dicitur initialis, quod invenitur potius
diversa servitute locis, sed etiam timor initium di-
cit servilis, quia iste initialis quiescit in caritate inchoa-
ta; aliquid habet de servili, scilicet angorem pene, sicut et ad-
hibet de casto, scilicet quia timet offendere ac separari. Il-
lud quoque diligenter notandum est. Hoc quod Aug. dicit
quod insipientibus Aug. dicit talium timor castum timo-
rem esse eternum, per quod confirmatur premissa esse eternum
sententia, scilicet quod iste timor erit in futuro sicut
et alia dona spiritus sancti, sed non habebit officium quem-
modo habet; faciet enim tunc nos revereri deum, non ti-
mere separari vel amittere. Erit ergo iste timor ille,
sed iuxta usum illum quem habebit in futuro in eternum;
sic non enim timuit Christus separari vel offendere deum, sed reverentiam pro
omnibus reverentialis fuit. An timor pene qui fuit in Christo

Cum autem fuerit in Christo timor pene, fuerit servilis vel
queritur an ille fuerit mundanus vel servi- initia-
lis vel initialis. Ad quod dicimus nullum eorum fuisse in Christo,
quia mundanus malus est, ut supra dictum est, et in primo
gradu cum mundo deseritur; servilis vero vel initialis
in perfecta caritate non est; nullus ergo timor istorum
fuit in Christo. Qualis ergo fuit ille timor quo pe-
nam timuit? Potest timor ille dici naturalis sive
humanus, qui omnibus hominibus inest, quo horrent
mortem ac formidant penam. Et dicitur timor iste naturalis
non quia accesserit homini ex natura, sed quod prius fuit
institutus quam fuit iste timor, deerat enim homini,
nec de bonis naturalibus, sed ex corrupta natura per
peccatum omnibus advenit; cum corruptio inolevit,
tamquam esset naturalis; et est iste timor effectus pec-
cati, ut predictum est. Quomodo differant sapientia et scientia

Post premissa diligenter considerandum est in quo
differant sapientia et scientia. De hoc Aug. ita ait: Phi-
losophi disputantes de sapientia diffinierunt eam di-
centes: Sapientia est rerum humanarum divinarumque sci-
entia. Ergo et utriusque rei cognitionem, id est divi-
narum et humanarum, et sapientiam et scientiam dici posse
non nego. Verum iuxta Apostoli distinctionem, qua dictum est:
Alii datur sermo sapientie, alii sermo scientie, illa dif-
finitio dividenda est, ut rerum di- Diffinitio sapientie
vinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur, scilicet phylosophorum
humanarum autem cognitio proprie scientie nomen obtineat. Diffinitio scientie
Non sane quidquid sciri ab homine potest [illegible]
in rebus humanis, ubi plurimum supervacue scilicet theolo-
vanitatis et noxie curiositatis est, huic scientie gorum
tribuo, sed illud tantum quo fides saluberrima, que
ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur,
defenditur, roboratur. Qua scientia non pollent fideles plu-
rimi, quamvis polleant ipsa fide plurimum. Aliud enim
est scire tantummodo quid homo credere debeat propter
adipiscendam vitam beatam, aliud est scire quem-
modo hoc ipsum et piis opituletur et contra impios de-
fendatur, que proprio vocabulo appellatur scientia. De
his quoque duabus virtutibus idem Aug. differentiam inter
eas assignans super psalmum ait: Distat sapientia
a scientia, testante sancto Iob, qui quodammodo singula
diffinivit, ait: Sapientia est pietas, scientia vero
est abstinere a malis. Pietatem vero hoc loco po-
suit dei cultum, quod grece dicitur theosebia, que est in cogni-
tione et dilectione eius quod semper est et incommuta-
biliter manet, quod est deus. Scientia vero a malis
est in medio prave nationis prudenter versari.
Item quod inter hec duo apte distinguendum sit.
Distat ab eterno contemplatione actio qua bene u-
timur temporalibus, et illa sapientie, hec scientie deputatur. Quam-
vis et illa que sapientia est possit nuncupari et scientia,
ut Apostolus loquitur: Nunc scio ex parte, quia scientiam
profecto contemplationis dei vult intelligi. In hoc
ergo differentia est, quia ad contemplationem sapientia,
ad actionem vero scientia pertinet. ¶ Hec aperte
monstratur esse in quo differunt hec, sapientia et scientia,
scilicet ut sapientia divinis, scientia humanis at-
tribuatur rebus, sicut docet Aug. Utrumque ag-
noscimus in Christo, scilicet rem divinam et rem hu-
manam; unde de ipso habemus sapientiam et scientiam.
Cum enim legitur: Verbum caro factum est, in verbo
intelligimus verum dei filium, in carne agnoscimus
verum hominis filium. Item cum dicitur: Vidimus plenum
gratia et veritate, gratiam retulimus ad scientiam, ve-
ritatem ad sapientiam, quia in Christo scientia et sapientia fu-
it plenarie, et nos scientiam et sapientiam de eo habemus,
qui est deus et homo. In quo differunt sapientia

Ostensa differentia inter sapi- et intellectus
entiam et scientiam, quid distet inter sa-
pientiam et intellectum videamus. In hoc differre
illa duo, quia sapientia tantum est de eternis, que videlicet
omne contemplande intendit; intelligentia autem
non modo de eternis est, sed etiam de rebus invisibilibus
et spiritualibus temporaliter exortis. Per eam enim creatorem
summam, qui fecit omnia, novimus et divina consideramus,
et post ipsum etiam spirituales et invisibiles naturas,
ut angelos et omnes anime bone affectiones con-
templamur. In hoc ergo distincta est, quia sapientia eterna
tantum conspicit, intellectus vero et creatorem et creata
quedam. Item intellectus intelli- Quomodo differunt
gibilia capit tantum, sapientia vero non tantum sapientia scientia et in-
capit superiora, sed etiam in cognitis delec- telligen-
tatur. Sic ergo distingui potest inter illa tria, cia
scilicet scientiam, intellectum et sapientiam: scientia valet ad rec-
tam administrationem rerum temporalium et ad bo-
nam inter malos conversationem; intelligentia

Au. in li. xiiii. de tri. c. xiii.

Au. in euchiridion c. vi.

Au. in xii. li. de tri. c. xiiii.

i. cor. c. xiii.

Au. in xiii. li. de tri.

Jo. i.

Jo. i.

ad creaturas; scientia ad rerum visibilium speculationem; sapientia vero ad solius aeternae veritatis contemplationem et delectationem.

Quod intellectus et scientia de quibus hic agitur non illa sunt quae naturaliter insunt homini.

Et notandum quod intellectus et scientia quae dicuntur dona Spiritus sancti alia sunt ab intellectu et scientia quae naturaliter sunt insita homini; sed dona virtutesque sunt quae per gratiam infunduntur animis fidelium, et per eas recte vivitur. Illa vero habet homo de bonis conditionis; adeo tamen ut, si habeat autem virtutes quae dicuntur Spiritus sancti dona, illa naturalia reformantur atque iuvantur. Ubi enim gratia est, intellectus naturalis peccato obtenebratus per virtutem quidem quae dicitur Spiritus sancti intelligentia reformatur atque iuvatur ad intelligendum; sicut et per illam virtutem quae dicitur Spiritus sancti sapientia iuvatur atque erigitur mentis oculus ad contemplationem et delectationem aeternae veritatis.

Quod sapientia ista dei est, nec est illa quae deus est.

Illud etiam sciendum est quod sapientia dei est [illegible] differentia: non est illa dei sapientia, ut ait Augustinus, qua deus sapiens est, sed hominis sapientia. Vera autem hominis sapientia dei est ac veri et perpetui cultus. Sic ergo colat mens hominis deum, cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps potest; sapiens ipsa fit non sua luce, sed summae illius lucis participatione sapiens fit. Ista autem hominis sapientia etiam dei est, sed non ita dei est ut ea sapiens sit deus. Non enim participatione sui sapiens est, sicut mens participatione dei. Sic etiam dicitur iustitia dei non solum illa qua ipse iustus est, sed etiam illa quam dat homini cum iustificat impium.

De connexione virtutum, quod non separantur.

Solet etiam quaeri utrum virtutes ita sint sibi coniunctae ut separatim non possint possideri ab aliquo, sed qui unam habet omnes habeat. De hoc Hieronymus ait: Omnes virtutes sibi haerent, ut qui una caruerit, omnibus careat. Qui ergo unam habet, omnes habet. Quod quidem probabile est, cum enim caritas mater sit omnium virtutum, in quocumque mater ipsa est, scilicet caritas, et cuncta filia eius, id est virtutes, recte fore creduntur. Unde Augustinus: Ubi caritas est, quid est quod possit deesse? Ubi autem non est, quid est quod possit prodesse? Sit ergo non dives qui hanc virtutem habet? Habet omnia, cum plenitudo legis sit caritas. Quae quanto magis est in homine, tanto magis est virtute praeditus; quanto vero minus, tanto minus inest ei virtus; et quanto minus est virtus, tanto magis inest vitium.

Si coniunctae sunt, vel pares sint, et quomodo etc.

Utrum vero pariter quis omnes possideat, an alias magis, alias minus in aliquo fervere, quaestio est. Quibusdam enim videtur quod alias magis, alias minus habeant ab aliquo, sicut in Iob patientia eminuit, in David humilitas, in Moyse mansuetudo; qui etiam concedunt magis aliquem mereri per aliquam unam virtutem quam per aliam. Sicut enim plenius habet quam aliam, ita etiam magis per aliquam mereri dicunt quam per ceteram; nec aliquam plenius aliquo quam habet quam caritatem; alias quidem magis et alias minus in aliquo esse concedunt, sed nullam plenius quam caritatem, quae ceteras gignit. [illegible] dici esse multis [illegible] quasi memoriae [illegible] plerisque multis [illegible] fugerunt. Aliis vero videtur omnes virtutes et simul et pares esse in quolibet, ut qui in una alteri par exstiterit, in omnibus eidem aequalis sit. Augustinus: Virtutes quae sunt in animo humano, quamvis alio et alio modo singulae intelligantur, nullo modo tamen separantur ab invicem, ut quicumque fuerint aequales, verbi gratia in fortitudine, aequales sint et prudentia et iustitia et temperantia. Si enim dixeris aequales esse istos in fortitudine, sed illum praestare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit; ac per hoc nec fortitudine aequales sunt, quia est illius fortitudo prudentior. Atque ita de ceteris virtutibus invenies, si omnes eadem consideratione percurras. Ex his claret omnes virtutes non modo esse coniunctas, sed etiam pares in animo hominis. Cum autem dicitur aliquis aliqua praeminere virtute, ut Abraham fide, Iob patientia, secundum usum exterioris actus accipiendum est, vel in comparatione aliorum hominum, quia vel humilitatem hi tantum in agendo praeferri, vel opus fidei, vel aliud aliquod virtutum opus excellentius exsequuntur. Unde et dicuntur prae aliis pollere et inter alios homines singulariter excellere. Secundum hunc modum, scilicet secundum actum exteriorem, accipiendum est ubi Augustinus dicit in aliquo aliam magis esse virtutem, aliam minus, et unam esse virtutem et aliam non esse; ad Hieronymum: Clarum in ista disputatione tua satis apparuit non placuisse auctoribus nostris, immo ipsi veritati, omnia paria esse peccata, etiamsi hoc de virtutibus verum sit, quia et si verum est eum qui unam habet omnes habere virtutes, et eum qui unam non habet nullam habere, nec sic peccata sunt paria, quia ubi virtus nulla est, nihil rectum est, nec tamen ideo non est pravo pravius, distorto distortius. Si autem quod puto esse verius sacrisque litteris congruentius, ita sunt animae intentiones ut corporis membra, non quod videantur locis, sed sentiantur affectibus, et alius illuminatur amplius, alius minus, alius omnino caret lumine et perfecte(?), ut quisque illustratione piae caritatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil. Sic dici potest habere aliam magis, aliam minus [illegible]; nam et maior est in isto caritas quam in illo. Recte possumus dicere et aliqua in isto, et nulla in illo, quantum pertinet ad caritatem quae pietas est; et in uno homine quidem maiorem habet pudicitiam quam patientiam, et maiorem hodie quam heri, si proficit, et adhuc non habeat continentiam, et habeat non parvam misericordiam. Ut generaliter breviterque complectar quam de virtute habeo notionem, virtus est caritas, qua id quod diligendum est diligitur. Haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est; plenissima vero, quae iam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, in nemine est. Ex his insinuatur quod aliquis ea ratione possit dici habere unam virtutem magis quam aliam, quia per caritatem magis afficitur actu unius virtutis quam alterius.

Au. in xiiii. li. de trin.

xiiii. de t. c. xiiii.

xxxvi

Ier. super ysaiam

Super d. lvi. custodiam

Au. super Ioh.

Au. ad Iero.

Iob eminuit . I. a. v.

in psalmo

In moyse mans. numeri xii.

Au. in li. vi. de t.

Augustinus vi. de t. [illegible]

Au. ad Iero.

virtutes

Diffinitio virtutis

et propter differentiam actuum quia alias intenditur magis vel minus. Unde dici potest aliquem non habere, cum tamen sit habens omnes virtutes, habere continentiam ad virtutis habitum vel castitatem eiusque. In actu vero aliam magis, aliam minus, sicut [illegible] non habens, ut vir iustus intra coniugium continentiam habet in habitu, non in actu. Cur ergo non dicamus paria peccata? Fortasse quia magis facit contra caritatem qui gravius peccat, et minus qui levius. Et hoc ipso quo quis peccat, non adimplet illam caritatem que est plenitudo legis. Ideo recte dicitur: Qui offenderit in uno, factus est omnium reus, quia contra caritatem omnia facit, in qua pendent omnia.

Rep[etitio] ut de caritate addatur quomodo tota lex in duo precepta

Cum duo sint precepta caritatis, in quibus, ut Veritas ait, tota lex pendet et prophete, attendendum est quomodo in his tota lex sit. Cum in lege et prophetis multa sint cerimonialia et alia mandata, que si ad caritatis servitutem pertinuissent, videretur non debere cessare. Quia vero non iustificandis gratis, quam facit caritas, instituta sunt, sed in figuram futuri et onus populi, ideo clarescente veritate cessaverunt, sicut umbra. Verumtamen et ipsa cerimonialia secundum spiritualem intellectum quem continent, et omnia moralia ad caritatem referuntur. Continentur enim omnia ad X mandata in tabulis scripta, ubi totius summa perstringitur, ex quibus cetera emanant. Sic et in sermone Domini in monte octo virtutes ponuntur, ad quas cetera referuntur; et sicut ad X mandata decalogi cetera referuntur, ita ipsa X ad duo mandata caritatis. Omnia ergo ad duo mandata caritatis pertinent, que per caritatem implentur et ad caritatem tamquam finem referri debent. Unde Augustinus: Tenet magnitudinem et latitudinem divinorum eloquiorum secura caritas, qua Deum et proximum diligimus, que radix est omnium bonorum. Veritas ait: In his duobus mandatis universa lex pendet et prophete. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia involucra sermonum evolvere, tene caritatem, ubi pendent omnia. Ex predictis est et finis omnium. Unde etiam precepta et consilia recte fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum et proximum propter Deum. Quod vero fit timore pene vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad caritatem, nondum fit sicut fieri oportet, quamvis fieri videatur. Inimicus enim iustitie est qui pene timore non peccat; amicus vero iustitie est qui amore eius non peccat. Omnium igitur summa est, ut intelligatur legis et omnium divinarum scripturarum plenitudo esse dilectio Dei et proximi.

Decem precepta quomodo continentur in duobus mandatis caritatis.

Sed iam distributio decalogi, qui in duobus mandatis completur, ostendenda est. Hic enim decalogus, X precepta, que sunt decachordum psalterium, que sic sunt distributa, ut tria que sunt in prima tabula pertineant ad Deum, scilicet ad cognitionem Trinitatis; septem que in secunda tabula ad dilectionem proximi.

Primum in prima tabula est: Non habebis deos alienos. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem. Hoc Origenes dicit duo esse mandata, sed Augustinus unum. Hoc ipsum enim quod dicitur: Non habebis deos alienos, perfectius explicatur cum prohibetur coli figmenta, scilicet idolum et similitudinem alicuius rei. Que duo Origenes ita dicit distare, ut idolum sit quod nichil simile sui habet; similitudo vero, quod habet speciem alicuius rei, ut ubi gentilis, si quis in auro vel ligno vel alia re faciat speciem serpentis vel avis vel alicuius rei et statuat ad adorandum, non idolum sed similitudinem facit. Qui vero facit speciem quam non vidit oculus, sed animus sibi fingit, ut si quis humanis membris caput canis vel arietis formet, vel in uno habitu hominis duas facies, non similitudinem sed idolum facit, quia facit quod non habet simile sui. Ideo dicit Apostolus quia idolum nichil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus constantibus assumitur species, sed quod mens otiosa et curiosa reperit. Similitudo vero est cum aliquid ex his que sunt vel in celo vel in terra vel in aquis formatur. Augustinus vero ita exponit dicens: Istud idolum nichil est in mundo, id est nulla creatura est in mundo cuius forma sit idoli, quia talem formam non formavit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quecumque facta sunt per Verbum facta sunt, sed forma hominis in idolo non est facta per Verbum. Sicut peccatum non est factum per Verbum, et nichil est, et nichil fiunt homines cum peccant.

Quomodo idolum nichil est in mundo. De eo. De.

Sed queritur quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta per Verbum, cum alibi legatur: Omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium facta est per Verbum. Hoc a diversis varie solvitur. Quidam enim dicunt omnem formam, in quantum est, a Deo esse; in quantum iniqua est, et forma idoli iniqua est. Inexpositione vel iniquitate forma est a Deo esse, sed non iniquitas; ideo ubi dicit formam idoli, iniquitatem idoli, vel potentiam ad adorandum. Ipsa facta. In hoc enim non est creatura, sed perversio creature. Sic sunt illud quod peccatum est, iniquitatem peccatum est; nichil est, et homines cum peccant nichil fiunt, quia ab illo qui vere est separantur. Alii vero dicunt: quod non est Deo, non est, qui solus vere est; et non esse dicitur quia peccatum, quod nos a vero esse abducit, nichil esse, et non esse dicitur. Illud vero dicunt omnem formam que secundum naturale esse, et quod naturale est, esse a Deo; sed forma idoli non est talis, quia nature vitiate servit. Ideo enim naturale esse dicitur quod simpliciter nature iustitie que Deus est militat, non resultat, et naturam creatam vitiat.

Secundum de secundo precepto.

Secundum preceptum est: Non assumes nomen Dei tui in vanum, quod est dicere Iudeis: Non attribuas creature nomen Dei. Allegorice vero precipitur ne putes esse creaturam Christum Dei filium, quia omnis creatura vanitati subiecta est, sed equalem Patri.

De tertio.

Tertium vero est: Memento ut diem sabbati sanctifices, quod secundum litteram preceptum sabbati observantia; allegorice vero requiem, et hic a vicissitudine

Primum

De caritate

D. xxxvii.

Au. in li. de doc. xpiana.

Au. in euch.

Au. ad anastasium

Au. in li. de doc. xpiana.

Au. de x cordis.

De primo precepto.

in auro

Or.

Au.

[illegible] [illegible] [illegible] aliquid [illegible] [illegible] [illegible] alias [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Au. aug. super Ioh.
i. ex ligno et tamen quem fingo ipse ligno [illegible]
nichil est, i. nulla res nature.

Au. super ezech.

Ambrosius [illegible]

[illegible] non assumes [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] culpe et pene

vide tamen hic in distinctione [illegible] de spiritu sancto et eius dono

in Dei contemplatione expectes. Ex Spiritu sancto, id est ex caritate, id est dono Dei, non quod ipse sine Patre et Filio operetur; accipitur utique et hoc donum, ut in Spiritu sancto fiat remissio peccatorum; licet remissionem cum Patre et Filio faciat, ipse tamen ad Spiritum sanctum dicitur pertinere, qui ipse est spiritus adoptionis filiorum, ipse Patris et Filii amor et connexio [illegible] sed substantialis unitas et requies ei attribuitur. Sed [illegible] hec sunt tria mandata prime tabule ad Deum pertinentia. Et primum quidem, quod est de uno Deo colendo, pertinet ad Patrem, in quo est unitas et auctoritas; secundum ad Filium, in quo est equalitas; tertium ad Spiritum sanctum, in quo est utriusque communitas.

quod in spiritu sancto dicitur fieri remissio.

Augustinus de blasphemia spiritus.

¶ In secunda vero tabula septem erant mandata ad dilectionem proximi pertinentia; quorum primum ad patrem carnalem refertur, sicut primum prime tabule ad patrem celestem: Honora patrem tuum et matrem, ut sis longevus super terram, scilicet in terra viventium. Parentes vero sic sunt honorandi, ut eis debita reverentia exhibeatur et necessaria ministrentur. ¶ Secundum est: Non occides. Ubi actum homicidii prohibet; secundum spiritum illo etiam voluntatem occidendi. Unde hoc mandatum secundum litteram sit suppletum in evangelio, quia littera evangelii exprimitur quod littera legis non exprimebatur; littera evangelii exprimit intellectum spiritualem, id est quem spirituales habent et secundum quem spiritualiter vivunt; littera legis carnalem sensum, id est quem carnales habent et secundum quem carnaliter vivunt, etiam sicut est supradictum. ¶ Tertium est: Non mechaberis, id est ne cuilibet miscearis excepto federe matrimonii; a parte enim totum intelligitur. Nomine ergo mechie omnis concubitus illicitus illorumque membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi.

de mandatis secunde tabule. de primo secunde tabule. de secundo. de sensu spirituali [illegible]. de tertio.

dicitur qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Augustinus [illegible] c. xv.

Ysidorus.

Augustinus super exod.

¶ Quartum est: Non furtum facies. Ubi sacrilegium et rapina omnis prohibetur. Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed furti nomine bene intelligi voluit omnem illicitam usurpationem rei aliene. Sacrilegium tribus modis committitur: cum furatur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro aufertur. Sacrum vero dicitur quicquid mancipatum est cultui divino, ut ecclesia vel res ecclesie. Hic etiam usura prohibetur, que sub rapina continetur. Unde Ieronimus: Usuras querere aut fraudare aut rapere nichil interest. Commoda fratri tuo et accipe quod dedisti, et nichil superfluum queras, quia superabundantia in usuram computatur. Est enim usura, ut ait Augustinus, cum quis plus exigit in usuria vel qualibet re quam acceperit. Ieronimus super Ezechielem: Putant aliqui usuram tantum esse in pecunia; sed intelligant usuram vocari superabundantiam, scilicet quicquid est, si ab eo quod dederit plus acceperit, ut si hieme dederit decem modios et in messe quindecim receperit.

de quarto.

Augustinus super exod.

Ieronimus in epistola quadam.

Augustinus super psalmum.

¶ Si vero queritur de filiis Israel qui Domino iubente ab Egyptiis mutuati sunt vasa aurea et argentea et vestes pretiosas, et abstulerunt, utrum furtum commiserint, dicimus eos qui id patraverunt Deo iubente illud fecerunt, non fecisse furtum nec omnino peccasse, vel aliquid iniustitie fecisse: furtum non fecerunt, sed iubenti ministerium prebuerunt. Hoc enim Deus iussit qui legem dedit; sicut minister iudicis sine peccato occidit quem lex precepit, sed si id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit a iudice occidendum. Illi autem qui ex cupiditate Egyptios despoliaverunt magis permissi sunt hoc facere illis qui talia passi fuerant quam iussi. ¶ Hic opponitur quod etiam boni in illo opere peccaverunt contra naturalem legem, cui concordat evangelica et lex moralis, preceptum transgressi scilicet, quod est: Quod tibi non vis fieri, ne feceris alteri. Quam utique scripsit in corde hominis; sed quia non legebatur in corde, scriptum est in tabulis, ut voce forinsecus admonitus rediret ad cor, ubi inveniret quod extra legeret. Hanc quidem illi prevaricari videntur in illo facto, aliis facientes quod nolebant sibi fieri. Sed ibi subintelligendum est iniuste, ut non aliis facias iniuste quod tibi non vis fieri. Alioquin prevaricator est iudex dum punit reum, nolens aliquid tale sibi fieri. Sed etiam illud Domini iubentis: Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis, de bonis accipiendum est, que nobis invicem exhibere debemus. ¶ Quintum preceptum est: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, ubi tamen mendacium et periurium prohibetur. ¶ Solet autem queri utrum prohibitum sit omne mendacium. Quidam dicunt illud tantum prohiberi quod obest et non prodest ei cui dicitur. Tale enim non erat dictum primum, ut ideo videatur hoc prohibitum addidisse scriptura. Sed de mendacio magna est questio, nec cito explicari potest.

Ieronimus super Ezechielem.

Si furtum fecerunt filii Israel qui spoliaverunt Egyptios.

Augustinus super exod.

Questio

Augustinus super psalmum.

Augustinus super psalmum.

solo

de v.

Augustinus super exod.

queritur si omne mendacium sit prohibitum.

de triplici genere mendacii.

¶ Sciendum tamen tria esse genera mendaciorum. Sunt enim mendacia quedam pro salute vel commodo alicuius non in malitia, sed benignitate dicta, qualia obstetrices mentite sunt et Raab. Est et aliud mendacii genus quod fit ioco, quod non fallit; scit enim cui dicitur causa ioci dici. Et hec duo genera mendaciorum sunt sine culpa, sed tamen non magna. Perfectis autem non congruit mentiri, nec etiam pro temporali vita alicuius, ne pro corpore alterius animam suam occidat. Licet autem celare verum, sed non falsum dicere, ut si quis non vult hominem ad mortem prodere, [illegible] quod taceat, sed non falsum dicat.

Augustinus super psalmum v.

Augustinus in eodem.

¶ Tertium vero genus mendacii est quod ex malignitate et duplicitate procedit. Cautela de cavendum his videtur inimica mendacia illa quae fiunt ioco vel pro salute alicuius in imperfectis esse venialia peccata, in perfectis vero illud quod pro commodo alterius dicitur esse damnabile, quia etiam de mendacio iocoso putatur perfectos perpetue tacere.

¶ De mendacio ad obstetrices. **Quod mendacium obstetricum fuit veniale.** Augustinus contra Dictum: Obstetrices sicut obstetrices remunerate sunt, quia fecerunt bonum quod infantes Israelitarum liberaverunt; ipsum vero mendacium veniale fuit peccatum, non tamen nullum. Sic et Raab liberata est propter exploratores, pro qua fuit veniale peccatum; ne putet quislibet in tantis peccatis sic posse benevolentiam hominum tantam posse succedi veniam, cum ita cum mala detestanda talem secuntur errorem; possimus enim et furando alicui prodesse, si pauper cui datur sentiat commodum et dives cui tollitur non sentiat incommodum; furta adulterando possumus, si aliqua nisi ad hoc ei consentiatur appareat amando moritura, quae si vixerit penitendo purganda; nec ideo peccatum ista negabitur esse adulterium.

Au. super Leviticum. Nota. Au. in Ench.

De speciebus mendacii.

Sciendum est VIII esse genera mendacii secundum Augustinum in libro de mendacio, quae diligenter notanda sunt ut appareat quod mendacium sit veniale et quod damnabile. Primum capitale est mendacium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa consentire debet adduci. Secundum quod tale est ut nulli prosit et obsit alicui. Tertium quod ita prodest alii ut obsit alteri. Quartum quod sola mentiendi fallendique libidine committitur, quod merum mendacium est. Quintum quod fit placendi cupiditate de suaviloquio. His omnibus evitatis sequitur VI genus, quod et nulli obest et prodest alicui, ut si quis pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens ubi sit, se nescire mentiatur. Septimum quod et nulli obest et prodest alicui, ut si quis nolens hominem ad mortem quaesitum prodere mentiatur. Octavum quod nulli obest et ad hoc prodest ut ab immunditia corporali aliquem tueatur. In his autem tanto minus peccat quisque cum mentitur quanto magis a primo recedit. Quisquis vero aliquod genus esse mendacii quod peccatum non sit putaverit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. Omne igitur genus mendacii summo opere fuge, quia omne mendacium non est a Deo.

Au. in li. de mendacio. Primum. Au. in li. contra mendacium.

Quid sit mendacium.

Hic videndum est quid sit mendacium, et quid sit mentiri. Deinde utrum omne mendacium sit peccatum. Ad quod comprehendendum est ut ait Augustinus: falsa significatio vocum cum intentione fallendi. Ut ergo mendacium sit, necesse est ut falsum proferatur cum intentione fallendi; hoc enim malum est proprium mentientis: aliud habere clausum in corde, aliud promptum in lingua.

Diffinitio mendacii. Au. in Ench.

Quid sit mentiri.

Mentiri vero est loqui contra hoc quod animo sentit quis, sive illud verum sit sive non. Omnis ergo qui loquitur mendacium mentitur, quia loquitur contra hoc quod animo sentit voluntate fallendi. Sed non omnis qui mentitur mendacium dicit, quia quod verum est loquitur aliquando mentiendo. Sic et econverso falsum dicendo aliquando verum est, veraxque. Nemo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat esse verum, quia quantum in ipso est non fallit, sed fallitur. Nec ergo mendacii arguendus est qui falsa incaute credit ac pro veris habet. Potius econtrario ille mentitur qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet, quia non verum dicit quod sentit, dicit quamvis verum inveniatur quod dicit. Nec ille liber est a mendacio qui ore nesciens loquitur verum, sciens autem voluntate mentitur.

Diffinitio mentiri. Au. in Ench.

¶ Hic quaeri solet si iudaeus dicat Christum esse deum, non tamen ita sentiat animo, utrum loquitur mendacium, sive non est mendacium, quia verum est quod dicit, quamvis aliud teneat animo. Verum est quod dicit, ideo non est mendacium; mentitur tamen, illud quod verum est dicendo. **Quod de iudeo qui dicit Christum deum.**

Nota quod ... mentitur non dicendo mendacium.

Quod omne mendacium sit peccatum. Quod vero omne mendacium sit peccatum Augustinus insinuat, cum dicit: Videtur omne mendacium esse peccatum, sed multum interest quo animo et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat qui consulendi, ut qui nocendi voluntate mentitur, nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in diversum iter mittit, quantum qui viam vitae mendacio depravat.

Au. in Ench.

¶ Porro omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia hoc debet loqui homo quod animo gerit, sive illud verum sit sive putetur et non sit. **Quod omne mendacium sit peccatum.** Verba enim ideo sunt instituta, non ut per ea homines invicem fallant, sed ut per ea in alterius notitiam suas cogitationes ferant. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est; nec ideo ullum mendacium non putandum est esse peccatum, quia prodesse aliquando alicui possit mentiendo; possumus enim, ut praedictum est, furando et adulterando prodesse. **Quod nullum mendacium non est peccatum quia prodest.** Au. in Ench. Comprehendendum est enim nunc tamen esse possumus dicere, quamvis aliquis laedatur; sive enim credente, sive non, mendacium falsum mendacium est, sive quis sive nemo laedatur. **Quod non mentitur ... mendacium est quamvis nemo laedatur.** Au. super Leviticum.

¶ Haec ex verbis Augustini collecta sunt, quibus mendacium esse peccatum ostenditur; sed non de omni mendacio accipiendum est illud: Perdes omnes qui loquuntur mendacium; sicut illud: Os quod mentitur occidit animam. **Hic solvitur quaestio supra posita.** Nec omne mendacium isto proposito plectitur, nec praemissa descriptione mendacium iocosum includitur.

Au. in Ench.

Ubi cum periculo erratur vel non.

Illud etiam sciendum est, quod in quibusdam rebus magno malo, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo fallimur. In quibus rebus nihil interest ad capessendum dei regnum utrum credantur an non, vel utrum vera putentur an falsa, sive sint sive non, in his errare, id est aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum, vel si est, minimum atque

Au. in Ench.

Nota quid sit errare large vel communiter.

~~xxxviii distinctio~~ .xxxix.

Diffinitio periurii

Iero. sup. ieremiam

levissimum est. Et ceteris quidem. Sed quis non videat, quae nisi errantem ad vitam aeternam non perducerent? Au. Licet error maxima cura cavendus sit, nec modo in maioribus, sed etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tamen consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat Quis sit scire quod nescit; pro vero enim approbat falsum, quod est error. erroris proprium. Verumtamen in qua re quisque erret interest plurimum. Sunt enim quaedam quae nescire sit melius quam scire. Item: Non nullis errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via morum. ¶ Solet de iacob si quaeri de iacob, qui se dixit esau, an a Deo sit menti- Au. ens, utrum mentitus sit. De hoc Aug. ait: Iacob tus sit quod matre fecit auctore, ut falleret patrem, si diligenter attendatur, non est mendacium, sed mysterium. Intendebat enim matri obedire, quae per Spiritum noverat mysterium, non per familiare consilium; haec sancta quae acceperunt; emendatio excusatur Iacob. de periurio.

Nunc de periurio videamus. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Hic An periurium quaeritur utrum sit periurium, si non est sit quod est mendacium; quod quibusdam videtur ex auctoritate men- Iero. dicentis. Ad intelligendum est quod iusiurandum dacium. tres habet comites: veritatem, iustitiam, iudicium. Si ista defuerint, non erit iuramentum, sed periurium. Ubi autem falsum iuratur, veritas deest. Si ergo falsum iuratur, et si non sit ibi intentio fallendi, videtur esse periurium, quia deest veritas. Quibusdam placet Opinio quo- non esse periurium ubi non est mendacium; sed sicut rundam de dicitur aliquis falsum sine mendacio, ita iuratur hac falsum sine periurio. Falsum forte dixit apostolus re. cum se venturum ad Corinthios promisit, nec tamen sic ei imponebatur culpa mendacii, convenienter quod sic aio sermocinabatur; et si iuramento illud confirmasset, non periurium incurrisset, quia propositum in ipso fuit verum dixisse; et si iuramentum addidisset, quod ipse fecerat non iurasset, nisi aliter eveniret quam dixit. Ideo sicut quis non est mendax nisi aliter sonat animo Sententia veri quam dicit, sive vera sit sive non, ita videtur quibusdam or. neminem periurum constitui nisi aliter sonat animo quam loquitur, sive vera sit sive non. De tribus

Sed melius creditur et ille peierare plura genera periurii. qui falsum voluntate fallendi iurat, et qui falsum putans quod verum est iurat, et qui verum putans quod falsum est iurat. Unde Aug. ho. de verbis apostoli. Homines falsum iurant vel cum fallunt vel sermone cum falluntur. Aut putat homo verum esse quod xxviii. falsum est, et temere iurat; aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro vero iurat, et nihilominus Au. cum scelere iurat. Distant autem ista duo periuria quae commemoravi. Fac illum iurare qui verum esse putat pro quo iurat: putat verum esse, et tamen falsum est; non ex animo iste periurat, sed fallitur; hoc pro vero habet quod falsum est, non pro re falsa rem sciens iuramentum interponit. Da alium qui scit falsum esse, et dicit verum esse, et iurat tamquam verum sit quod scit falsum esse. Videtis Au. quam ista detestanda sit belua. Fac alium qui putat falsum esse, et iurat tamquam verum sit, et forte verum est; ut hoc intelligas: Pluit in illo loco? interrogas hominem, et dicit pluisse, et tamen pluit ibi, sed putat non pluisse: periurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit nisi mens rea. ¶ His evidenter traditur quod tripliciter peccat homo iurans super dictum, dum vel sciens falsum iurat, vel putans falsum quod verum est iurat, vel existimans verum quod falsum est iurat.

Sed hoc extremum non videtur esse periurium. Sed si periurium nominetur eo quod falsum iuratur, non videtur non esse periurus qui sic iurat, quoniam est mens eius rea, non lingua. Immo mens eius rea est dum iurare praesumit quod praecipue verum non deprehendit. Sed non omne periurium mendacium est, nec omnis qui periurat mentitur, sed omnis mentiendo iurans peierat, non omnis qui falsum iurat, sive mentiens sive non, peierat. ¶ Cum vero dicitur quod Cyrillo verum est existimans esse falsum. Quaeritur quid sit periurium. Ipsa enim significatio vocis videtur quod verum nesciens loquitur; si non quod ipsa significatio vel falsum vel mendacium est quod verum est, et quod iuratum periurium non videtur esse. ¶ Ad hoc dicimus: Solo loqui sic est contra mentem sub attestatione iuramenti esse periurium, sed et adhibita iuratione periurium est. Periurium ergo est iurando loqui falsum cum intentione fallendi, vel iurando loqui falsum sine intentione fallendi, vel iurando loqui verum cum intentione fallendi. Opinio.

Hic opponitur: Si omnis qui falsum iurat peierat, tunc qui alicui promittit dare sub certo termino aliquid quod tamen non facit, ex quo iuravit peieravit, quia falsum iuravit, si non eius tamen finem eduxit ut iuravit. ¶ Ad hoc dici potest quod non omnis qui iurat quod falsum est mox mina ex quo iurat periurus est, sicut de eo quo ro. agimus, sed ex quo propositum mutavit vel terminum transgreditur; iuramento talis fit periurus vel reus.

Si autem quaeritur utrum iu- An iuratio sit ma- rare sit malum, dicimus aliquando malum lum. esse, aliquando non. Sed sponte enim et sine necessitate iurare vel falsum iurare peccatum grande est; ex necessitate autem iurare, scilicet ad asserendam innocentiam vel ad foedera pacis confirmanda vel ad persuadendum auditoribus quod est eis utile, malum non est, quia necessarium. Unde Aug.: Iuratio in necessariis tenenda est, cum pigri sunt homines credere quod est eis utile. Iuramentum non est bona, non tamen mala; cum est necessaria vel

De iurando post certa quam mentitur

Au. de sermone domini in monte

Au. super epistolam ad Galathas.

est appetenda sicut bona. non tamen fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Sermo enim contra preceptum dei iurantis, sic intelligatur dominus prohibuisse a iuramento. ut quantum in ipso est quisque non iuret. quod multi faciunt in ore habentes iurationem tanquam magnum aut suave aliquid. Apostolus enim nouerat preceptum domini. et tamen iurauit. Prohibetur ergo iurare cupiditate et delectatione iurandi. Quod ergo ipse ait in euangelio. ego dico uobis non iurare omnino. intelligitur precepisse ut ne quis quasi bonum appetat iuramentum. et assiduitate iurandi labatur in periurium.

Au. de sermone domini.

Au. Quod uero addidit. sit sermo uester. est est. non non. bonum est. et appetendum. quod autem amplius est, a malo est. id est si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. que infirmitas utique malum est. Unde nos cotidie liberari precamur dicentes. libera nos a malo. Ideo non dixit quod amplius est malum est. tu enim non facis malum qui bene uteris iuramento. sed a malo est illius quia aliter fieri non creditur. in infirmitate que aliquando pena est aliquando pena et culpa. Sic ergo dominus prohibuit malum. suasit bonum. ut aliter necessarium. De iuramento quod fit per creaturas.

Queritur etiam. utrum liceat iurare per creaturam. Quod non uidetur. cum in lege scriptum sit. Reddes autem domino iuramenta tua. et ipse in euangelio precepit. non iurare omnino. neque per celum. neque per terram. neque per ierosolimam. neque per caput tuum.

Iero. super Math.

Au. Iudeis quidem paruulis concessum est iurare per creatorem. et preceptum ut si iurare contingeret non nisi per creatorem iurarent. Imperfectum enim erat quod iurantes per angelos et elementa ceteraque creaturas uenerabantur honore diuino. unde erat hoc prohibitum. quia creaturas infirmis ergo illis prohibitum. Sed sciendum quod quia non creaturas creatorem uenerabantur tamen non prohibuit. Unde Ioseph per salutem pharaonis iurauit. ut iudeorum in eo uenerantes quo potestatem ei in mundo dederat. sed modo non ita per creaturas iurare prohibuit. ne ut aliquid diuinum in eis crederent. per quod reuerentiam eis deberent. ne per ea iurantes falsum hominesque iuramento teneri sperarent. Questio magna de

Io. Crisostomus

Si autem queritur. quis magis teneatur. an qui per deum. an qui per euangelium. uel per creaturas iurat. dicitur. qui per deum. quam per euangelium. hec sancta sunt. Unde Iohannes Crisostomus. Sic ueritas cause filio. modo uidetur sanctius iurare per deum. quam per euangelium. Imitari aliquid fecisse uideatur. dicendum est. Scrutantes scripture propter deum sancta sunt. non deus propter scripturas. Unde tamen sancte sunt propter deum. iurat. nec. magis ergo per euangelium. magis per creatorem. an magis per pauperem. Iuratus est de deo.

Hic queritur quid sit dicere per deum iuro. id est per deum testem adhibeo. dicitur. iurauit enim apostolus dicens. testis est michi deus. de sic dixisset. per deum. talis est uel. Augustinus. Ridiculum est putare hoc si dicas per deum. iuras. si dicas testis est deus. non iuras. Quid est enim per deum. nisi testis est deus. et quid est testis est deus nisi per deum. Quid autem iurare nisi

Au. in sermone de periurio. qui sic incipit. Lectio sancti euangelii

ius deo red

dere quod per deum iuratus est. uel sanctitatem. uel falsitatem. Item hoc dicens contestatur uel aliquid per lapidem iurare falsum. periurus est. quia non lapidem qui non audit. sed eius creatorem adhibet testem. hoc est ergo iurare per quaslibet creaturas. Sed creatorem earum testem adhibere. Est etiam quoddam genus iurandi grauissimum. quod fit per execrationem. ut cum homo dicit. si illud feci. illud patiar. uel illud grauius filiis meis. Sed in quodam modo accepta iuratione cum aliquis iurando dicit. per salutem meam. uel per filios meos. tunc obligat enim hoc deo. ut uoluit aliqua huius. quasi dicat per salutem meam. salutem suam deo obligat. et cum dicit per filios meos oppignerat eos deo. ut hoc eueniat in capite eorum quod exit de ore ipsius. Siue uerum. siue falsum. falsum uidelicet per hoc iuramentum aliquid hoc deo obligat. Tamen per deum iuramentum ipsum ad habendum testem nominat. ergo iuratione. aut deus testis adhibetur. aut creatura deo obligatur uel oppigneratur. Ut hoc sit iurare. scilicet deum testem adhibere. uel deo aliquid oppignerare. hoc est ergo iurare per quaslibet creaturas. Sed creatorem eius testem adhibere. De his qui iu

Au. in sermone de periurio.

rant per falsos deos.

Post hoc queritur utrum fide eius uti liceat. qui per demonia uel ydola iurat. Quod de hoc Augustinus scribens ad Publicolam ait. Sicut Au. prius considerare uolo utrum si quis fidem per deos falsos iurauerit et fidem non seruauerit. non uidetur bis peccasse. Sed utrum peccauit ille qui iurauit per quos debuit, uel postea fidem seruauit. ergo fide illius quem constat iurasse per deos falsos. et utitur fide illi non ad malum sed ad bonum. non peccato illius se sociat quo per demonia iurauit. Sed bono pacto eius quo fidem seruauit. In dubitatione mihi non est. per deos falsos iurare uetitum. quam per deum uerum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est penale periurium. De iuramento quod incaute iuratur.

Post hoc super est uidere. utrum omne iuramentum sit implendum. scilicet dicendum quod si quis aliquid iurauerit contra fidem ueritatis. Quod obseruatum peiorem exigat exitum. potius est mutandum. quia ad implendum. Unde Ambrosius. Est contra officium. non nunquam promissum soluere sacramentum. ut Herodes fecit. Item Ysidorus. In malis promissis rescinde fidem. in turpi uoto muta decretum. quod incaute uouisti ne facias. Impia est promissio que scelere adimpletur. Item non est obseruandum sacramentum quo malum incaute promittitur. ut si quis adultere perpetuam fidem cum ea permanendi polliceatur. tolerabilius est enim non implere sacramentum. quam permanere in stupro. Item Beda. Si aliquid nos incaute iurare contigerit. quod obseruatum peiorem exigat exitum. libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus. ac magis instante necessitate peierandum esse nobis. quam pro uitando periurio. in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per deum.

Ambr.

Ambr. in libro de officiis.

Ysidorus in sinonimis.

Iuli. sententiarum.

Beda in homelia xliii.

occidere Nabal virum stultum, sed per unam intercessionem Abigail feminae prudentis remisit minas, revocavit ensem in vaginam, nec aliquid culpae se tali periurio contraxisse doluit. Item Aug. Sed David iuramentum per sanguinis effusionem non implevit: maior pietas fuit. Iuravit David temere, sed non implevit iurationem maiori pietate. ¶ Ex his aliisque pluribus ostenditur quaedam iuramenta non esse observanda. Et qui sic iurant, vehementer peccant; cum autem mutant, bene faciunt. Qui autem non mutat, dupliciter peccat: et quia temere iuravit, et quia facit quod non debet. Si est periurus qui

Aug. in sermone domini.

Qui vero mutat, utrum periurus debeat iudicari, quod dici solet, quaeritur. Beda super illud [illegible] levitate iuramentum vocavit periurium. Iohannes etiam apostolus iurare [illegible] dixerit. Sermo patris [illegible] significat quod melius est iuramentum [illegible] quam servare [illegible] instructione [illegible] magis. Sed periurium dicitur tale iuramentum non observatum, et poenitere qui non implet quod falsum iuravit, nec inde reus sit quod non observat. Sed quod iuravit iniustum, ex quo reus est, sicut illo peccavit.

Ioh.

Hoc etiam sciendum est: De eo qui verborum calliditate iurat quod quacumque arte verborum quis iuret, deus tamen qui conscientiae testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit qui nomen dei in vanum assumit, et proximum in dolo capit. De illo qui cogit aliquem iurare

Hyer. [illegible]

Quaeritur etiam si peccat qui hominem iurare cogit. De hoc Aug. ait: Qui exigit iurationem multum interest si nescit illum iuraturum falsum an sciat. Si enim nescit, et ideo dicit: iura, ut fides ei fiat, non est peccatum; tamen humana temptatio est. Si vero scit eum fecisse et cogit eum iurare, homicida est. Item: Qui provocat hominem ad iurationem et scit eum falsum iurare, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas: et eius quem iurare provocavit et suam. Ex concilio

Aug. in sermone quodam.

Sancta synodus decrevit in Africa per Aurelianum pace facienda ut omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant. ¶ Sextum praeceptum est: Non desiderabis proximi tui uxorem. ¶ Septimum est: Non concupisces domum proximi tui, non servum, non ancillam, etc. Sed ut praeceptum de non concupiscendis rebus proximi unum esse cum eo quo dicitur: Non furtum facies; et praeceptum de non concupiscenda uxore unum esse cum eo quo dictum est: Non moechaberis. Potest enim praeceptum non furandi et illud generaliter intelligi, ubi de non concupiscenda re proximi praecipitur; et in eo quo dictum est: Non moechabis, potest illud intelligi: Non concupisces uxorem proximi tui. Sed in illis duobus praeceptis non moechandi et non furandi ipsa opera notata sunt et prohibita; in his vero extremis ipsa concupiscentia.

¶ quatuor [illegible]

VI. praeceptum

VII.

Dubitatio

Contra

Aug. super exodum

Quamvis ergo discernit illa Augustinus, tamen illi praecepto non moechandi fit superadditio in evangelio, ubi omnis concupiscentia moechandi prohibetur. Sed Quare lex decem [illegible] cum hic prohibeatur concupiscentia alienae uxoris et alienae rei, quare dicitur lex prohibere manum, et non animum; evangelium vero manum et animum? Sed illud de lege dicitur propter caerimonialia, non propter moralia, vel quia in lege non est generaliter prohibitus omnis motus concupiscentiae, ut in evangelio. ¶ Sed Solutio vero quaeritur quare dicit apostolus litteram occidere, cum littera sit decalogus, quia videtur littera occidens, cum mala sit lex. Sed quia prohibens peccatum auget concupiscentiam et addit praevaricationem, nisi liberet gratia; quae gratia non sic habundat in lege ut in evangelio. Lex ergo bona est, tamen occidit sine gratia, cuius [illegible] quae iubet quod sine gratia impleri non potest; bona dicitur et littera occidens. Distat De legis autem evangelium littera a legis littera, quia diversa sunt promissa; illa terrena, hic caelestia promittit. Diversa etiam sacramenta, quia illa tantum significabant, haec et conferunt gratiam. Praecepta quoque diversa quantum ad caerimonialia, non quantum ad moralia; haec enim sunt eadem, sed plenius in evangelio continentur. [illegible] sicut in praeceptis caritatis [illegible] de quibus [illegible] fere occiderimus.

Dubitatio

Contra

Au. de spiritu et littera

Aug. [illegible]

Explicit liber tertius. ¶ Incipiunt capitula quarti libri.

d. i.

De sacramentis.
Quid sacramentum.
Quid sit signum.
Quo differunt signum et sacramentum.
Quare instituta sunt sacramenta.
De differentia sacramentorum veterum et novorum.
De circumcisione.
Quod remedium illi habuerunt qui fuerunt ante circumcisionem.
De institutione circumcisionis et causa.
De parvulis defunctis ante diem octavum quo fiebat circumcisio.
d. ii. De sacramento novae legis.
De baptismo.
De differentia baptismi Iohannis et Christi.
Quid utilitatis habebat baptismus Iohannis.
Si fuit sacramentum baptismus ille.
De forma baptismi Iohannis.
d. iii. Quid sit baptisma.
De forma baptismi.
Quod apostoli in Christi nomine baptizaverunt.
Si in nomine patris et filii [illegible] posito [illegible] baptizetur.
De institutione baptismi.
Quare in aqua tantum fiat.
De immersione quotiens fieri debeat.
Quando coepit baptismus habere vim suam.
De causa institutionis baptismi.
d. iiii. De his qui suscipiunt sacramentum et rem, et rem et non sacramentum, et sacramentum et non rem.
De fictis accedentibus.
Quomodo intelligatur illud [illegible] in [illegible] diversis.

Quod passio supplet vicem baptismi et fides et contricio.

Quid prosit baptismus cum fide accedentibus.

Quid dimittitur in baptismo iustis.

Ubi res sit sacramentum. Baptismus quo tempore institutus.

d. v. Si paruulo dat' [illegible] Quod baptisma eque bonum est a bono vel malo datum.

De potestate baptismi et ministerio.

Que fuit potestas baptismi quam Christus potuit dare servis et non dedit.

d. vi. Quibus liceat baptizare.

Si rebaptizandi sunt ab hereticis baptizati.

Quod nullus in matris utero baptizatur.

Utrum baptismus sit, cum verba corrupte proferuntur.

De illo qui per ludum tingitur.

De responsione patrinorum.

De cathecismo et exorcismo.

d. vii. De sacramento confirmationis.

Quod tantum a summis sacerdotibus tradi potest.

Utrum hoc sacramentum sit dignius baptismo.

d. viii. De sacramento altaris.

Quod huius sacramenti in veteri testamento figura precessit, sicut et baptismi.

De institutione huius sacramenti.

De forma.

Quare Christus post alium cibum dederit hoc sacramentum discipulis.

De sacramento et re.

Quod vel sacramentum duplex est.

d. ix. De duobus manducandi modis.

De errore illorum qui dicunt tantum corpus sumi a bonis.

De intelligentia quorundam verborum ambiguorum.

d. x. De heresi illorum qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo.

De sanctorum testimoniis quibus probatur verum corpus Christi esse in altari.

d. xi. De modo conversionis.

Quomodo dicitur corpus Christi confici de substantia panis.

Quare sub alia specie sumatur.

Quare sub duplici specie.

Quare aqua misceatur.

Quare corpus dedit Christus discipulis in cena.

d. xii. Ubi illa accidentia fundantur.

De fractione et partibus.

De confessione Berengarii.

Quid ille partes significent.

Si Christus immolatur in altari cottidie, et an sacrificium sit, quod a sacerdote geritur.

De causa institutionis.

d. xiii. Si hoc sacramentum conficiatur ab hereticis vel excommunicatis.

Quid faciat hereticum et quid hereticus.

d. xiiii. De penitencia.

Unde dicatur penitencia.

De sollempni et unica penitentia.

Quod peccata sepe dimittuntur per penitentiam.

d. xv. Quod pluribus irretitus peccatis non potest vere de uno penitere, nisi de omnibus peniteat.

Quibus de causis contingant flagella.

De egiptiis et sodomitis qui temporaliter dicuntur puniti ne in eternum perirent.

De generibus elemosine.

Quid sit elemosina.

Utrum in peccato mortali permanentes et largas elemosinas facientes debeant dici satisfacere.

Utrum bona que fiunt ab aliquibus malis valeant ad vitam eternam, cum fuerint ad bonum conversi.

d. xvi. De tribus in penitentia considerandis, scilicet compunctione, confessione, satisfactione.

Que sit vera satisfactio.

Que sit falsa satisfactio.

De tribus actionibus penitentie.

De multitudine venialium que gravant, ut unum grande peccatum.

De satisfactione venialium.

d. xvii. Utrum sine confessione dimittantur peccata.

Si sufficit soli deo confiteri.

Quod sufficit soli deo confiteri.

Si oportet confiteri sacerdoti.

An sufficiat confiteri laico.

Ad quid valeat confessio.

De remissione quam prestat sacerdos. d. xviii.

De clavibus.

De usu clavium.

Si sacerdos possit dimittere penam temporalem peccati.

Quomodo sacerdotes dimittunt peccata vel retinent.

Quomodo sacerdotes ligant vel solvunt a peccatis.

Quomodo intelligendum sit illud: quecumque solveris etc.

Que sunt interiores tenebre et interior macula.

Quando hee claves dentur et quibus. d. xix.

Utrum per indignos remittantur gratia indignis.

Quomodo intelligendum sit illud: maledicam benedictionibus vestris.

Qualis debeat esse iudex ecclesiasticus.

De his qui in fine penitent, et his qui penitentiam non complent. d. xx.

De illo cui sacerdos indiscretus penam iniungit.

Quod morientibus non est imponenda satisfactio, sed innotescenda.

Quod non est neganda penitencia vel reconciliatio in necessitate.

Quod presbiter non reconciliet aliquem inconsulto episcopo nisi in necessitate.

An oblatio eius sit recipienda qui currens preuenitur morte.

De peccatis que post hanc vitam dimittuntur. d. xxi.

De his qui edificant aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam.

De igne purgatorio, quo alii citius, alii tardius purgantur.

Quid sit edificare ligna, fenum, stipulam.

Quid sit edificare aurum, argentum.

Quod aliquis hic peniteat et non de omnibus venialibus.

Quid sit generalis confessio.

Quod nemo debet confiteri peccata que non fecit.

De pena sacerdotis qui peccatum confitentis publicat.

Si peccata dimissa redeant. d. xxii.

Quid sit sacramentum et res.

De sacramento unctionis extreme. d. xxiii.

De tribus generibus unctionis.

A quibus fuit hoc sacramentum institutum.

De iteratione huius sacramenti.
d. xxiiii De ordinibus ecclesiasticis.
Quot sint.
Quare septem sint.
Quales assumendi sint ad clerum.
De corona et tonsura.
De hostiariis.
De lectoribus.
De exorcistis.
De acolitis.
De subdiaconibus.
De diaconibus.
De presbiteris.
Qui dicantur ordines sacri.
Quid appelletur ordo.
De nominibus dignitatum et officiorum.
De episcopo. de pontifice.
De quadripartito episcoporum ordine.
d. xxv De vate.
De cantore.
De ordinibus ab hereticis.
De symonia. unde dicatur et quid sit.
De hiis qui a symoniacis ordinantur scienter vel non.
De hiis qui dant sive emunt corporalia et non spiritualia.
De distinctione symoniacorum.
De hiis qui inoleverunt ab hereticis vel ab aliis symoniacis ordinatis.
d. xxvi De sacramento coniugii.
De institutione et causa eius.
Quando secundum preceptum et secundum indulgentiam contractum sit coniugium.
Quibus modis accipitur indulgentia.
Quod nuptie bone sunt.
Cuius rei sacramentum sit coniugium.
d. xxvii Que sint consideranda in coniugio.
Quid sit coniugium.
De consensu qui efficit coniugium.
Quando incipit esse coniugium.
De opinione quorundam qui dicunt coniugium non esse ante copulam carnalem.
Quod sponsa potest eligere monasterium sine sponsi consensu.
Quod coniuges non sine consensu coniugis possunt continentiam.
De adulterinis coniugiis.
Quod mutuo vocantur sponsus et sponsa [illegible].
Que sponsa sit vidua mortuo sponso et que non.

d. xxviii Si consensus de futuro iuramento firmatus faciat coniugium.
De hiis que pertinent ad substantiam et ad decorem sacramenti.
Utrum consensus iste qui facit matrimonium sit de carnali copula an de cohabitatione an de utroque.
Quare de latere viri formata est mulier.
d. xxix Quod si est consensus legitimus ubi est coactio.
d. xxx De errore qui evacuat consensum.
De coniugio Marie et Ioseph.
De finali causa coniugii.
Quod malus finis non contaminat sacramentum.
d. xxxi De tribus bonis coniugii.
De duplici separatione.
De hiis qui procurant venena sterilitatis.
Quando sint homicide qui procurant abortum.
De excusatione coitus que fit per bona coniugii.
De indulgentia quam facit apostolus.
De malo incontinentie.
De carnali delectatione que peccatum sit vel non.
d. xxxii De solutione carnalis debiti.
De continentia ex communi consensu servanda.
Quando cessandum sit ab actu.
Quibus temporibus non sunt celebrande nuptie.
d. xxxiii De diversis legibus coniugii.
Utrum Iohannis virginitas sit preferenda castitati Abrahe.
Que erat consuetudo legis sub lege.
Cui licebat tunc plures habere vel non.
d. xxxiiii De personis legitimis.
De frigidis separandis vel non.
De hiis qui maleficiis impediti coire nequeunt.
De furiosis.
De hiis qui dormiunt cum duabus sororibus.
Quod non est dimittenda uxor propter aliquam maculam corporis.

d. xxxv De iure viri et mulieris.
Quod fornicariam nequit dimittere vir nisi ipse fuerit expers fornicationis [illegible].
De reconciliatione eorum qui propter fornicationem separantur.
De illis qui ante coniunctionem se polluunt per adulterium.
d. xxxvi Utrum propter eternam separationem potest fieri separatio.
De copula servi et ancille diversorum dominorum.
De viro qui se facit servum, an dividatur ab uxore.
De etate contrahentium.
d. xxxvii In quibus ordinibus nequeat contrahi matrimonium.
De interfectoribus suarum coniugum.
d. xxxviii De votis.
De votorum differentia.
De illis qui post longam captivitatem redeunt.
d. xxxix De dispari cultu.
De coniugio fidelis et infidelis et duorum infidelium.
De fornicatione spirituali propter quam dimitti coniux potest.
Pro quibus peccatis potest fieri separatio vel non.
Utrum coniugium inter infideles sit.
Quod coniugium sit legitimum.
d. xl De cognatione carnali.
De computatione graduum consanguinitatis.
Quare vii gradus computantur.
De dispensatione Gregorii habita ad Anglos.
d. xli De affinitatis gradibus.
De variis testimoniis assumendis.
Si coniugium sit inter eos qui ignota consanguinitate dividuntur.
Quibus personis testificantibus sunt dirimenda coniugia.
Quid sit fornicatio.
Quid sit stuprum.
Quid adulterium.
Quid incestus.
Quid raptus.
d. xlii De spirituali cognatione.
Qui sint filii spirituales.
De copula spiritualium et adoptivorum et naturalium filiorum.
De copula filiorum qui adoptat

termentem. uel post nati sunt.
Si cui liceat duas commatres ducere unam post aliam.
Si uir et uxor simul ualeant tenere puerum.
De secundis et tertiis et deinceps nuptiis.
d. xliii De resurrectione et iudicii conditione.
De uoce tube.
De nocte media.
De libris qui tunc aperientur.
De memoria electorum. Si tale mala preterita mala teneat.
De his quos uiuos reperiet.
Quomodo intelligitur Christus iudicare uiuos et mortuos.
d. xliiii De carne et statura resurgentium.
Quod resurget quicquid fuit de substantia carnis. et in eadem parte corporis. quod sine omni deformitate resurgent.
Utrum reproborum corpora cum deformitatibus resurgant quas hic habuerunt.
Quod non consumentur malorum corpora que tunc ardebunt.
Si demones corporali igne cruciabuntur.
Si anime sine corporibus sentiunt ignem materialem.
De abortiuis fetibus et monstris.
d. xlv De diuersis animarum receptaculis post mortem.
De suffragiis defunctorum.
De officiis sepulture.
De duobus equaliter bonis quorum alter post mortem plura habet auxilia.
Quibus suffragiis iuuantur in fine reperti.
Quomodo sancti glorificati et angeli audiunt preces supplicantium et intercedunt pro eis.
d. xlvi Si ualde malis prelatis mitigatio pene.
De conspectu dei uidendo.
De iustitia et misericordia dei.
Quare quedam opera dicuntur iustitie. quedam misericordie. uel bonitatis dei.
Quomodo uniuerse uie domini dicuntur misericordia et ueritas.
d. xlvii De clementia iudicis. quod scilicet diabolum. et quomodo.
De dotibus eorum qui erunt in iudicio.
De ordine iudicii. et ministerio angelorum.
Si post iudicium demones preerunt hominibus ad puniendum.
d. xlviii De forma iudicis.
Qualis apparebit forma serui.
Quare secundum formam serui dicitur Christus suscitaturus corpora.
De loco iudicii.
De equalitate luminarium tempore post iudicium.
d. xlix De differentia mansionum in celo et in inferno.
Si quid ibi cognoscitur ab aliquo. quod non intelligatur omnibus.
De pari bonitate gaudii.
Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.
d. l. Si mali in inferno peccabunt.
Quare dicuntur tenebre exteriores.
Si dampnatorum anime recordabuntur eorum que hic fuerint.
De lazaro et diuite.
Si boni et mali inuicem se uideant.
De chaos inter bonos et malos.
Utrum uisa impiorum pena minuat. uel augeat bonorum gloriam.

Expliciunt capitula iiii. lib.

Hiis tractatis que ad doctrinam rerum pertinent quibus fruendum. et quibus utendum est. et que fruuntur et utuntur. ad doctrinam signorum accedamus.

Incipit liber quartus.

Luc. x.

Samaritanus enim uulnerato appropinquans ad curationem eius sacramentorum alligamenta adhibuit. quia contra uulnus peccati originalis et actualis uulneris sacramentorum remedia deus instituit. De quibus iiii. primo de sacramentis consideranda occurrunt. Quid sit sacramentum. quare institutum. in quibus consistat et conficiatur. et que sit distantia inter sacramenta ueteris

Colo. hebr. xi.

noue legis. Quid sit sacramentum.

Sacramentum est sacre rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum. sicut dicitur sacramentum diuinitatis. ut sacramentum sit sacrum signans. et sacrum signatum. sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum. Item. Sacramentum est inuisibilis gratie uisibilis forma. Quid sit signum.

Signum uero est res preter speciem quam ingerit sensibus. aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire. Signorum uero alia sunt naturalia. ut fumus significans ignem. alia data. Et eorum que data sunt. quedam sunt sacramenta. quedam non. Omne enim sacramentum est signum. sed non econuerso. Quid differt inter signum et sacramentum. Sacramentum enim eius rei similitudinem gerit. cuius signum est. Si enim sacramenta non haberent similitudinem rerum quarum sacramenta sunt. sacramenta proprie non dicerentur.

Sacramentum enim proprie dicitur. Quod proprie dicitur sacramentum. quod ita signum est gratie dei. et inuisibilis gratie forma. ut ipsius ymaginem gerat et causa existat. Non igitur significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt. sed et sanctificandi. Que enim significandi gratia tantum instituta sunt. Quod legalia ... signa que sacramenta. solum signa sunt et non sacramenta. sicut fuerunt sacrificia carnalia. et obseruantie cerimoniales ueteris legis. que numquam poterant facere iustos offerentes. Quia ut ait apostolus. sanguis hircorum et cinis uitule aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis. non anime. Nam inquinatio illa contactus mortui. Unde augustinus. Sic hic aliud intelligo inquinationem quam lex intuebatur. id est contactum mortui hominis. quem qui contingebat immundus erat. vii. diebus. sed purificabatur secundum legem die tertio et vii. et mundus erat. ut iam intraret templum. Emundabant etiam interdum a corporali lepra. illa legalia. sed numquam ex operibus legis aliquis iustificatus est. ut ait apostolus. etiam si in fide et caritate

Au. in li. de ciuitate dei. li. x. c. v.

s. i. h. significatum

s. i. signum

Au. in li. cath. de uer. ...

Au. in li. de doctrina christiana li. ii.

Au.

Quid differt signum et sacramentum. Au.

Quod proprie dicitur sacramentum. Au.

explanatio magistri

... et ... amplificatione

In duas ... differentias ...

sor. ...

in epistola ad hebreos. ix.

leuit. ...

i. ... ...

leuit. xii. ... xix.

Au. ... xix.

... opus ... ad bonum ...

... signum actiue. significat s.

signum rei inuisibilis ... baptismi ...

... caracter ...

s. i. forma

s. i. littera

... sed ... ... tantum ... baptismum ... et ... baptismum ... in ... sacramentorum ... ... baptismo baptismum ... ... data ... ... de ... et ... sacramentis ... ... salute ...

[illegible]

fierent; Quare? Quia imposuit ea deus in seruitutem, non in iustificandum, ut figura fieret Christi et uolenti sibi post offerri. [illegible] Illa ergo signa erant, licet etiam sacramenta, licet minus proprie in scripturis saepe vocentur, quia signa erant rei sacrae, quam utique non praestabant; Illa autem apostolus opera legis dicit, quae tantum significandi gratia vel in ceremoniis instituta sunt; **Quare dicantur opera legis.**

De causa institutionis sacramentorum.

Triplici autem ex causa sacramenta instituta sunt: propter humiliationem, eruditionem, exercitationem; Propter humiliationem quidem, ut dum homo insensibilibus rebus, quae natura infra ipsum sunt, ex praecepto creatoris se reuerendo subicit, ex hac humilitate et obedientia deo magis placeat, et apud eum mereatur, cuius imperio salutem quaerit in inferioribus se, licet non ab illis, sed per illa a deo. **Prima causa.** Propter eruditionem etiam instituta sunt, ut per id quod foris in sacramenti specie uisibili cernitur, ad inuisibilem uirtutem quae intus est agnoscendam erudiatur mens humana; Homo enim qui ante peccatum sine medio deum uidebat, per peccatum adeo hebuit, ut nequeat diuina capere nisi humanis exercitatus. **Secunda.** Propter exercitationem similiter instituta sunt, quia cum homo otiosus esse non possit, proponitur ei utilis et salubris exercitatio in sacramentis, qua uanam et noxiam declinet occupationem; Non enim facile capitur a temptatore, qui bono uacat exercitio; Vnde monet Ieronimus: Semper aliquid operis facito, ut te occupatum inueniat diabolus. **Tertia.**

De triplici genere exercitationis.

Sunt autem exercitationum tres species: una ad aedificationem animae pertinet, alia ad fouendum corpus, alia ad utriusque subuersionem; Cum autem absque sacramentis, quibus deus non alligauit potentiam suam, homini gratiam donare posset, pro praedictis causis sacramenta instituit.

In quibus sacramentum consistat.

Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet uerba et res; uerba, ut inuocatio trinitatis; res, ut aqua, oleum et huiusmodi.

De differentia sacramentorum ueterum et nouorum.

Iam uidere restat differentiam sacramentorum ueterum et nouorum, ut sacramenta uocemus quae antiquitus res sacras signabant, ut sacrificia et oblationes et huiusmodi; Horum autem differentiam breuiter Augustinus assignat, dicens quia illa promittebant tantum et significabant, haec autem dant salutem.

De circumcisione.

Fuit tamen inter illa sacramentum quoddam, scilicet circumcisionis, idem conferens remedium contra peccatum quod nunc baptismus. Vnde Augustinus: Ex quo instituta est circumcisio in populo dei, quae erat tunc signaculum iustitiae fidei, ad purgationem ualebat magnis et paruulis originalis ueteris peccati, sicut baptismus ex illo ualere coepit ad innouationem hominis ex quo institutus est. Item Beda: Idem salutiferae curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati uulnus agebat, quod baptismus agere reuelatae gratiae tempore consueuit, excepto quod regni caelestis ianuam nondum intrare poterant, sed in sinu Abrahae post mortem beata requie consolati supernae pacis ingressum spe felici exspectabant. His aperte traditur per circumcisionem, ex quo instituta fuit, remissionem originalis peccati et actualis paruulis et maioribus a deo praestitam, sicut nunc per baptismum datur.

De uiris qui fuerunt ante circumcisionem.

Quaeritur autem de uiris qui fuerunt ante circumcisionem, et de feminis quae fuerunt ante et post, quod remedium contra peccatum habuerint. **De feminis quod** [illegible] Quidam dicunt sacrificia et oblationes eis ualuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere illos qui de Abraham prodierunt per circumcisionem iustificatos, mulieres uero per fidem et operationem bonam uel suam si adultae erant, uel parentum si paruulae; Eos uero qui fuerunt ante circumcisionem, paruulos in fide parentum, parentes uero per uirtutem sacrificiorum, scilicet quam intellegebant spiritualiter in illis sacrificiis, iustificatos. Vnde Gregorius: Quod apud nos ualet aqua baptismi, hoc egit apud ueteres uel pro paruulis sola fides, uel pro maioribus uirtus sacrificii, uel pro his qui ex Abrahae stirpe prodierunt mysterium circumcisionis.

De institutione circumcisionis et causa.

Hic dicendum est in quo instituta fuit circumcisio, et quare, et cur mutata per baptismum. Abraham primus mandatum circumcisionis habuit ad probationem obedientiae; Sic et ei soli praecepta fuit circumcisio, scilicet masculis, non feminis, et omnibus hebraeis, quae fiebat secundum legem octaua die lapideis cultellis in carne praeputii. Data autem fuit circumcisio pluribus de causis, scilicet ut per obedientiam mandati Abraham placeret deo, cui per praeuaricationem Adam displicuit; Data etiam fuit in signum magnae fidei Abrahae, qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium; Deinde ut hoc signo a ceteris nationibus secerneretur populus ille. **Quare data circumcisio.**

In carne praeputii uero ideo iussa est fieri circumcisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod a parentibus contrahimus per concupiscentiam quae in parte illa magis dominatur; et in parte illa culpam inobedientiae primus homo sensit; Decuit ut ibi signum obedientiae acciperet. **Quare in carne praeputii.**

Fiebat autem octaua die petrinis cultellis, quia in resurrectione quae in octaua aetate fiet, per petram Christum omnis ab electis auferetur corruptio; Et per Christi resurrectionem, octauo die factam, circumciditur a peccatis anima cuiusque in eum credentis. **Quare die octauo et petrinis.**

Quaeque res sunt illius sacramenti. **Quare per baptismum mutata sit.** Quare autem mutata est circumcisio per baptismum: quia

Aug. in psalmo lxx·iii.

vel de populis

f. i. q. ii ad Valentinianum

Aug. ad Valentinianum de nuptiis et concupiscentia contra Iulianum

Beda super Lucam

hugo li. i. p. ix. c. ii.

sic theologia

sic ut res non sint

sigromantia

Hoc velut somnium auolans non inuenietur sicut uisio nocturna

Circumcisio
- in remedium culpe
- instituta fuit contra
- signum fidei Abrahe
- carnalium contracte
- [illegible]

XV.

Sacramen

sacramentum baptismi communius est et perfectius, quia plenitudine gratiarum accumulatur. Ibi enim peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec uirtutum possessio uel augmentum ibi prestabatur; in baptismo uero non modo peccata abolentur, sed et gratia adiutrix confertur, et uirtutes augentur. Unde aqua refectionis dicitur, que aridos fecundat, et iam fructificantes ampliori ubertate donat. Qui enim iam per fidem et caritatem deum habitantem habent, cum ad baptismum accedunt, uberiorem ibi recipiunt gratiam. Sed non in circumcisione; unde Abraham per fidem iam iustificatus signaculum tantum sumpsit, nichil exterius consecutus.

De paruulis defunctis ante diem octauum

Si uero queritur de paruulis qui ante diem octauum moriebantur, antequam eis secundum legem circumcisio fieret, utrum saluarentur uel non, idem potest responderi quod sentitur de paruulis ante baptismum defunctis, quos perire constat. Unde Beda: Qui nunc per euangelium terribiliter et salubriter clamat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei, ipse dudum clamabat per suam legem: Anima cuius preputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Forte tamen sub lege urgente necessitate mortis ante octauum diem circumcidebant sine peccato filios, sicut modo in ecclesia fit in baptismo.

De sacramentis noue legis

Iam ad sacramenta noue legis accedamus, que sunt baptismus, confirmatio, panis benedictionis, id est eucharistia, penitentia, unctio extrema, ordo, coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum prebent et gratiam adiutricem conferunt, ut baptismus; alia in remedium tantum sunt, ut coniugium; alia gratia et uirtute nos fulciunt, ut eucharistia et ordo.

Quare mox post lapsum non fuerunt instituta

Si uero queritur quare non fuerunt hec sacramenta mox instituta post hominis lapsum, cum in eis sit iustitia et salus, dicimus non ante aduentum Christi, qui auctor est gratie, gratie sacramenta fuisse danda, que ex ipsius morte et passione uirtutem sortita sunt. Christus autem uenire noluit antequam homo de naturali lege et scripta conuinceretur quod neutra iuuare posset.

De sacramento coniugii

Fuit tamen coniugium ante peccatum institutum, non utique ut esset remedium, sed ad sacramentum et ad officium; post peccatum uero fuit in remedium contra carnalis concupiscentie corruptelam; de quo suo loco tractabimus.

De baptismo

Nunc uero de baptismi sacramento uideamus, quod inter noue gratie sacramenta primum est. Baptismum Iohannis suo baptismo premisit Christus. Iohannes primus baptizasse legitur in aqua non in spiritu, sicut ipse ait: Ego baptizo uos in aqua in penitentiam. Sola enim corpora abluebat, animas uero non mundabat.

De differentia baptismi Christi et Iohannis

Baptismus Iohannis erat in penitentiam, non in remissionem; baptismus uero Christi in remissionem; opere Iohannis baptizantis homines ad penitentiam uocabat. Quos baptizabat penitere docebat, sicque illi ueniebant ad Iohannem in lauacrum confitentes peccata sua; et in baptismo Iohannis non dabatur peccatorum remissio, que data est in Christi baptismo.

Quid utilitatis habuit baptismus Iohannis

Ad quid ergo erat utilis baptismus Iohannis? [illegible] Quia homines usu baptizandi preparabantur ad baptismum Christi.

Quare dictus est baptismus Iohannis

Sed est queritur quare dictus est Iohannis baptismus, sicut nullus dicitur Petri baptismus uel Pauli? Quia ibi Iohannis operatio uisibilis erat tantum exterius lauantis, non inuisibilis gratia Dei interius operantis. Sed cum illa Iohannis operatio a Deo esset, et baptismus ille a Deo erat et non ab homine. Sed hominis dicitur, quia nichil ibi gratie dabatur quod non ageret homo. Sed illud queritur an sacramentum fuerit. Satis potest concedi, eo sensu quo legalia signa dicuntur sacramenta. Signabat enim baptismus Iohannis rem sacram, scilicet baptismum Christi, qui non modo est presens, scilicet remissionis peccatorum.

De forma baptismi Iohannis et baptizatis ab eo

Hic considerandum est si baptizati a Iohanne iterum rebaptizati sint baptismo Christi, et qua forma illos Iohannes baptizauit. Qui baptizati sunt a Iohanne nescientes Spiritum Sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autem Iohannis in nomine uenturi tradebatur. Unde Ieronimus super Iohelem: Qui dicit se in Christum credere et non credit in Spiritum Sanctum, non habet claros oculos. Unde baptizati a Iohanne in nomine uenturi, id est domini Ihesu, qui dixerunt: Sed neque si Spiritus Sanctus est audiuimus, iterum baptizantur, immo uerum baptisma acceperunt. Illi uero qui spem non posuerunt in baptismo Iohannis, et Patrem et Filium et Spiritum Sanctum credebant, non postea baptizati sunt, sed impositione manuum ab apostolis super eos facta Spiritum Sanctum receperunt. Alii uero qui non ita credebant baptizati sunt baptismo Christi, ut predictum est. Qui enim iterum Spiritum Sanctum nesciebant, cum baptismum a Iohanne acceperunt, iterum baptizati sunt, ne quis Iudeis et gentilibus putaret aquam sine Spiritu Sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiam Ambrosius: Quidam negauerunt se scire Spiritum Sanctum, cum baptizatos se dicerent Iohannis baptismo, qui in aduentum Ihesu non in suo baptizauit nomine. Isti ergo, qui nec in Christi nomine nec cum fide Spiritus Sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismi sacramentum; baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed innouatum.

[illegible] iam uenerat; non regustabant baptismo Iohannis, sed eundem futurorum insinuatio, qui dicebat: parate uiam Domino, in quo solo renasci poterant, parabant.

Quid sit baptisma

Post hec uidendum est quid sit baptismus et que

[illegible]

Sic forma, in qua consistit virtus, que sit. Quid sit baptismus. Dicitur intinctio, id est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta. Si enim fiat ablutio sine verbo, non est ibi sacramentum; sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum; non utique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Unde Augustinus: Ubi lavat conscientiam? Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Unde est hec tanta virtus aque, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. In his duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet verbo et elemento. Ergo et si alia desint que ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est sacramentum et verum, si verbum sit ibi et elementum. Sciendum tamen in hoc sacramento, ut in aliis, quedam solere fieri ad decorem et honestatem sacramenti, quedam ad substantiam et causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum et elementum; cetera ad sollempnitatem eius pertinent.

Quod in hoc ut in aliis quedam sacramentis fiunt ad decorem.

De formula.

Sed quod est illud verbum, quo accedente ad elementum fit sacramentum? Veritas te docet, que formam sacramenti tradens ait discipulis suis: Predicate omnibus gentibus, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Invocatio ergo Trinitatis verbum dicitur, quo baptisma consecratur; et hec est forma verborum sub qua traditur baptismus. Unde Zacharias papa Bonefacio episcopo: Firmissime preceptum est in synodo Anglorum, atque ut quicumque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, quod sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est: quia si mersus in baptismi fonte quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus christianus non est, nisi in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti fuerit baptizatus.

Zacharias Bonefacio episcopo.

Legitur tamen in Actibus Apostolorum apostolos baptizasse in nomine Christi. Sed in hoc nomine, ut exponit Ambrosius, tota Trinitas intelligitur. Nam cum dicitur Christus, et Pater a quo unctus est intelligitur, et ipse qui unctus est, et Spiritus sanctus per quem unctus est. Unde Nicholaus papa ad consulta Bulgarorum: A quodam Iudeo multos baptizatos esse asseritis, et quid inde agendum sit consulitis. Hii profecto si in nomine sancte Trinitatis vel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus apostolorum legimus, baptizati sunt, rebaptizari non debent; unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius.

Christi nomine apostoli baptizaverunt.

Hic queritur an baptismus esset, si in nomine Patris tantum vel Spiritus sancti tantum baptizetur, sicut si diceretur: In nomine Patris, vel Spiritus sancti tantum, ut cum dicitur: In nomine Christi. Ambrosius baptismum esse dicit quod si fide mysterium Trinitatis teneatur, et una persona tantum nominetur, plenum est sacramentum; et si tres nominentur, et non recte de aliquo illorum sentiatur, vacuum fit mysterium. Ait enim sic: Ubi enim non est sacramentum baptismi plenum, nec principium nec species aliqua baptismatis computatur. Plenum autem est, si Patrem et Filium et Spiritum sanctum fatearis. Si unum neges, totum subruis. Et sicut si unum in sermone comprehendas, vel Patrem vel Filium vel Spiritum sanctum, fide autem nec Patrem nec Filium nec Spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum, ita etiam licet Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicas, et Patris aut Filii aut Spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Ideo in nomine Christi per unitatem nominis impletum est mysterium, nec a Christi baptismate Spiritus separatur, quia Christus baptizatus in Spiritu.

Flor. A.

Questio.

Nunc consideremus utrum sicut in Christi nomine legimus baptismatis plenum esse sacramentum, ita etiam Spiritu sancto tantum nuncupato nihil desit ad mysterii plenitudinem. Rationem sequamur: quia qui unum dixerit, Trinitatem signavit. Si Christum dicas, et Patrem a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est Filium, et Spiritum quo unctus est designasti. Scriptum est enim: Hunc Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto. Et si Patrem dicas, Filium eius et Spiritum oris eius pariter indicasti, si tamen etiam corde comprehendas. Et si Spiritum sanctum dicas, Deum Patrem a quo procedit, et Filium cuius est Spiritus, nuncupasti. Unde ut rationi copuletur auctoritas, Dominus dicit: Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto. Ex quo indicatur nos posse recte baptizari in Spiritu sancto.

Ambrosius de Spiritu sancto.

Solutio.

Similiter et

Ex his aperte intelligitur in nomine Christi vel Spiritus sancti baptisma tradi. Ubi nec obscure innuitur verum baptisma dici posse in nomine Patris tantum vel Spiritus sancti, si tamen ille qui baptizat fidem Trinitatis teneat, quia nomine Trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis perverse credens errorem inducere intendens unum de tribus tantum nuncuparet, non impleret mysterium. Quod et Ambrosius ait: Si nominatis tribus, vacuum esse mysterium si baptizans minuat potestatem Patris et Filii et Spiritus sancti, id est, male sentiat, derogans alicui horum, non credens unam potentiam trium, intelligendum est hoc super eum qui non intendit nec credit baptizare, qui non tantum caret fide, sed etiam intentionem baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine Trinitatis, que ibi intelligitur. Tutius tamen est tres personas ibi nominare, ut dicatur: In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, non in nominibus, sed in nomine, id est in invocatione vel in confessione Patris et Filii et Spiritus sancti. Invocatur enim ibi Trinitas, ut invisibiliter ibi operetur ipsa, sicut extra visibiliter per ministrum. Si autem dicat in nominibus, non est ibi sacramentum, quia non servatur forma.

Legitur baptisma trinitatis

Si credendum trinitatem nominare

Ecce quid oporteat determinari.

Quid est in nomine patris et filii et spiritus sancti.

De institutione baptismi quando ceperit.

Quando autem institutus sit baptismus, queritur. Alii dicunt baptismum institutum esse, cum Nichodemo dominus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto. Alii dicunt institutionem baptismi factam, cum apostolis dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

De institutione baptismi.

Ambrosius in libro de Spiritu sancto.

H. i. sed forma verborum prescripta.

H. i. caracter superveniens.

Al. Aug. super Iohannem omelia 80.

H. i. reverentia.

H. i. forma.

H. i. illa forma verborum sub qua invocatur trinitas.

H. si credidisset christus aut intrasset etc.

H. fulgentius.

H. quia ille non intendit baptizare et qui baptizatus male sentit.

H. non vocale sed mentale, id est fides, per fidem fit sacramentum. Ut sequitur: non quia dicitur sed quia creditur, id est quia debet credi non sonet. Et debet dici sine verbo non. Ut fidelis credit ad Christum baptizandi etiam tabula, id est fide tripharium ecclesie.

H. ut sic, id est non de prolatis verbis quia dicitur sed quia creditur, id est sed de verbo, id est filio dicitur quia creditur a filio dictum.

H. i. in virtute et fide et dicit singulariter in nomine, ad notandum singulare et individuam deitatis trinitatis. Sed in nominibus ad notandum pluralitatem personarum, scilicet patris et filii et spiritus sancti. Et ex hoc loco notatur quod hec quod hec verba baptizo te etc. de forma. Quia si diceret in nomine etc. et non diceret baptizo, non esset sacramentum. Quia in condempnis benedictionibus non solemus apponere verba tamen. Sed simpliciter in nomine patris etc.

Sed hoc dixit eis post resurrectionem, praecipiens eis de vocatione gentium, quos ante passionem binos et binos miserat ad praedicandum in Iudaea et ad baptizandum, dicens: In viam gentium ne abieritis. Iam ergo instituerat Christus baptismum, quo baptizabantur simul et ipsi apostoli.

De forma in qua baptizabant apostoli ante Christi passionem.

Si vero quaeritur in qua forma tunc baptizarentur? Sane dici potest in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma in qua baptizamur post eam, quae ante passionem potest intelligi fuisse tradita, licet non sit scriptum. Non enim tunc illam formam Christus primus tradidit, cum ad evangelizandum gentibus misit, sed quam ante tradiderat, iteravit eis in Iudaea praedicaturis et ad gentes missis. Commode ergo dicitur institutum sacramentum quando Christus ab eo baptizatus est in Iordane, quod dispensavit, non quod mundari voluit, cum sine peccato fuerit, sed quod contactu mundae carnis suae vim regenerativam contulit aquis, ut qui postea immergerentur, invocato nomine Trinitatis, a peccatis mundarentur; tunc enim institutus est baptismus, in quo Trinitas cum mysterio ubi innotuit. Immergit hominem baptizat.

Quare in aqua tantum fiat.

Celebratur autem hoc sacramentum tantum in aqua, non in alio aliquo liquore, ut Christus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto etc. Ideo uniformiter id in aqua tantum fieri praecipitur, ut intelligamus quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas animae sordesque vitiorum emundando abstergit. Vel ideo ut nullum inopia excusaret, quod posset fieri si in vino vel oleo fieret, ut cuilibet baptizandi invenirentur aptior omnibus. Quod aqua signatur quae de latere Christi manavit, sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non enim in alio liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

De immersione quotiens fieri debeat.

De immersione vero si quaeritur quomodo fieri debeat, praecise respondemus: vel semel vel **beat.** tertio, pro vario more ecclesiae. Unde Gregorius: De trina immersione baptismi nil verius responderi potest quam quod vos ipsi sensistis, quod in una fide nihil officit ecclesiae consuetudo diversa, quod cum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismo vel ter vel semel mergere, quoniam in tribus mersionibus personarum Trinitas, in una potest divinitatis singularitas designari. Nos vero qui tertio mergimus, etiam triduanae sepulturae sacramentum signamus. Secundum hoc licet non modo ter, sed etiam semel tantum mergere. Ubi tamen discrepat, semel mergere licet, si consuetudo talis esse existit. Si quis vero id facere incipiat, ubi consuetudo talis non est, vel semel tantum mergendum esse asserat, reprehensibilem se constituit. Unde Aimo in illo sensu habundabat, cum prius cum semel mergebat in baptismo parvulos, qui quod intelligebat studiose implebat bonis operibus habundando, licet illis nesciens delinqueret. Sed quod bonis operibus habundabat, post ea correctus quod habundabat alterius sensu ter illos mergendo. Ecce habes quod deliquit qui semel mersit. Sed hoc ideo quia aliter se habebat illis esse consuetudo, et post unam tantum faciendam mersionem asserebat. De trina mersione Augustinus: Postquam nos credere promisimus, tertio caput nostrum in sacro fonte dimersimus, qui ordo baptismatis duplici mysterii significatione celebratur. Recte enim tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Trinitatis. Recte tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita dimersio typum dominicae exprimit sepulturae. Constat ergo baptizandos tertio debere mergi, et tamen si semel tantum mergantur, verum baptisma accipiunt; vel quod semel immergere tantum non peccat, nisi consuetudo ecclesiae obsistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

Quando circumcisio amisit suam vim.

Solet etiam quaeri si circumcisio amisit vim suam statim ab institutione baptismi. Ad quod dicimus in Christi morte legalia tantum omnia, et praecipue circumcisio, vim perdidit, vim suam, ita quod postea non profecerunt. Licet post obitum observantibus eius, quilibet ad oblationem legalis hostiae potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea immunde vetus pascha cum discipulis manducasset.

De causa institutionis.

Causa vero institutionis baptismi est innovatio mentis, ut homo qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptismi renovetur. Quod fit depositione vitiorum et collatione virtutum. Sic enim fit quilibet novus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutibus. Et abolitio peccatorum pellit foeditatem, appositio virtutum affert decorem. Et hoc est res huius sacramenti, scilicet interior munditia.

An baptismus aperuit caelum quod non circumcisio.

Si quaeritur utrum baptismus aperuit caelum quod non aperuit circumcisio, dicimus quod nec baptismus nec circumcisio aditum regni caelestis nobis aperuit, sed hostia Salvatoris, quae si tempore circumcisionis oblata fuisset, illius temporis homines in regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est.

Quod alii suscipiunt rem et sacramentum, alii sacramentum tantum et non rem, alii rem et non sacramentum.

Hic dicendum est aliquos suscipere sacramentum et rem sacramenti, alios sacramentum et non rem, alios rem et non sacramentum. Sacramentum et rem simul suscipiunt omnes parvuli qui in baptismo ab originali mundantur peccato. Licet quidam diffiteantur illis qui perituri sunt parvulis in baptismo dimitti peccata, innitentes illi verbo Augustini: Sacramenta in solis electis efficiunt quod figurant. Non intelligentes illud sic esse accipiendum, quod etsi in malis efficiant remissionem, non eis hoc faciunt ad salutem, sed solis electis. Etiam quod omnibus parvulis in baptismo remittatur peccatum, evidenter Augustinus dicit

De errore quorundam.

Simulantur ante resurrectionem

Apostolis missis. Math. x. et ult. Luc. 9.

Math. [illegible] quod ipsi legis [illegible] ante praedicandum

ante passionem

Ut [illegible] alligatum est

[illegible] ut martialis [illegible]

Ut quando in Iordane baptizatus **Ambr.** ut dispensatum i. [illegible] [illegible] dicit [illegible] ut peregrinare [illegible] supplere [illegible]

C. [illegible]

Ambr. super epi. ad ro. Jo. 3.

Communis est, abluere sordes, manavit de latere Christi, [illegible] baptizatus

Au

Ut videtur fieri

Ut eucharistie ut [illegible]

C. [illegible]

Greg. leandro epo.

[illegible] respondet de [illegible] leandri epi.

Ut passione, quiete, resurrectione

Ut [illegible] ut morum

Aymo super epi. ad romanos VI.

Ut de suo sensu [illegible] monitus [illegible] in aliis rebus

Aug. in omelia quadam.

[illegible] in aqua.

i. cerimonialia, ut omnia [illegible] moralia.

[illegible]

Nota quod dicit innovatio et non ablutio.

Nota ordinem [illegible]

i. abolitio peccati.

celum aperuit
- in circumcisione
- in bapt.
- in passione
- in resurrect.
- in iudicio

Quod ipsi abolitio peccati ut [illegible] gratie

D. IIII.

qui non fide accedunt

De susceptoribus sacramentorum

[illegible]

pelagiani

Au. in li. de bapto parvulorum

i. finaliter

[illegible]

in enchiridion c. [illegible] [illegible] d. iiij.

Au. in ench.

A parvulo inquit recens nato usque ad decrepitum senem sicut nullus prohibetur a baptismo, ita nullus est qui peccato non moriatur in baptismo. Sed parvuli tantum originali, maiores vero etiam omnibus que male vivendo addiderunt ad illud, nisi forte contrarietas impediat. Adulti quoque qui cum fide baptizantur, sacramentum et rem suscipiunt. Qui vero sine

de ficte accedentibus

fide accedunt vel ficte, sacramentum et non

eodem

rem suscipiunt. Unde Ieronimus: Sunt lavacra

Hier.

gentilium, hereticorum, que non lavant in salutem. Intelligit etiam qui non plena fide baptismum accipiunt, non spiritum sed aquam accipiunt. Aug. in psalmo lxxvi: Iude et ceteris omnibus tradita erant sacramenta, sed non omnibus erat gratia, que est virtus sacramentorum. Ita et idem baptismus communis est omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi, id est ipsa gratia. Item: Omnis qui iam sue voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi peniteat eum vetere vite, novam non potest inchoare. Ab hac penitentia cum baptizantur soli parvuli immunes sunt. Hic Augustinus testimoniis aperte ostendit adultis sine fide et penitentia vera baptismum non conferri gratiam remissionis, quia nec parvulis sine fide aliena qui propriam habere nequeunt datur in baptismo remissio. Si quis ergo ficte accedat, scilicet sine contritione cordis, sacramentum sine re accipit. Videtur tamen

Attende diligenter

Augustinus dicere quod ficte accedenti, qui habet odium fraternum, in ipso momento quo baptizatur omnia condonentur, sed post baptismum mox redeant. Sed non hoc asserendo dicit, immo hanc opinionem et proximam sententiam conferendo. Ait enim sic in libro de baptismo: Si ficto corde baptizantur, aut peccata non ei dimittuntur, quia Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterum per fictionem replicantur, ut et illud verum sit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, et illud: Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, ut et induat eum Christum sanctitas baptismi, exuat eum Christo perversitas fictionis, ad illam reducere dimissa

de reditu peccatorum

peccata. Si fraterna caritas non est, aperte Dominus docet in illo servo a quo dominus dimissum debitum petiit, quia ille conservo dimittere noluit. Sic non impedit baptismi gratiam quominus omnia peccata dimittantur, si fraternum odium in eius cui dimittuntur animo perseverat. Solvitur enim hesternus dies et quicquid superest, solvitur et ipsa hora momentumque ante baptismum et in baptismo. Deinceps autem continuo reus esse incipit non solum consequentium, sed etiam preteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus que dimissa sunt. Hec autem sub disputatione, non sub assertione dixit, quod ostenditur ex eo quod ait in eodem libro sic: Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata aut non sunt dimissa. Eligant quod volunt. Hec aperte certius sunt intendis, id dixisse Augustinum non asserendo sed querendo, et aliorum opinionem referendo. Idem enim alibi ait: Tunc valere incipit baptismus ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit, que corde in malitia perseverante peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Non ergo ficte accedenti peccata dimittuntur.

Quomodo intelligitur illud: Quotquot in Christo baptizati estis

Queritur ergo quomodo accipiendum sit illud: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Potest dici quod hic baptizari in Christo vel in Christi conformitatem baptizari, id est moriendo vetustati peccati ut Christus vetustati pene, induunt Christum quem per gratiam inhabitantem habent. Potest et aliter solvi. Duobus enim modis induere Christum dicimur, vel per assumptionem sacramenti vel per rei perceptionem. Unde Aug.: Induunt homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando usque ad vite sanctificationem. Atque illud primum bonis et malis potest esse commune, hoc autem proprium bonorum est et piorum. Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur Christum induunt, vel secundum sacramenti perceptionem vel secundum sanctificationem.

de illis qui suscipiunt rem et non sacramentum

Sunt et alii, ut supra posuimus, qui suscipiunt rem et non sacramentum. Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Christi, etsi sacramentum non perceperunt, rem tamen perceperunt. Unde Aug.: Quicumque non percepto regenerationis lavacro pro confessione Christi moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Aug.:

Quod passio ipsius vicem baptismi supplet. Quod non tantum passio sed fides et contritio. Item ipsius

Dixi quod passio pro nomine Christi suscepta vicem baptismi supplet. Non tamen passio vicem baptismi implet, sed etiam fides et contritio, ubi necessitas excludit sacramentum, sicut aperte docet Aug. dicens: Baptismi vicem aliquando implere passionem de latrone illo cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus in libro iiii de baptismo non leve documentum assumit. Quod ego etiam atque etiam considerans invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum misterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum, nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili sacramento baptismi quod ait apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur invisibiliter, cum ministerium baptismi non contemptus religionis sed articulus necessitatis excludit. Fit baptismus quod potest inesse ubi conversio cordis defuerit; conversio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Nec ullo modo dicenda est conversio cordis ad Deum cum Dei sacramentum contemnitur. Ecce hic habes non solum passionem sed etiam fidem contritionis

Fictus: hereticus scilicet qui errat in fide; alius qui recipit baptismum non credens; et qui penitentiam procrastinat

Vera: culpe, gratie, pene

Sed ficto non dimittitur peccatum. Ie.

scilicet originale

Contritio

Jero. super ezech. xvi. scilicet [illegible]

scilicet qui non abluuntur [illegible]

Au. in psalmo lxxvi.

Au. de penitentia c. 3. [illegible]

Sine penitentia scilicet dona et vocatio dei; vel penitentia procedere sed non consummatur.

Nota quod baptismus tamen confert gratiam [illegible] [illegible]

Sine fide aliena [illegible] habere [illegible]

Au. de bapt. contra donatistas [illegible]

scilicet datum dicitur propter dilectionem fraternam; sed ut ficte dilectionem vel fictam disciplinam [illegible] [illegible] viii.

Gal. 3.

Bap. 1.

Math. xi.

Culpa vel pena hesterne diei scilicet [illegible] et modo et aliud quod sequitur.

Verba magistri

In enchiridion

Au. in ench. [illegible]

scilicet penitentia [illegible]

[illegible]

Au. in li. de bapt.

[illegible]

Sententia [illegible]

[illegible]

[illegible]

Au. in li. [illegible]

[illegible]

Au. in li. iiii de bapt.

[illegible]

Cyprianus

[illegible]

[illegible]

etiam conferre remissionem. In his enim impletur sacramentum, ut in latrone illo ostenditur, qui non per passionem sed per fidem salvatus est sine baptismo. Sed dicet quidam Augustinum hoc retractasse. Retractavit quidem exemplum, non sententiam. Ait enim sic in libro II Retractationum: Cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem, non satis idoneum posui illius latronis exemplum, quia incertum est an fuerit baptizatus. Constat ergo quod sine baptismo aliquos iustificari et salvari. Unde Ambrosius de Valentiniano: [illegible] eloquio: quem regeneraturus eram amisi; ille tamen gratiam quam poposcit non amisit.

Que videntur obviare propositis.

[illegible] obviare videtur quod Dominus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod si generale verbum est, non videntur esse vera superius posita. Sed illud intelligendum est de his qui possunt et contemnunt baptizari. Vel ita intelligendum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, vel ea regeneratione que fit per aquam et Spiritum sanctum, non salvabitur. Illa autem regeneratio fit non tantum per baptismum, sed et per penitentiam et sanguinem. Unde auctoritas dicit Apostolum pluraliter dixisse fundamentum baptismatum, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in penitentia. Hoc autem non ideo dicitur quod baptismi sacramentum fiat nisi semel, sed quia ipsius sacramenti res, id est sanctificatio, datur non modo per aquam, sed per sanguinem vel penitentiam. Ratio etiam id suadet. Sicut enim parvulis non valentibus credere sufficit baptismus, ita multo magis fides sufficit adultis volentibus credere sed non valentibus baptizari. Unde Augustinus: Queris quid sit maius, fides an aqua? Non dubito quin respondeas fidem. Si ergo quod minus est sanctificare potest, sine quo maius est non potest, id est fides, de qua Christus ait: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet?

Pro eo quod dicunt nullum sine baptismo preter sanguinem salvari non posse.

Sed dicunt quidam nullum adultum credentem in Christum et caritatem habentem sine baptismo, nisi sanguinem fundat pro Domino, salvari, introducentes testimonia Augustini. Ex illo tempore quo Salvator dixit: Nisi quis renatus fuerit etc., absque sacramento baptismi, preter eos qui in ecclesia catholica sine baptismo sanguinem fundunt, aliquis vitam eternam accipere non potest. Item: Nullum catechumenum quamvis in bonis operibus defunctum vitam eternam habere credimus, excepto martyrio, ubi baptismi tota sacramenta implentur. Item: Baptizatis tantum iter esse salutis credimus. Responsio. Sed quod ibi minus dixit, in aliis capitulis suis potius supplevit, quod hoc sic intelligendum fore voluit, ut solum illum non habere [illegible] excipiant. Sicut enim aliquis habens fidem et caritatem volens baptizari non potest necessitate preventus, supplet omnipotentis benignitas quod sacramento defuerat. Dum enim solvere potest, nisi solvat, tenetur; cum autem non potest et vult, non imputat Deus, qui suam potentiam sacramentis non alligavit. Quod de invisibili sanctificatione sine visibili sacramento in quibusdam fit.

Augustinus aperte tradit dicens super Leviticum: Invisibilem sanctificationem quibusdam affuisse et profuisse sine visibilibus sacramentis; visibilem vero sanctificationem que fit sacramento visibili sine invisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen ideo visibile sacramentum contemnendum est, quia contemptor eius invisibiliter sanctificari non potest. Hinc Cornelius et qui cum eo erant iam Spiritu sancto sanctificati baptizati sunt. Nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quam invisibilis iam precesserat. Sine visibili ergo invisibilis sanctificatio esse potest et prodesse; visibilis autem que fit sacramento tantum sine invisibili potest esse, non prodesse, cum illa sit omnis utilitas. Sed mirum magis visibilis baptismus non profuit his quibus invisibilis non affuit, sed quibus invisibilis affuit profuit et visibilis. Valet fides aliena parvulo, quod non valet propria adulto. Parvulis enim non sufficit fides sine sacramento. Qui enim absque baptismo fuerint defuncti, etiam cum deferuntur ad baptismum, dampnabuntur, sicut multis sanctorum testimoniis probatur. Firmissime tene. Ad quod hoc unum sufficiat Augustini: Firmissime tene parvulos qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, vel de matribus nati sine baptismi sacramento de hoc seculo transeunt, eterno supplicio puniendos; quia etsi peccatum actionis proprie non habuerunt, originale tamen peccatum carnali conceptione contraxerunt. Sicut parvuli qui sine baptismo moriuntur, nunc infideles vocantur, ita qui baptizantur fideles vocantur, quia a fidelium consortio non separantur, cum orat ecclesia pro fidelibus defunctis; fideles enim sunt non per virtutem fidei, sed per sacramentum fidei. Unde Augustinus: Parvulus, etsi fidem nondum habet illam que in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum vel baptismum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo.

Quid prosit baptismus his qui cum fide accedunt.

Solet etiam queri de illis qui iam sanctificati Spiritu cum fide et caritate ad baptismum accedunt, quid eis conferat baptismus. Nichil enim videtur prestare, cum per fidem et contritionem iam remissis peccatis iustificati sint. Ad quod Responsio. Sane dici potest eos quidem per fidem et contritionem iustificatos, id est a macula peccati purgatos, et a debito eterne pene absolutos, tamen adhuc teneri satisfactione temporali, qua penitentes ligantur in ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt, et a peccatis, si qua interim post conversionem contraxerunt, mundantur, et ab exteriori satisfactione absolvuntur, et gratia adiutrix omnisque virtus augetur, ut vere novus homo tunc dici possit; fomes quoque peccati in eo amplius debilitatur. Unde Ieronimus dicit quod fides que fideles facit in aquis baptismi datur vel augetur, quia si non fuerat aliquando

Aug. in li. retractacionum

lib. ii. c. xviii.

Ambr.

determinatio

Super epistolam ad hebreos

heb. 9.

Aug. de unico baptismo

Io. xi.

Aug. de fide ad petrum

In ecclesiasticis dogmatibus

Aug.

Aug.

Aug.

S. i. baptismo.

xxi.

S. i. baptismo.

ad c. x.

ad c. viii.

Aug. de fi. ad pe.

Aug. ad bonefacium

cau. baptismi

baptismus non confert remissionem ... ubi ... operatur

quartum est istud

datur ibi, et iam baptizati ut plenius habeant. Sic et de aliis intelligendum est. Cum ergo mundus accedit, ibi fit mundior, et cum bonus, ibi amplius datur.

Quod exterior satisfactio omnis dimittitur.

Quod vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Ambrosius ostendit super illum locum: Sine penitentia sunt dona Dei et vocatio, dicens: Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel planctum vel aliquod tale opus, sed omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu vel planctu accipiendum est. Nam sine interiori nemo renovatur adultus. Ab exterioribus satisfactionibus et afflictionibus [illegible] dimittuntur [illegible] baptizatus etiam iam per fidem iustificatus. Quando accedens ad baptismum [illegible] ponitur in [illegible] cum inviserent iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio ecclesie venialis est. Cum ergo in baptismo peccatum deleatur et satisfactio exterior non imponatur, queritur cur pena legis, cui addicti sumus per peccatum, non tollatur. Hoc ideo fieri tradunt sancti, quia si a pena liberarentur homines per baptismum, ipsum putarent baptismi pretium, non eternum regnum. Ideo soluto reatu peccati temporalis pena tamen manet, ut illa vita studiosius queratur, que erit a penis omnibus aliena. Ideo etiam manet, ut sit fidei concertandi materia, vincendi occasio, qui non vinceretur si non pugnaret, nec pugnaret si in baptismo immortalis fieret.

Cuius rei baptismus, qui iam iusto fit, sacramentum.

Si queritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum qui datur iam iusto, dicimus sacramentum esse rei que prestatur, scilicet remissionis que per fidem data, et remissionis temporalis pene, sive peccati si quod intus remanserit. Hic et novitatis ac omnis gratie ibi prestite. Omnis enim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando precedere sacramentum, cum aliquando longe post sequatur, ut in illis qui ficte accedunt, quibus cum postea penituerint, incipit baptismus prodesse; in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis quam penitendo habent, sed similiter qui penitentiam nec a fugiendo recederent. Cuius rei sacramentum est baptismus ab illis susceptus? Potest dici rei que fieret, si non illorum enormitas impediret.

Si parvulis detur gratia in baptismo qua possint proficere in maiori etate.

Solet etiam queri si parvulis in baptismo datur gratia, qua cum tempus habuerint utendi libero arbitrio possint velle et currere. De adultis enim qui digne recipiunt sacramentum non ambigitur quin gratiam operantem et cooperantem percipiunt, que in vacuum eis cedit, si per liberum arbitrium postmodum peccaverint vel deliquerint, qui, in quantum potest, gratiam appositam pervertunt, vel ut dicitur, contumeliam facere Spiritui sancto, et ipsum a se fugare. De parvulis vero qui nondum ratione utuntur, questio est an in baptismo recipiant gratiam qua ad maiorem venientes etatem possint velle et operari bonum. Videtur quod non recipiant, quia gratia illa caritas est et fides, que voluntatem preparat et adiuvat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem et caritatem? Si vero gratiam non receperunt qua bene operari possint cum fuerint adulti, non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data, nec per illam possunt boni esse, nisi alia addatur; que si non additur, non est ex eorum culpa, quia iustificati sunt a peccato.

Opinio.

Quidam putant gratiam operantem et cooperantem cunctis parvulis in baptismo dari in munere, non in usu, ut cum ad maiorem venerint etatem, ex munere sortiantur usum, nisi per liberum arbitrium usum muneris extinguant peccando; et ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratie, quod mali fiunt, qui ex Dei munere valentes habere usum bonum, per liberum arbitrium ac renuerunt, et usum pravum elegerunt.

Quod baptismus eque sanctus est a bono et a malo datus, bono vel malo.

Post hec sciendum est sacramentum baptismi a bonis et a malis ministris dari. Sicut a bonis et a malis sumitur, nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec minus bonum quod per minus bonum vel malum datur; nec magis minus in baptismo dato a malo bono dato, nec minus in baptismo dato a malo, sed equale, quia non hominis sed Dei munus. Quod variis declaratur testimoniis. Augustinus: Baptismus talis est qualis est ille in cuius potestate datur, non qualis est ille per cuius ministerium datur. Idem: Prorsus fieri potest ut aliqui vel heretici baptizati [illegible] habeant verum fidem. Idem: Sicut boni ministri, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo malus est qui etiam per malum datur, quia idem baptismus datur, non pro meritis dispensantium [illegible] non illorum, sed eius est. Idem: Cum baptizat malus, ideo quod datum est unum est, nec impar propter impares ministros, sed par et equale propter hoc: Hic est qui baptizat. Idem: Ego dico et nos omnes dicimus quod iustos oportet esse per quos baptizatur; iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si volunt. Si autem noluerint esse iusti qui cathedram Moysi sedent, securum me facit magister meus, de quo Spiritus sanctus dicit: Hic est qui baptizat. Idem: Quos baptizavit Iudas, Christus baptizavit. Si quos ergo baptizavit ebriosus, homicida, adulter, si baptismus Christi erat, Christus baptizavit. Non timeo adulterum, ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam dicitur: Hic est qui baptizat. Item: Homicida dedit baptismum Christi; quod sacramentum tam sanctum est ut nec homicida ministrante polluatur. Item: Si in heresi quacumque vel scismate quis sanctum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptismi sacramentum accepit, integrum sacramentum accepit, sed salutem, que est virtus sacramenti, non habebit, si extra ecclesiam ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad ecclesiam redire, non ut sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere, sed ut in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra ecclesiam nequit prodesse. Ubi enim caritas potest prodesse, baptismus cui potest prodesse eleemosyna, sed infra. Item Ysidorus:

Ysidorus.

Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat. In his perspicue ostenditur baptismum tam a bonis quam a malis dari, a bonis et a malis ipsum tamen aeque sanctum esse, tamen ministri et aequaliter in bonis, sive a bonis sive a malis baptizentur. De potestate baptismi tamen retenta.

Quia ministerium tantum habent, non potestatem baptismi; potestatem enim sibi retinuit, quod noverat Iohannes cum vidit columbam descendentem super Christum. Unde Augustinus: Quid non noverat Iohannes baptista dominum? Quid ignorabat? Potestatem dominicae baptismi in nullum hominem a domino transituram, sed ministerium plane transiturum; potestatem a domino in neminem, sed ministerium in bonos et malos. Non exhorreat columba ministerium malorum, respiciat domini potestatem. Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est dominus? Neque qui plantat neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi; quod per illum fluit purum est; per lapidem canalem transit aqua ad areolas; in canali lapideo nihil generatur, sed hortus fructus plurimos affert. Hinc etiam non modo boni sed et mali ministerium baptizandi, sed non potestatem baptismi acceperunt.

Super Ioh.

Exemplum

Aug. super Ioh.

Ministerium cum Christus dederit servis, sed potestatem sibi retinuit, quam si vellet posset servis dare, ut servus daret baptismum suum tanquam vice sua, et ipsam potestatem suam posset constituere in aliquo vel in aliquibus servis suis, ut tamen vis esset in baptismo servi quanta est in baptismo domini. Sed noluit, ne servus in servo spem poneret. Baptizat servus ut minister, baptizat dominus tanquam potestatem habens. Quia si daret servus, ut dictum est, quod domini erat, vere diceretur baptismus esse servi. Ut sicut dictus est baptismus Iohannis, sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Quod ne fieret, retinuit sibi dominus potestatem baptismi, servus ministerium debet. Si ergo servus dicat se baptizare, recte dicit, sed tanquam minister baptizat, non differt sive bonus sive malus baptizet. Inde etiam nemo dicit baptismus meus, cum omnes dicant evangelium meum, prudentia mea, licet haec sint a Deo. In quibus distinctio est: alius enim alio melius operatur in evangelizando, et alius alio prudentior est; at ab alio magis minusve baptizatur, sive ab inferiore sive a maiore baptizetur, dici non potest.

Et fuit potestas baptismi quam Christus potuit dare servo.

Hic quaeritur quae sit illa potestas baptismi quam Christus sibi retinuit et potuit dare servis. Haec est, ut plurimi volunt, potestas dimittendi peccata in baptismo. Et haec potestas dimittendi peccata quae est in Deo est Deus. Ideo alii

Obiectio.

dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui servorum, quia nulli potuit dare ut esset quod ipse est, vel ut haberet essentiam quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse. Alia.

Dicunt etiam si hanc potentiam alicui dare potuisset, potuit ei dare creare creaturas, quia non est haec minoris potentiae quam illud. Ad quod dici potest quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non ipsam eandem qua ipse potens est, sed potentiam creatam, qua servus posset dimittere peccata, non tamen ut auctor remissionis, sed ut minister, nec tamen sine Deo auctore; ut sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio haberet interius mundare; et sicut illud facit Deo auctore qui cum eo et in eo operatur illud exterius, ita mundaret interius Deo auctore, qui uteretur illo velut quodam ministerio interiori. Ita etiam posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tanquam auctorem sed ministrum, cum quo et in quo operaretur, sicut in bonis operibus nostris ipse operatur et nos, nec ipse tantum nec nos tantum, sed ipse nobiscum et in nobis, et nos in illo agentes ministri eius sumus, non sumus auctores. Ita ergo potuit dare servo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est ut in emundatione interiori servus cum domino operaretur, non servus sine domino, nec dominus sine servo, sed dominus cum servo et in servo, sicut in exteriori ministerio dominus operatur cum servo et in servo. Unde et dominus dicitur sanctificare et servus; sed dominus invisibili gratia, servus visibili sacramento. Unde Augustinus super Leviticum: Dominus autem ait: Ego dominus qui sanctifico eos. Et Moyses sanctificavit eum. Sed Moyses sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium, dominus autem invisibili gratia per Spiritum sanctum, ubi est totus fructus visibilium sacramentorum; sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nihil prosunt. Si quis haec melius poterit aperire, non invideo. Quibus liceat baptizare.

Nunc quibus liceat baptizare addamus. De hoc Ysidorus: Constat baptismum solis sacerdotibus esse traditum, eiusque ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum absque episcopo vel presbytero, nisi his procul absentibus ultima languoris cogat necessitas; quod etiam laicis fidelibus permittitur.

Isi. de offic.

Item: Mulier quamvis docta et sancta baptizare non praesumat, nisi necessitate cogente. Ex concilio Carthaginensi.

De illis etiam qui ab haereticis baptizantur, utrum rebaptizandi sint, quaeri solet. Ad quod breviter dicimus: Quia quicumque sit qui baptizet, si servatur forma a Christo tradita, verum baptismum dat; ideo qui illum sumit non debet rebaptizari. Si rebaptizandi sint qui ab hereticis baptizantur.

Unde Beda: Sive haereticus sive schismaticus sive facinorosus quisque in confessione sanctae Trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio et invocatio tanti

[illegible].

Beda.

videtur annullari. Item Aug. Quintus ad episcopum urbis basilice et hereticorum. Sed eorum qui in no- orosii mine patris et filii et spiritus sancti baptizantur et catholice ecclesie, qui foris, id est extra ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem sed ad perniciem, habentes formam sacramenti, virtutem eius abnegantes; ideo tamen eos non rebaptizat, quia in nomine trinitatis baptizati sunt, et ipsa est forma sacramenti. Item: rebaptizare hereticum hominem qui hec sanctitatis signa perceperit, omnino peccatum est; catholicum vero immanissimum scelus est. Ex his aperte colligitur quod qui ab hereticis baptizati sunt servata forma Christi, rebaptizandi non sunt, sed tantum manus impositione reconciliandi, ut Spiritum sanctum recipiant, et in signum detestationis hereticorum. Sed tamen nonnulli doctorum, ut Ciprianus et alii quidam, dixisse videntur ab hereticis non posse tradi baptismum, eosque rebaptizandos cum venerint ad ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis tantum est, qui extra ecclesie formam baptizare presumunt. Ciprianus tamen ibi apertius videtur dixisse, qui ait de heretico: Quomodo aquam sanctificare potest, cum ipse immundus sit, et apud quem Spiritus sanctus non est? cum Dominus dicat in lege: Quecumque immundus tetigerit, immunda erunt. Quis potest dare quod ipse non habet? Hoc vero ignorantia eum dixisse Aug. innuit, dicens: Martirem gloriosum Ciprianum, qui apud hereticos vel scismaticos datum baptismum nolebat agnoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita usque ad triumphum martirii secuta sunt, ut caritatis qua excellebat luce obumbratio illa fugaretur, et si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Nec nos quia baptismi veritatem et hereticorum integritate agnoscimus, ideo Cipriano meliores sumus; sicut nec Petro, quia gentes iudaizare non cogimus. Hoc etiam sciendum est, quod licet trina mersio fiat propter misterium trinitatis, tamen unus baptismus reputatur. Quod nullus in materno utero baptizari potest.

Illud etiam ignorandum non est, quod in materno utero nullus baptizari potest. Baptizari etiam si mater baptizetur. Unde Isidorus: Qui in maternis uteris sunt, ideo baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum non potest renasci; neque regeneratio in eum dici potest, in quem generatio non processit. Item Aug.: Non potest quisquam renasci antequam natus sit. Quod vero dicitur de Ieremia et de Iohanne baptista, quia ab utero sanctificati leguntur, quod etiam de Iacob quidam putant, dicimus: Si sanctificatio ibi accipitur, maior emundatio in miraculis divine potentie est habendum, ut Aug. ait, ambigue super hoc loquens: Si usque adeo, inquit, in illo puero acceleratus est usus rationis et voluntatis, ut intra materna viscera iam posset agnoscere, credere quod in aliis parvulis expectatur etas ut possint, in miraculis est habendum divine potentie, non ad humane trahendum exemplum nature. Nam quando voluit Deus, etiam iumenta locuta sunt. Idem de Ieremia loquitur: Priusquam exires de vulva, sanctificavi te. Ista tamen sanctificatio, qua efficimur templum Dei, non nisi renatorum est. Illud quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum Dei. Nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. Vel illa sanctificatio potest secundum predestinationem accipi. Hic et dubitanter videtur loqui, qui etiam ibidem dicit: Illud demum est quod credendo infantes inpuero (?) exultavit. Nec enim scriptum dicitur exultavit in fide, sed exultavit in utero meo; et potuit esse hec exultatio tante rei a maioribus cognoscende indicium, non a parvulo cognite. Absque assertione de hac sanctificatione loquitur, non diffiniens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio, an signum futuri fuerit vel an iustitie sufficiens nisi per fidem fuerit. Sed melius est ut dicamus illos per communem legem iniuste sufficientes ... genitores remissis omnibus peccatis. Quod multis sanctorum testimoniis edocetur. De baptismo sub illis verbis corrupte prolatis.

Queri etiam solet, si corrupte proferantur illa verba, an baptismus sit. De hoc Lang. Zacharias Bonefatio scribit: Retulerunt nuntii tui, quod fuerit sacerdos in eadem provincia, qui latinam linguam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nesciens latini eloquii, infringens linguam, diceret: Baptizo te in nomine patria et filia et spiritu sancta. Ac per hoc consideravit rebaptizare. Sed si ille qui baptizavit non errorem introducens vel heresim, sed pro sola ignorantia romane locutionis infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizetur. Leo papa.

Propterea sciendum est quod illi de quibus nulla extant indicia inter propinquos vel familiares, vel a quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne pereant. In quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum. Sed ferendum non est, ut quod collatum esse nescitur, quod non temeritas intervenit presumptionibus, ubi est diligentia pietatis. De illo qui per ludum immergitur.

Solet etiam queri de illo qui iocans, sicut mimi, sub commemoratione trinitatis immergitur, verum baptizatus sit. Hoc autem Aug. non diffinit, tamen indecisum relinquit. Si totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur, utrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, divinum iudicium per alicuius revelationis oraculum concorditer implorandum esse censerem. Videtur tamen sapientibus non fuisse baptismus, ut cum aliquis in balneum vel in flumen mergitur in nomine trinitatis, non est tamen baptismus, quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc et in aliis sacramentis sicut forma est servanda, ita et intentio illud celebrandi est habenda. Augustinus ad Bonefacium.

Quoniam iniuriosum est.

Au. ad Maximinum.

Servata forma bapt.

Nota quod tantum manus impositio ab hereticis baptizatis sufficit.

Ciprianus quidam.

Sine

Reconciliandi.

Item de unico bapto.

Sed culpa ignorantie

integritate

Au. in epistola ad ephesios

Item sentent. primo

Au. ad Dardanum de Iohanne baptista et de Ier.

Item ad Dardanum.

In eodem.

Au.

Zacharias

45

Illud etiam non te moveat, quod quidam non ea fide parvulos ad baptismum ferunt, ut per spiritum ad vitam regenerentur eternam, sed quia eos putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab illis hac intentione offeruntur. ¶ Agnoscendum est etiam in baptizandis electis duo tempora esse observanda, id est pascha et pentecosten, ut in illis solum pasche et pentecostes baptismi sacramentum celebretur. Qui vero necessitate mortis et periculi urgentur, omni tempore debent baptizari. **De responsione patrinorum.**

Porro cuncti ad baptismum venientes fidem suam profiteri debent, et exponere quid petentes venerint ad ecclesiam. Unde a baptizando queritur: Quid venisti ad ecclesiam petere? Qui si adultus est, ipse respondet: Fidem, vel sacramentum fidei et doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus respondet se credere in patrem et filium et cetera. ¶ Si autem parvulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respondet, unde et fideiussor. Parvuli enim alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui et credere nesciunt, sicut etiam pro egris, mutis vel surdis alius profitetur dum baptizantur. Sic ideo per patrinos agendum est. Si vero pro eo qui **De sensu illorum** respondere potest alius respondeat, non tamen ita **verborum** valet sicut decens est. Frater enim habet pro se loquentem. Si vero queritur ex quo sensu parvulo **Responsio** dicatur: credo vel fidem peto. Dicamus de sacramento fidei id esse intelligendum quod respondent petere, cum defertur ad ecclesiam, et in fide eius baptizatur, ut sit sensus cum dicitur: fidem peto, id est sacramentum fidei; pro illo sit: recipere credo vel sacramentum fidei suscipio. Quod est scilicet parvulo pro illo esse sacramentum fidei accipere. Unde Augustinus: Sicut nihil aliud est credere quam fidem habere, ita cum respondetur credere parvulus, qui nondum fidei habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, et convertere se ad deum propter conversionis sacramentum. ¶ Sed adhuc queritur ex quo sensu pro parvulo **de sensu** respondeatur: Credo in deum patrem et in filium **verborum** Christum et in spiritum sanctum. Si enim quid de sacramento fidei an de fide mentis ibi agitur. Si de sacramento, cur nominatim distinguuntur persone? Si vero de fidei affectu, quomodo verum est, cum eo careat parvulus? Ad illud facilius patrinus spondet, cum ei renuntiare ille omnibus pompis diaboli spondet abrenuntiare. Quod si non servaverit, factus adultus tenebitur ipse vel sponsor. Sane dici potest ibi spondere pro parvulo **Responsio** quod ad maiorem etatem venerit, sic erit et pompis diaboli renuntiabit et sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione parvulus pro quo fit tenebitur, non sponsor, sicut et ut cautius impleatur, quod tunc eius sit et oportunum dederit; quia exigit a patrino diligens cura eius pro quo respondit sollicitudo. De hoc Augustinus: Certissimam emisistis cautionem, quia renuntiare pompis diaboli spopondistis.

Ita autem interrogatio et responsio fidei **De cathecismo et exorcismo** fit in cathecumino, cuius ratio exorcismi. Cum ad baptismum enim fit cathecismus et exorcismus, post cathecismum sequitur exorcismus, ut ab eo qui iam fide instructus est, adversaria virtus pellatur. Cathecismus de greco in latinum dicitur instructio. Cathecizare est instruere ut de symbolo ac rudimentis fidei. Exorcizare est adiurare, ut per hoc abeat spiritus immundus. Sicut symbolum dicitur signum et collatio. Signum quo fideles ab infidelibus discernuntur; collatio quia ibi totius fidei summa et integritas collata est. Cathecismus et exorcismus neophitorum sunt magis sacramentalia quam sacramenta dici debent. Neophitus novus interpretatur vel rudis; unde neophitus nuper ad fidem conversus vel in disciplina religionis conversationis rudis. Hec autem precedunt baptismum, nec tamen sine his non posset esse verum baptisma, sed ut baptizandus de fide instruatur et sciat cui debitor fiat deinceps, et ut diaboli potestas in eo minuatur. Unde Rabanus: Ante baptismum cathecizandi debet in homine prevenire officium, ut fidei cathecumenus accipiat rudimentum et sciat cui debitor deinceps fiat. Item Augustinus: Parvuli exsufflantur et exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas, nec iam contendat eos subvertere ne baptismum consequantur. Sic enim in infantibus creatura dei exsufflatur et exorcizatur, sed diabolus ut recedat ab homine. **De confirmatione.**

Nunc de sacramento confirmationis addendum est, de quo solet queri a quo fieri debeat. Forma enim aperta est, scilicet verba que dicit episcopus cum baptizatos in frontibus sacro signat crismate. Quod sacramentum ab aliis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus, nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur peractum, nec ab aliis quam qui locum eorum tenent perfici potest aut debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habetur et vacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbiteris baptizatos tangere in pectore, sed non crismate signare in fronte. ¶ Virtus vero huius sacramenti est donatio spiritus sancti ad robur, qui in baptismo datus est ad remissionem. Unde Rabanus: A summo sacerdote per impositionem manus paraclitus traditur baptizato, ut roboretur per spiritum sanctum ad predicandum aliis illud quod in baptismate consecutus est. Item: Omnes fideles per manus impositionem episcoporum post baptismum accipere debent spiritum sanctum, ut pleni christiani inveniantur. Scitote utrumque magnum esse sacramentum, sed unum maiori veneratione tenendum, sicut a maioribus datur. Hoc enim dicitur sacramentum confirmationis fore non ob maiorem effectum vel utilitatem quam conferat, sed quia a maioribus datur et in digniori parte corporis fit, id est in fronte. Vel forte quia maius virtutis augmentum prestat, licet baptismus ad re-

Leo papa

Nisi fuerit infirmitas etc.

Isid. de offic.

Aug. in li. de unico bapt.

Rabanus de institutione clericorum

Aug. in li. de simbolo.

Rab.

Aug.

Eusebius papa

Greg.

Rab.

Urbanus papa

Scilicet duo non tollitur peccatum originis quoad penam vel culpam.

Id est ut diaboli pellatur ab eo antiqua vexatione, que tendebat maculam, sed non tollitur minuitur vero.

Id est temporalibus, spiritualibus ad simbolum.

Hoc adiuratio de puero non tantum sed contra diabolum ut exeat adhuc tempore illo.

D. VII.

efficacia baptismi
significatione
subiecto eucharistie
dignitate

fideiussoria
Cautio pigneraticia
iuratoria

Magnum dicitur sacramentum:
efficacia, ut baptismus,
ratione conferentis, scilicet confirmatio,
magnitudine rei subiecte, ut eucharistia,
rei significate, ut matrimonium.

missionem plus valeat. Quod vero maiorem teneamus, Rabanus dicit: In unctione baptismi Spiritus sanctus descendit ad habitationem Deo consecrandam; in hac vero eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis et virtutis venire in hominem. ¶ Hoc sacramentum a ieiunis tradi et a ieiunis suscipi debet, sicut et baptismus, nisi aliud cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec baptismus nec ordo; nam in nullo sacramento facienda est iniuria. Quod si provenerit, sive ignoranter sive scienter iteratum, poenitentia agenda est. Sed utrum aliqua vel nulla iterari possint, quaestio est. Nam de baptismo et ordine quod iterari non debeant, aperte Augustinus ait: Utrumque sacramentum est, et quadam consecratione datur; illud cum baptizatur, istud cum ordinatur. Ideo in catholica utrumque non licet iterari. Sacramento neutri facienda est iniuria. Quod indubitanter etiam de confirmatione tenendum est. De aliis vero utrum iterari valeant, idem postea disseremus.

¶ Gregorius VII Ianuario episcopo Caralitano: Pervenit ad nos quosdam scandalizatos quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati sunt prohibuimus; et nos quidem secundum veterem usum nostrae ecclesiae fecimus. Sed si omnino de hac re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant concedimus. Sed illud pro scandalo sedando concessum extimatur.

De sacramento altaris.

Post sacramentum baptismi et confirmationis sequitur eucharistiae sacramentum. Per baptismum mundamur, per eucharistiam in bono consummamur. Baptismus aestus vitiorum extinguit, eucharistia spiritualiter reficit. Unde excellenter eucharistia, id est bona gratia, dicitur, quia in hoc sacramento non modo est augmentum virtutis et gratiae, sed ille totus sumitur qui est fons et origo totius gratiae. Cuius figura praecessit quando manna Deus pluit patribus in deserto, qui cotidiano caeli pascebantur alimento. Unde panem angelorum manducavit homo. Sed tamen panem illum qui manducaverunt mortui sunt. Iste vero panis vivus qui de caelo descendit vitam mundo tribuit. Manna illud e caelo, hoc super caelum. Illud tabescebat in diem alterum reservatum; hoc ab omni corruptione alienum, quicumque religiose gustaverit corruptionem non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri, ubi submersis Aegyptiis liberati sunt Hebraei; item hoc caeleste manna non nisi renatis praestari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit; hic cibus caelestis fideles huius saeculi per desertum transeuntes in caelum sublevabit. Unde recte viaticum appellatur, quia in via nos reficiens usque in patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro baptismi figura praecessit, ita in manna significatio dominici corporis. Hoc

duo sacramenta demonstrata sunt, ubi de latere Christi sanguis et aqua fluxerunt, quia Christus per sanguinem redemptionis et aquam ablutionis nos redimere a diabolo et a peccato venit, sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore et per aquam maris ab Aegyptiis liberavit. In his autem sacramentis Christum in Melchisedech ostendit, ubi panem et vinum obtulit Abrahae. Unde dicit Ambrosius: Intellige dominica antiquiora esse sacramenta quam Iudaeorum. De institutione sacramenti.

Hic autem alia consideranda occurrunt, scilicet institutio, forma, sacramentum et res. Dominicum corpus instituit Christus post typicum agnum, corpus et sanguinem suum discipulis in coena porrigens. Unde Eusebius Emisenus: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis et illaturus sideribus, necesse erat ut die coenae sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret, ut coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium. De forma.

Forma vero est quam ipse ibidem edidit dicens: Hoc est corpus meum; et post: Hic est sanguis meus. Cum enim haec verba proferuntur, conversio fit panis et vini in substantiam corporis et sanguinis Christi. Reliqua ad Dei laudem dicuntur. Unde Ambrosius: Sermone Christi hoc conficitur sacramentum, quia sermo Christi creaturam mutat; et sic ex pane fit corpus Christi, et vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis consecratione verbi caelestis. Consecratio quibus fit verbis? Attende quae sunt illa: Accipite et comedite ex hoc omnes, hoc est corpus meum; et iterum: Accipite et bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus. Per reliqua omnia quae dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus. Item Augustinus: Credendum est quod in verbis Christi sacramenta conficiantur; reliqua omnia nihil aliud sunt quam laudes vel obsecrationes fidelium et petitiones. Cumque sit institutio et forma huius sacramenti, ubi consideratione dignum est quare illud sacramentum post coenam dederit discipulis. Dominus ergo Iesus ad immutabiles patriae mansiones migraturus, celebrato cum discipulis typico pascha, quoddam memoriale eis commendare volens, sub specie panis et vini corpus et sanguinem suum eis tradidit, ut ostenderet veteris legis sacramenta, inter quae praecipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari ac novae legis sacramenta substitui, in quibus praecellit mysterium eucharistiae. Ideo etiam post alia dedit, ut hoc vehementius memoriae discipulorum infigeret et ab ecclesia deinceps frequentaretur. Sed non ex inde disciplinam sancire imposterum ut post alios cibos sumatur; postea a ieiunis semper coepit, sicut docet apostolus, ut singularem reverentiam dominicum corpus haberet vel discernatur ab aliis cibis, quod dominus apostolis disponendum reliquit. Unde Augustinus ait:

Quare post alia cibo dedit corpus et sanguinem [illegible] pat[illegible]

p. z. q ad ordinem

Hon maius baptismo confirmatio ordo

Au. ce epi parvid

Confirmatio

D VIII

Cum non plenitudo gratie

Ex hoc est [illegible]

Manna venit de celo [illegible] angelorum

Excepto sabbato

tantum [illegible] manna pascha [illegible]

manna: panis angelorum dicitur, quia ministerio angelorum filiis Israel dabatur; vel quia significabat Christum, qui est panis angelorum.

pater cum primo acceperunt discipuli eucharistiam, non eos accepisse ieiunos. Numquid ideo calumniandum est universe ecclesie quod a ieiunis semper sumitur? Placuit enim Spiritui Sancto ut in honorem tanti sacramenti prius in os christiani dominicum corpus intraret quam alii cibi. Ideo per universum orbem mos iste servatur. Non enim quia post cibos Dominus dedit, ideo pransi vel cenati illud accipere debent, ut illi faciebant quos Apostolus redarguit. Namque Salvator, quo vehementius commendaret misterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus et memorie discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, apostolis per quos ecclesias dispositurus erat reservavit docendum.

De sacramento et re.

Nunc quid sit ibi sacramentum et quid res videamus. Sacramentum est invisibilis gratie visibilis forma. ¶ Forma ergo panis et vini que ibi videtur sacramentum est, id est signum sacre rei, quia preter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid facit in cogitationem venire. Tenent ergo species vocabula rerum que ante fuerunt, scilicet panis et vini. [illegible]

De re sacramenti.

Sacramenti geminata est res: una contenta et significata, altera significata et non contenta. *que est duplex*

Res contenta et significata est caro Christi quam de virgine traxit, et sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata et non contenta est unitas ecclesie in predestinatis, vocatis, iustificatis et glorificatis. Hec est duplex caro Christi. Ieronimus: Dupliciter inquit intelligitur caro Christi et sanguis: vel ea que crucifixa est et sepulta, et sanguis qui militis lancea effusus est; vel illa spiritualis ac divina de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus; et: Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, etc. Sunt igitur hic tria

De tribus que hic possunt distingui.

distinguenda: unum quod est sacramentum tantum, alterum quod est sacramentum et res, tertium quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non res est species visibilis panis et vini. Sacramentum et res caro Christi propria et sanguis. Res et non sacramentum mistica eius caro. Porro illa species visibilis sacramentum est gemine rei, quia utramque rem significat, et utriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis pre ceteris cibis corpus reficit et sustentat, et vinum hominem letificat atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem plus ceteris gratiis spiritualiter reficit et saginat. Unde [illegible] prelatus est. Habet etiam similitudinem cum re mistica, que est unitas fidelium, quia sicut ex multis granis conficitur unus panis, et ex pluribus acinis vinum in unum confluit, sic ex multis fidelium personis unitas ecclesiastica constat. Unde Apostolus: Unus panis et unum corpus multi sumus. Unde Augustinus: Unus panis et unum corpus ecclesia dicitur pro eo quod sicut unus panis ex multis granis et unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Hoc misterium pacis et unitatis nostre Christus in sua mensa consecravit. Qui accipit misterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non accipit misterium pro se, sed contra se. Sicut etiam sacramentum est corpus Christi proprium de virgine sumptum, quod est corpus unum ex multis membris purissimis et immaculatis constans, ita societas ecclesie ex multis personis a criminali macula liberis consistit. Tribulum vero typo [illegible] domini designatus [illegible], que sunt impiorum, et alie spine similia.

D IX

De duobus modis manducandi.

Et sicut due sunt res illius sacramenti, ita etiam duo modi manducandi: unus sacramentalis, quo boni et mali edunt; alter spiritualis, quo soli boni manducant. Unde Augustinus: Quid est Christum manducare? Non hoc est solum in sacramento corpus eius accipere; multi enim indigne accipiunt; sed in ipso manere et habere ipsum in se manentem. Spiritualiter enim manducat qui in unitate Christi et ecclesie, quam sacramentum significat, manet. Nam qui discordat a Christo, nec carnem Christi manducat nec sanguinem bibit, etsi tante rei sacramentum ad iudicium sui cotidie accipiat. Spiritualem manducationem Augustinus distinguens a sacramentali, ait: Ut quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti. Credere enim in eum, hoc est manducare panem et vinum. Qui credit in eum manducat eum. Item: Quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo. Si in me manet et ego in eo, tunc bibit. Qui vero non in me manet nec ego in illo, etsi accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. Item: Nulli ambigendum est tunc unumquemque corporis et sanguinis Domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur; nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam illum panem comedat et calicem bibat de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Quia illius sacramenti beneficio non privatur, quando ipse hoc quod illud sacramentum significat invenitur. In illo enim sacramento corpus et sanguinem suum nobis commendavit, quod etiam fecit nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus. Item: Qui discordat a Christo, non manducat carnem eius nec sanguinem, etsi tante rei sacramentum ad iudicium sibi cotidie accipit.

De errore quorundam qui dicunt a bonis tantum corpus Christi sumi.

Hec et alia huiusmodi de spirituali manducatione aguntur. Quidam obtuso corde legentes erroris caligine involuti sunt, adeo ut dicere presumpserint corpus et sanguinem Christi a bonis tantum sumi et non a malis. Sed indubitanter tenendum est a bonis sumi non modo sacramentaliter sed et spiritualiter; a malis vero tantum sacramentaliter, id est sub sacramento, scilicet sub specie visibili, carnem Christi de virgine sumptam et sanguinem pro nobis fusum sumi, sed non misticam que tantum bonorum est, quod sublimibus probatur testimoniis. Gregorius:

Ite[m] g. ad Aug.
[illegible]

Au. in iiii. libro de sententiis.

Au. in li. paschali.

[illegible]

Au. super Iohannem.

Ier. super ep. ad Eph.

Au. de sacramentis fidelium.

De blasphemia [illegible]

De verbis evang.

Au. in li. [illegible] prosper.

Au. de remedio penit.

Au. de verbis evang.

comedit

Au. de sacramentis fidelium.

¶ [illegible] talis corporis

Sic caput est sine similiter peccatum [illegible] per [illegible]

[illegible]

Christum manducare simplex.

spiritualis.

id est dampnationem.

id est [illegible] unitate ecclesie

Sacramentali

id est [illegible] uni[illegible] ecclesie

Simplex verbo. corpus misticum.

Spirituali
id est dampnationem.

¶ Error quorundam

¶ Sentencia [illegible]

carne tenenda sumi a bonis et malis.

[illegible] per fidem et [illegible] unitati ecclesie. [illegible] corpus est misticum [illegible] sacramentali debes accipere.

ablatiuus

Gregorius in dialogo

Au. de uerbis augustini

Au. super ioh.

accipienti · principium mortis carnis.

Est quidem imperitis et indigne sumentibus vera Christi caro et verus sanguis, sed essentia, non salubri efficientia. Item Augustinus: Cogitent indigne accipientes corpus Domini, de quibus ait Apostolus: Qui manducat et bibit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Cogitent, inquam, quam sit cavendum male accipere bonum. Fit enim malum, dum male accipitur bonum; sicut e contra Apostolo factum est bonum, cum bene acciperet malum, scilicet dum stimulum Sathane patienter portaret. Ergo et mala prosunt bonis, sicut angelus Sathane Paulo; et sancta obsunt malis. Bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Unde: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Non quia res illa mala est, sed quia malus male accipit quod bonum est. Item: Indigne quis sumens corpus Christi non efficit ut quia malus est, malum sit quod accipit; vel quia non ad salutem accipit, nihil accipiat. Corpus enim et sanguis Domini nihilominus erat in illis quibus ait Apostolus: Qui manducat indigne etc. His aliisque pluribus aperte ostenditur quod etiam a malis verum corpus Christi et sanguis sumitur, sed sacramentaliter, non spiritualiter.

de intelligentia quorundam verborum

Secundum hos duos modos sumendi et intelligentia quorundam verborum ambigue dictorum distinguenda est. Ait enim Augustinus: Bonus accipit sacramentum et rem sacramenti; malus vero sacramentum et non rem. Sacramentum hic dicit corpus Christi proprium de virgine ductum; rem vero spiritualem Christi carnem. Bonus ergo utramque Christi carnem accipit; malus vero tantum sacramentum, id est corpus Christi sub sacramento, et non rem spiritualem. Item: Non manducans manducat, et manducans non manducat; quia non manducans sacramentaliter aliquis manducat spiritualiter, et e converso. Et qui manducat spiritualiter, virtutem carnis et sanguinis Christi sumit, id est ipsam efficientiam, scilicet remissionem peccatorum. Propterea dicitur orando: Perficiant in nobis, Domine, quesumus, tua sacramenta quod continent, ut quod nunc specie gerimus rerum veritate capiamus. Rerum veritatem dicit ipsam efficientiam, quam prebent sacramenta sumpta ut sicut sacramentaliter Christi carnem sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel, ut petit sacerdos, ut Christum quem nunc sub specie panis et vini sumimus, manifesta visione sicut in se est tota divinitatis claritate capiamus. Constat igitur quod a bonis et malis sumitur corpus Christi; sed a bonis ad salutem, a malis ad perniciem.

au.

au.

Gregorius

Gregorius

X D

de heresi aliorum qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo.

opinio heretica

Sunt etiam alii precedentium insaniam transcendentes, qui Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum metientes audacius ac periculosius veritati contradicunt, asserentes in altari non esse corpus Christi vel sanguinem, nec substantiam panis vel vini in substantiam carnis et sanguinis converti; sed ita Christum dixisse: Hoc est corpus meum, sicut Apostolus dixit: Petra erat Christus. Dicunt enim ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, id est in signo, et tantum in signo manducari a nobis. Quorum erroris occasionem sumunt ex verbis Veritatis, quibus prima heresis facta est inter discipulos Christi. Cum enim diceret: Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit vitam; illi non intelligentes dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Et abierunt retro. Illis discedentibus instruxit duodecim qui remanserunt: Spiritus est, inquit, qui vivificat, caro autem nichil prodest. Verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Intellexistis spiritualiter? Spiritus et vita sunt. Intellexistis carnaliter? Etiam sic spiritus et vita sunt, sed vobis non sunt. Spiritualiter intelligite que locutus sum. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi; spiritualiter intellectum vivificabit vos; caro autem non prodest quicquam. Dicunt etiam et alia illa insanie fomentum ministrantia. Ait enim Augustinus: Donec seculum finiatur, sursum est Dominus, sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Domini. Corpus enim in quo resurrexit, in uno loco esse oportet; veritas autem eius ubique diffusa est. Item: Una persona Deus et homo, et utrumque unus Christus; ubique per id quod Deus est, in celo per id quod homo est. Christus etiam dicit: Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. His aliisque pluribus utuntur in assertione sui erroris.

Au. super ioh.

Au. de sententiis prosperi

determinatio premissorum

Que eadem ratione omnia accipienda sunt. Non enim his negatur verum corpus Christi a fidelibus sumi et in altari esse; sed his verbis Veritas apostolos instruxit, quod ipsius corpus non per partes discerpendum, ut putabant illi discipuli qui retro ierunt, sed integrum, nec visibiliter, sub forma panis et vini corpus et sanguinem nobis traderet. Quem sensum Augustinus confirmat dicens: Spiritualiter quidem, non ipsum corpus quod videtis manducaturi, spiritualiter invisibile, non ipsum visibile. Item: Et si necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse in uno loco, scilicet visibiliter in forma humana; veritas vero eius, id est divinitas, ubique est. Veritas etiam eius, id est verum corpus, in omni altari est ubicumque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est: Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, scilicet corporalem presentiam, qua cum eis conversabatur. Sed per id quod homo est, in celo est visibilis; invisibilis autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis et vini operitur. Unde visibilis caro eius dicitur, que invisibilis in altari; vel dicitur visibilis quia in specie sua apparet, invisibilis dicitur quia in aliena. Ait enim Augustinus: Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium ecclesie duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie et invisibili Domini nostri Iesu

xpi [illegible]

Au. in glosa ad cor.

Au. in libro sententiarum prosperi

carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi. Sicut enim Christi persona constat et conficitur ex Deo et homine, cum ipse Christus verus sit Deus et homo, quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus conficitur; conficitur autem sacrificium ecclesie duobus, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi, est igitur sacramentum et res sacramenti, id est corpus Christi. ¶ Ecce invisibilem dixit carnem Christi quae forma panis operta sumitur esse sacramentum. Idemque corpus Christi dicit esse sacramentum et rem, eaque confirmat quod superius dixit, addens quod magis movet lectorem. **Aug.** Caro, inquit, eius est quam forma panis opertam in sacramento accipimus, et sanguis eius quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro videlicet carnis et sanguis sacramentum est sanguinis; carne et sanguine utroque invisibili, intelligibili, spirituali significatur corpus Christi visibile et palpabile, plenum gratia omnium virtutum et divina maiestate. **Que sit intelligentia premissorum.**

Attende his verbis diligenter, quia ex eo quod Augustinus in his verbis Aug. quod solent res significantes rerum sortiri vocabula quas significant. Hic enim visibilis species panis vocatur nomine carnis, et visibilis species vini nomine sanguinis. Invisibilis vero et intelligibilis dicitur caro Christi, quia species illa non videtur caro, sed intelligitur; et ita de sanguine. Caro ergo invisibilis dicitur esse sacramentum carnis visibilis, quia species panis secundum quam non videtur caro illa est sacramentum carnis visibilis, quia carne invisibili et spirituali, id est specie secundum quam caro Christi non videtur caro, significatur corpus Christi quod est visibile et palpabile, ubi in sua forma apparet. Ita et de sanguine accipi debet. Quem sensum confirmat Aug. **Ita esse intelligendum** aperiens qualiter predicta intelligenda **dicit alius ubi sint**, quia obscure dicta videntur, consequenter dicens: **Aug.** Sicut ergo celestem panem, qui vera caro Christi est, suo modo vocamus corpus Christi, cum revera sit sacramentum **in li. sententiarum** corporis Christi, quod in cruce positum est, sic ipsa immolatio carnis, que fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, non rei veritate sed significante mysterio, ita sacramentum fidei dicitur fides. Satis responsum est hereticis obiectionibus corpus Christi negantium verum corpus Christi in altari esse, et panem in corpus, et vinum in sanguinem verti consecratione, qui dicentes: Quis audeat manducare dominum suum? Quis etiam audeat credere dici formari corpus Christi de materia ut sibi, que non fuit caro vel sanguis?

Auctoritatibus probat unum corpus esse in altari. Aliud panem.

Hec et his similia obiciunt illi, in divino mysterio legem nature sectantes, quorum presidium subvertunt auctoritatum testimonia. Ait enim Veritas: Accipite, hoc est corpus meum. Item **Ambr.** Si tantum valuit sermo Helie ut ignem de celo deponeret, non valebit Christi sermo ut species mutet? De totius mundi operibus legisti: Quia ipse dixit et facta sunt. Sermo ergo qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea que sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est dare quam mutare novas naturas rebus. Item: **Ambr.** Si ordinem quaerimus, viro mixta femina generare consueverat. Liquet ergo quod preter nature ordinem virgo generavit. Et hoc quod conficimus corpus ex Virgine est. Quid ergo hic queris nature ordinem in Christi corpore, cum preter naturam sit ipse partus ex Virgine? Item: **Ambr.** Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur; tu dicis: Amen, hoc est verum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat. Item Aug.: **Aug. in li. sententiarum Prosperi.** In specie panis et vini quam videmus, res invisibiles, id est carnem et sanguinem honoramus, nec similiter pendimus has duas species sicut ante consecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse et vinum quod natura formavit; post consecrationem vero carnem Christi et sanguinem quod benedictio consecravit. Item Ambr.: **Ambr. in li. de sacramentis.** Panis est in altari usitatus ante verba sacramentorum; ubi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Quomodo autem potest esse qui panis est corpus Christi? Consecratione. Que fit Christi sermone. ¶ Item: **Ambr.** Si tanta vis est in sermone domini ut inciperent esse que non erant, quanto magis operatorius est ut sint que erant et in aliud commutentur? Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat; et sic ex pane fit corpus Christi, et vinum cum aqua in calice missum fit sanguis consecratione verbi celestis. Item Aug.: **Aug. in sermone quodam de ubique ewangelii.** Sicut per Spiritum Sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis et vini idem corpus Christi et sanguis consecratur. Corpus Christi et veritas est et figura: veritas dum corpus Christi et sanguis virtute Spiritus ex panis vinique substantia efficitur; figura vero est id quod exterius sentitur. Item Eusebii Emiseni: **Eusebius.** Invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate convertit. ¶ Ex his aliisque pluribus constat verum corpus Christi et sanguinem in altari esse, immo integrum Christum ibi sub utraque specie, et substantiam panis in corpus, vinique substantiam in sanguinem converti.

De modo conversionis.

Si autem queritur qualis sit illa conversio, an formalis an substantialis vel alterius generis, diffinire non sufficio. Formalem tamen non esse cognosco, quia species rerum que ante fuerant remanent, et sapor et pondus. Quibusdam videtur esse substantialis, dicentibus sic substantiam converti in substantiam ut hec essentialiter fiat illa. Cui sensui premisse auctoritates consentire videntur. Sed huic sententie sic opponitur ab aliis: Si substantia panis, inquiunt, vel vini convertitur substantialiter in corpus vel sanguinem

XI D

Caro que videtur est illud invisibile et erit videbile

Ista de ipse q. et diuinitate et a uo. uel q̄stat.

Verbo

Sacramenti idest de sacramento

Quod invisibiliter

de celo ac glorificatus

uel sub gloria

idest oblatio

Quod dicitur quod a thelis ...

Aug. in li. de sacramentis

Ambr.

Nota

circa dicitur

quod accidentales formas

et bene

Formalis scilicet

idest convertatur in illam.

Principaliter declinat

Fidelem

De glorificata

principali

Formaliter

et bene

idest generat de illa.

et conversione

et quotidie fit aliqua substantia corpus vel sanguis Christi que ante non erat, et hodie est aliquid corpus Christi quod heri non erat, et quotidie augetur corpus Christi atque formatur de materia de qua in conceptione non fuit factum. Quibus hoc modo responderi potest: Quod non ea ratione dicitur corpus Christi confici verbo celesti, quod ipsum corpus in conceptu virginis formatum deinceps formetur, sed quia substantia panis vel vini, que ante non fuerat corpus Christi vel sanguis, verbo celesti fit corpus et sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi et sanguinem, quia eorum ministerio substantia panis fit caro et substantia vini fit sanguis Christi; nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi vel sanguis.

Quomodo corpus Christi dicitur confici de substantia panis.

Si autem queris modum quo id fieri possit, breviter respondeo: Misterium fidei credi salubriter potest, investigari salubriter non potest. Est ergo corpus Christi panis mutatione non augmentatum, nec sanguis ex vini conversione; divine voluntati et potentie ascribe, qui idem corpus de virgine eduxit. Fit ergo substantia illa ista sine augmento. Nec tamen concedunt quidam quod substantia panis aliquando sit caro Christi, et si fiat caro Christi. Dicitur farina facta est panis et aqua facta est vinum, nec tamen dicitur farina est panis et aqua est vinum. Alii vero concedunt illud quod erat panis vel vinum post consecrationem esse corpus et sanguinem, nec tamen sequitur: panis est caro Christi vel vinum est sanguis. Quia substantia panis vel vini postquam facta est caro Christi vel sanguis, non est substantia panis vel vini, sed caro et sanguis. Ideo distinguendum videtur cum dicitur: Substantia panis vel id quod erat panis modo est corpus Christi. Quando enim panis non est corpus Christi, sed mutatur in id quod facta est, est corpus Christi. Nec dicimus substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis, quia non de ea ut de materia formatur corpus, sed ipsa formatur in illud et efficitur illud. Unde Augustinus: Corpus Christi dicimus illud quod ex fructibus terre acceptum et prece mistica consecratum sumimus in memoriam dominice passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur ut sit tam magnum sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu Dei.

Augustinus in libro sententiarum Prosperi.

Augustinus in libro de trinitate.

Asserunt dicendum panem transire in corpus Christi.

Quidam vero sic dicunt conversionem illam esse intelligendam, ut sub illis accidentibus sub quibus erat prius substantia panis et vini, post consecrationem sit substantia corporis et sanguinis, sic tamen ut non eis afficiatur. Et sic asserunt dicendum panem transire in corpus Christi, quia ubi erat panis nunc est corpus Christi. Quod si est, quid ergo fit de substantia panis et vini? Illi dicunt vel in preiacentem materiam resolvi vel in nichilum redigi. Alii vero putaverunt ibi substantiam panis et vini remanere et ibidem corpus Christi esse et sanguinem, et hac ratione dici illam substantiam fieri istam, quia ubi est hec, est et illa. Quod mirum est ut ipsam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. Sed quod non sit ibi substantia nisi corpus Christi et sanguis ex predictis et subditis aperte ostenditur. Ait enim Ambrosius: Panem istum quem sumimus in misterio, illum utique intelligo qui manu Spiritus sancti formatus est in utero virginis, et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. Unde ait: Ego sum panis vivus qui de celo descendi; item: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ex his namque duabus sententiis aperte datur intelligi quod panis ille et iste non duo sunt, sed unus panis et una caro; procul dubio unum efficitur corpus. Illud vero, illud tamen quod sumptum est de virgine, quod resurrexit et in celum ascendit. Item Gregorius: Quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Christi ministerio angelorum choros adesse, summa et ima sociari, unumque quid ex invisibilibus atque visibilibus fieri. Idem: Eodem momento in celum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, et ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut divinitas verbi totum implet mundum, ita in multis locis illud corpus consecratur, nec sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus et unus sanguis. Et ideo sive plus sive minus quis inde percipiat, omnes equaliter corpus Christi integerrime sumunt. Post consecrationem non est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneant; est enim ibi species panis et vini et sapor. Unde aliud videtur, aliud intelligitur.

Ambrosius in libro de sacramentis.

Gregorius.

Quare sub alia specie.

Sub alia autem specie tribus de causis carnem et sanguinem tradidit Christus, et deinceps sumendum instituit. Ut fides scilicet haberet meritum, que est de his que non videntur, quia fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum; et etiam ideo ne abhorreret animus quod cerneret oculus, quia non habemus in usum carnem crudam et sanguinem comedere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in misterio carnem et sanguinem nobis commendavit; et etiam ideo ne ab incredulis religioni nostre insultaretur. Unde Augustinus: Nichil rationabilius quam ut sanguinis similitudinem sumamus, ut et ita veritas non desit, et ridiculum nullum fiat a paganis quod cruorem occisi hominis bibamus. Idem: Ne hec fierent, ne velum quidem horror esset cruoris, et similitudinem accepit sacramenti. Ex premissis iam liquet quare sub alia specie, et quare sub altera hoc sacramentum dominus celebraverit et celebrari a nobis instituit.

Gregorius.

Augustinus.

Augustinus.

Quare sub duplici specie.

Sed quare sub duplici specie sumitur, cum sub alterutra totus sit Christus? Ut ostenderetur totam humanam naturam assumpsisse, ut totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes anime a phisicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus

[illegible] ostendatur

Sup. epi. ad Corinthios.

speciebus celebratur, ut animae carnisque susceptio in Christo et utriusque liberatio in nobis significetur. Valet enim, ut ait Ambrosius, ad tuitionem corporis et animae quod percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut praefiguratum est in Moyse: Caro, inquit, pro corpore vestro offertur, sanguis vero pro anima. Et ideo licet tamen sub altera tantum specie sumatur quod ad utrumque valet, quia sub utraque specie sumitur totus Christus, si tamen sub una tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est corporis vel animae, non utriusque pariter tuitionem valere significaretur. Sub utraque tamen specie totus sumitur Christus, nec plus sub utraque, nec minus sub altera tantum sumitur. Sicut etiam quod est, ut ait Hylarius, in corpore Christi, quod in manna praecessit, de quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus paraverat, habuit minus. Et licet sub utraque specie sumatur totus Christus, tamen non fit conversio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. ¶ Nec debent dici duo sacramenta, sed unum, quia sub utraque specie idem sumitur. Neque iteratur sacramentum, quia benedictio non repetitur super eandem speciem. ¶ Neque aliae fruges in sacrificium vel vinum offerri debent, quia de aliis non potest confici corpus Christi vel sanguis. **Quare aqua miscetur.**

Hylarius.

Aqua vero admiscenda est vino, quia aqua populum significat, qui per Christi passionem redemptus est. Calix ergo dominicus, iuxta canonum praecepta, aqua et vino mixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, et credentium plebs ei in quem credit copulatur. Quae copulatio aquae et vini sic miscetur in calice Christi, ut mixtio illa non possit separari. Sola sacrificium tamen quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. ¶ Solet quaeri an irritum sit quod geritur, si aqua praetermittatur. Audi quod sequitur in eodem canone: Non potest, inquit, calix Domini esse aqua sola aut vinum solum, nisi utrumque misceatur, sicut nec panis. Calix Domini non est aqua sola aut vinum solum, nisi utrumque misceatur. Sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi utrumque fuerit adunatum et panis unius compage solidatum. ¶ Si quis tamen non intendens introducere haeresim, oblivione vel ignorantia aquam praetermiserit, non videtur esse irritum sacramentum, sed ille graviter est corripiendus. Illam ignorantiam et negligentiam a qua dicitur, quod etiam ex dictis Cypriani videtur posse colligi. Dicit enim: Sicut de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter id non servatur, quod nos Dominus facto et exemplo et magisterio docuit, potest simplicitati eorum indulgentia Domini venia concedi. Nobis vero non potest ignosci, qui nunc a Domino instructi sumus, ut calicem dominicum cum vino mixtum secundum quod Dominus obtulit offeramus. Ex hoc videtur quod si quis simpliciter vel ignoranter vinum offerat sine aqua, sacramentum ratum fiat. Aqua vero nullatenus sine vino potest offerri in sacrificio, nec panis nisi de frumento, nec granum frumenti nisi redactum fuerit in panem. Quia Christus se panem dicit et grano frumenti se comparat. **Determinatio prius.**

Julius papa.

Ciprianus.

Ciprianus.

¶ Quod ergo supradictum est, non posse vinum solum offerri, determinari oportet. Recipit exceptionem. **Solutio.** Non potest, nisi simpliciter et ignoranter fiat, vel non potest, id est non debet. Quibusdam tamen videtur hoc generaliter. Colligitur etiam ex Evangelio quod Christus vinum aqua mixtum dedit discipulis. Corpus vero tale dedit quale tunc habuit, id est mortale et passibile; sed nunc illud sumitur a nobis immortale et impassibile, nec tamen maiorem habet efficaciam. ¶ Eucharistia quoque intincta non debet dari populo pro supplemento communionis, quia non legitur Christus alicui discipulorum praebuisse panem intinctum nisi Iudae, tunc illo non accepit Iudas corpus, sed ostendit panem corpus suo et sanguine Christi a ceteris discipulis percipitur. **Ubi illa accidentia fundantur.**

Julius papa.

Au. super Iohannem.

Si autem quaeritur de accidentibus quae remanent, id est de speciebus et sapore et pondere, in quo subiecto fundantur, potius mihi videtur fatendum existere sine subiecto, quam esse in subiecto, quia ibi non est substantia nisi corporis et sanguinis dominici, quae non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem in se habet formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia ad mysterii ritum, ad gustus fideique suffragium, quibus corpus Christi habens formam et naturam suam tegitur. **De fractione et partibus.**

XII D.

Solet etiam quaeri de fractione et partitione quae ibi videtur fieri, utrum vera sit et si vera fractio est, cuius rei sit vel in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia quam Christi, sit in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi esse videtur. Sed esse cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale et impassibile, ipsum non posse esse videtur. Nam ipse reduxit carnalem sensum discipulorum, qui putabant Christi carnem sicut aliis in partem dividendam et morsibus dilacerandam. Ideo quibusdam placet quod **Opinio tertia** non sit ibi fractio sicut videtur, sed dicitur frangi quia videtur frangi. Quibus obicitur quod ait Ambrosius: Nihil falsum putandum est in sacrificio veritatis, vel sicut fit in magorum praestigiis, delusione quadam falluntur oculi, ut videatur esse quod non est. Ad hoc illi dicunt: Non fallit nos visus nec fallimur, quia dicitur sic videre et frangi, ut videtur. Nec illusio est, quia ad meritum fidei, non ad deceptionem tunc fit, sicut et Christus se ostendit duobus discipulis euntibus in specie peregrini, nec in eo tamen talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. ¶ Alii vero **Aliorum opinio** dicunt quod sicut ibi species panis est et non est ibi res cuius vel in qua sit illa species, ita est ibi fractio, quae non sit in aliqua re, quia nihil ibi frangitur. Quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, ut ibi sit fractio et nihil frangatur. ¶ Alii **Confessio Berengarii**

Ambrosius.

Opinio prima

Secunda

quarta

Confessio berengarii

Quid debuit intelligi in confessione heretici.

credunt corpus Christi essentialiter frangi et dividi, et tamen integrum et incorruptibile existere. Quod sic colligere asserunt ex confessione Berengarii, qui confessus est coram Nicholao papa et pluribus episcopis panem et vinum quae in altari ponuntur post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus et sanguinem Christi esse, et sensualiter non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari et frangi et fidelium dentibus atteri. Sententia probabilior.

Opinio certa et verior

Sed cum corpus Christi incorruptibile est, sane dici potest fractio illa et partitio non in substantia corporis, sed in ipsa forma panis sacramentali fieri, ut vera fractio et partitio sit ibi, quae fit non in substantia, sed in sacramento, id est in specie. Sic alii motus et similitudines sacramenti videntur frangi cum ibi sint sine subiecto. Hoc quidam asserunt ea ratione, quia non est ibi vera fractio et partitio, quae fit in specie vel in forma panis. Unde Apostolus ait: Panis quem frangimus, id est forma panis quae frangitur, in partes dividitur; Christus vero integer manet et totus est in singulis. Unde Aug.: Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? Tamen invitans nos ad manducandum ait: Qui manducat me, vivit propter me. Nec occiditur ut Christus manducetur, sed mortuos vivificat. Quando manducatur, reficit nec deficit. Vivit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducatur partes de illo facimus; et quidem in sacramento sic fit.

Aug. in sermone de verbis euang.

Norunt fideles quomodo manducent carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam. Unde et ipsae gratiae partes vocantur. Per partes manducatur et manet integer totus; per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in caelo, manet integer totus in corde tuo. Item: Ista dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, et aliud intelligitur. Videtur panis etiam calix, quod et oculi renuntiant; quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix est sanguis. Ex his satis datur intelligi quod fractio et partes quae ibi videntur fieri in sacramento fiunt, id est in specie visibili. Ideoque illa Berengarii verba ita distinguenda sunt, ut sensualiter non modo sacramento, sed in veritate dicatur corpus Christi tractari manibus sacerdotum; frangi vero et atteri dentibus vere quidem, sed in sacramento tantum. Vera ergo est ibi attritio et partitio. Sed in singulis partibus totus Christus est.

Ier. in sermone quodam.

Unde Ier.: Singuli accipiunt Christum dominum, et in singulis portionibus totus est, nec per singulas minuitur, sed integrum se praebet in singulis. Item Hylarius: Ubi pars est corporis, est et totum. Quid illae partes significent.

Quid autem partes illae significent, Sergius papa ostendit inquiens: Triforme est corpus Domini. Pars oblata in calicem missa corpus Christi quod iam surrexit monstrat; pars comesta ambulantem adhuc super terram; pars in altari usque ad finem missae remanens corpus iacens in sepulcris, quia usque in finem saeculi corpora sanctorum in sepulcris erunt. Sicut partes illae mysticam tenent significationem, ita etiam fractio passionis Christi et mortis est repraesentatio. Unde ipse ait: Hoc facite in meam commemorationem, id est in memoriam passionis et mortis meae. Similiter ait Ambr.: Quia morte Christi liberati sumus, huius in edendo et bibendo carnem et sanguinem memores esse debemus. Sed caveat quisque ne indigne percipiat, quod indignum manducanti. Non enim est panis qui vadit in corpus, sed panis vitae aeternae, qui animae nostrae substantiam fulcit. Sic ergo vive ut cotidie merearis accipere, ne accedas indignus. Indignus est qui aliter celebrat mysterium quam a Christo traditum est, vel qui cum mortale peccatum accedit. Quis indignus. Ergo si sunt peccata cotidiana, si non sunt mortifera, Aug.: Antequam accedatis, dimittite debitoribus vestris ut dimittatur vobis. Sic securi accedite: panis est salubritatis, non venenum. Sed ita accede spiritualiter manducans. Spiritualiter enim manducat qui innocentiam ad altare portat. Si illud sit sacrificium et immoletur Christus.

Post hoc quaeritur si quod gerit sacerdos proprie dicatur sacrificium vel immolatio, et si Christus cotidie immoletur vel semel tantum immolatus sit. Ad hoc breviter dici potest illud quod offertur et consecratur a sacerdote vocari sacrificium et oblationem, quia memoria est et repraesentatio veri sacrificii et sanctae immolationis factae in ara crucis. Semel Christus mortuus in cruce est, ibique immolatus est in semetipso; cotidie autem immolatur in sacramento, quia in sacramento recordatio fit illius quod factum est semel. Unde Aug.: Certum habemus quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur etc. Tamen ne obliviscamur quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, scilicet quotiens pascha celebratur. Numquid totiens Christus occiditur? Sed tamen anniversaria recordatio repraesentat quod olim factum est, et sic nos facit moveri tamquam videamus dominum in cruce. Item: Semel immolatus est Christus in semetipso, et tamen cotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum est, quia in manifestatione corporis et distinctione membrorum semel tantum in cruce pependit, offerens se Patri hostiam redemptionis efficacem, eorum scilicet quos praedestinavit. Item Ambr.: In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Etsi cotidie offerimus, ad recordationem mortis eius fit, et una est hostia, non multae. Quomodo una et non multae? Quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: idipsum semper, idipsum offertur; proinde hoc est sacrificium ali ideo quia in multis locis offertur, multa sunt Christi corpora? Sed unus ubique est Christus, et hic plenus existens, et illic plenus. Sicut quod ubique offertur unum est corpus, ita unum est sacrificium. Christus hostiam obtulit, ipsam offerimus et nunc. Sed quod nos agimus in recordatione est sacrificii. Hoc causa sue infirmitatis repetitur, quia perficere hominem non potest, sed nunc quia cotidie peccamus. Ex his colligitur sacrificium esse et dici quod agitur in altari, et Christum semel oblatum et cotidie offerri, sed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam que sit virtus huius **De virtute sacramenti** sacramenti ostenditur, remissio scilicet peccatorum venialium et perfectio virtutum. [illegible] **De causa institucionis.**

Iteratur autem hoc sacramentum duabus de causis: in augmentum virtutis, scilicet caritatis, et in medicinam cotidiane infirmitatis. Unde Ambrosius: Si quotiens effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. Item Augustinus: Iteratur cotidie hec oblatio, licet Christus semel sit passus, quia cotidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Quia cotidie labimur, cotidie Christus mistice pro nobis immolatur. Dedit enim nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos cotidie peccamus et ille iam mori non potest, per hoc sacramentum remissionem consequamur. Cotidie comeditur Christus et bibitur in veritate, sed integer et vivus manet. Item misterium fidei dicitur, quia credere debes quod ibi salus tua consistit. **Quotiens communicare debemus.**

Solet queri utrum cotidie communicandum sit. Audi quid inde sentiat Augustinus: Cotidie eucharistiam accipere nec laudo nec vitupero; omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistie perceptione quam purificari. Et ideo, licet quis peccato mordeatur, si peccandi non de cetero habeat voluntatem et satisfaciat lacrimis et orationibus, accedat securus. Sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non gravant. ¶ Si non frequentius, saltem ter in anno homines communicent, nisi forte quis criminalibus impediatur: in Pascha scilicet, et Pentecosten, et Natali. Omnes ergo communicent qui noluerint carere ecclesiasticis liminibus. **Si heretici vel excommunicati hoc sacramentum conficiant.**

Solet etiam queri utrum precisi sacerdotes hoc sacramentum conficiant. Ad quod dici potest quod aliqui, licet precisi sint, consecrant vere, si qui ut ait Augustinus nomine sacramenti et fidei vitam, quia non in merito consecrantis sed in verbo efficitur creatoris. Unde Augustinus: Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis et sanguinis domini nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacrificium sacerdote, quia non in merito consecrantis sed in verbo perficitur creatoris et virtute Spiritus sancti. Credendum enim est quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum suam efficit carnem et sanguinem. Item Gregorius: Putaverunt quidam confectionem corporis nullo esse sanctificatam, si illorum fuerit oblatio quorum vita coram oculis dei ignobilis habetur. Hi magnum laqueum incidunt, ut divina ac celestia misteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum unus idemque sit deus in toto, et invisibiliter ea visitando sanctificet et sanctificando benedicat. Misterium id dicitur quod secretum et reconditum habeat dispensationem. Sacrificium vero, quasi sacrum factum, quia prece mistica consecratur pro nobis in memoriam passionis dominice. Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res ita fit ut aliquid significare intelligatur quod sancte accipiendum est. Sacramenta sunt baptisma, crisma, corpus et sanguis. Que ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento visibilium rerum divina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde a secretis virtutibus vel a sacris sacramenta dicuntur. Sacrificium vel aliud sacramentum grece eucharistia dicitur, latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine Christi? Sive ergo per bonos sive per malos ministros intra ecclesiam dispensetur, sacrum tamen est, quia Spiritus sanctus mistice illud vivificat. Nec bonorum dispensatorum meritis amplificatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore domini, hoc etiam de baptismate et crismate sentiendum est et recipiendum, quia intus divina secreto operatur, et divina solummodo est hec virtus sive potestas, non humane efficientie.

¶ Illi vero qui excommunicati sunt vel de heresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint, quia nemo dicit in ipsa consecratione "offero" sed "offerimus" quasi ex persona ecclesie. Unde cum alia sacramenta extra ecclesiam possint celebrari, de hoc non videtur. Unde Augustinus videtur innuere dicens: Recolite nomina et advertite veritatem. Missa enim dicitur eo quod celestis missus ad consecrandum vivificum corpus adveniat, iuxta verba sacerdotis dicentis: ¶ Omnipotens deus, iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum etc. Ideo nisi angelus venerit, missa nequaquam iure vocari potest. Numquid enim si hoc misterium hereticus fuerit ausus usurpare, angelum de celis mittit deus oblationem eius consecraturum? Cum tamen eis deus per prophetam comminatus sit dicens: Maledicam benedictionibus vestris. Et si benedictionibus eorum se asserit maledicturum venire, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse benedici quam sciret ad se forte maledictam cum sua benedictione? Sicut deus maledixit benedictionibus hereticorum, iste monitus benedixerit, quis eum prevalebit? Sed benedictio maledicta michi

¶ Gregorius: Maledicam benedictionibus vestris, id est his que meis beneficiis vel donis non possidetis, vel quicquid

¶ Quia non perficit hominem vel [illegible]

¶ Representeretur

Ambrosius

Augustinus

Gregorius

De communicatione

¶ Communicatum alii perfecto

Fabianus papa

Anacletus

¶ [illegible] debent communicare

XIII D

¶ id est remanent

Augustinus in libro de corpore domini

Conficitur: deus auctor; sacerdos minister; verbis virtute et efficacia.

[illegible]

¶ id est alicuius commodi largitione

¶ Quia de fonte tocius gratie

¶ Nota quod non dicit quod non posse sed non videtur

Augustinus in sermone de corpore Christi.

¶ Scilicet hoc nomen missa

vel quod missum est

¶ collecte vel altari in missa completur lum potuit redigere illa? [illegible] summa communicatis dei. Ex his colligitur quod hereticus a catholica ecclesia precisus nequeat hoc sacramentum conficere, quia sancti angeli qui huius misterii celebrationi assistunt, tunc non assunt quando hereticus vel simoniacus hoc misterium temerarie presumit. [illegible] Non enim dubitari licet ubi corporis dominici et sanguinis misteria geruntur supernorum civium adesse conventus. In huius autem misterii expletione, sicut et formam servari et ordinem, ita et ut sacerdos intentionem adhibere oportet ut illud facere intendat. Sed si non credit de illo misterio sicut veritas habet, si aliquid potest intendere illud conficere? Et si non intendit, nunquid conficit? Aliqui dicunt etiam non recte de illo misterio sentientem posse intendere, non quidem illud conficere, quia iam esset recte credere, sed agere quod geritur ab aliis dum illud conficitur; et sic adhibetur intentio. Et si intentio dicatur de eo conficiendo illud misterium, tamen quo intendit cadit, et agere que ab aliis geruntur implet misterium.

a nobis benedicitur. Legitur in verbis domini sacerdotibus de his qui sic agunt verba dicta a Deo ad illos per Malachiam de sacerdotibus dicta dominus dicit: Maledicam benedictionibus vestris, et que vos benedicitis per me erit maledictum.

Greg. super Ezechielem. Qui in expositione sacri eloquii a veritatis auctoribus placant? alii quid fingit? sua [illegible] non dei. Quia autem multis dicitis? [illegible] qui illic qui protulit senserit, et si sub alio intellectu tamen ad edificationem caritatis tendit, domini sunt verba que dicit.

Illud etiam sane potest dici quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumit mus, vel quid manducat? Deus novit. Hec de celesti misterio aliquatenus perstringimus a catholicis fideliter tenenda. Qui enim contradicit his hereticus iudicatur. Quid faciat hereticum. et quid sit hereticus.

Verum si ignores quid hereticum faciat et quid sit hereticus, audi breviter quid inde sancti doctores tradant. Hylarius ait: Extiterunt plures qui celestium verborum simplicitatem pro arbitrio susciperent, non veritatis ipsius absolutionem, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim est heresis, non de scriptura est; et sensus, non sermo fit crimen. Idem in vii. Intelligentie sensus in crimine est. Ier. dicit quod ex tribus modis [illegible] heresis. Aug. distinguens quid sit hereticus ait: Hereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur. De penitencia.

XIIII D

Post hec de penitencia agendum est. Penitencia a longe positis adeo necessaria est ut appropinquent. Est enim, ut ait Ieronimus, secunda tabula post naufragium, quia si quis vestem innocentie in baptismo perceptam peccando corrumpit, penitencie remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus, ubi deponitur vetus homo et induitur novus. Secunda penitencia, qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reversa repellitur et novitas perdita resumitur. Post lapsum per penitenciam renovari valent, sed non per baptismum. Licet homini sepius penitere, sed non baptizari. Baptismus tantum est sacramentum, sed penitencia dicitur et sacramentum et virtus mentis. Est enim penitencia interior et penitencia exterior. Exterior sacramentum est, interior virtus mentis est; et utraque causa iustificationis et salutis est. Utrum vero omnis exterior penitencia sit sacramentum, vel si non omnis, que hoc nomine censenda sit, in sequentibus investigabimus. A penitencia cepit Iohannis predicatio dicentis: Penitenciam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Quod autem preco docuit, idem postea veritas docuit, exordium sermonis sumens a penitencia. Unde

Penitencia dicitur a puniendo, quia quis punit illicita que commisit. Penitencia itaque timore concepimus. Unde Ysaias: A timore tuo domine concepimus et peperimus spiritum salutis. Est autem penitencia, ut ait Ambrosius, et mala preterita plangere et plangenda iterum non committere. Item Greg. Penitere est ante acta peccata deflere et flenda non committere. Nam qui sic alia deplorat ut alia tamen committat, adhuc penitenciam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxurie quis defleat et adhuc avaritie estibus anhelat? His verbis quidam vehementius inherentes contendunt vere penitentem iterum non peccare damnabiliter, et si graviter peccaverint, verum non fecisse penitenciam. Quod etiam aliis muniunt testimoniis. Ait enim Ysidorus: Irrisor est et non penitens qui adhuc agit quod penitet. Nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reversus ad vomitum et penitens ad peccatum. Multi lacrimas indesinenter fundunt et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrimas ad penitenciam cerno et affectum penitencie non habere, quia inconstancia mentis nunc recordatione peccati lacrimas fundunt, nunc reviviscente usu ea que fleverant iterando committunt. Et Ysaias de peccatoribus dicit: Lavamini, mundi estote. Lavatur et mundus est qui preterita plangit et flenda iterum non admittit. Lavatur et non est mundus qui plangit que gessit nec deserit, et post lacrimas ea que defleverat repetit. Item Aug. Inanis est penitencia quam sequens culpa coinquinat. Nichil prosunt lamenta si replicantur peccata. Nichil valet veniam a malis poscere et mala denuo iterare. Item Greg. Qui admissa plangit nec tamen deserit, pene gravioris se subicit. Item Ambr. Reperiuntur qui sepius agendam penitenciam

Magister

Beda in omelia pasche.

sc. forma tenenda

hylarius in ii. libro de tri.

Super Osee.

Au. in lib. de utilitate credenda.

Quid heresis dicitur [illegible]

Diffinitio penitencie.

Ambrosius.

Greg.

Ysidorus in lib. de summo bono.

Au. in lib. de penitencia.

Greg.

plurimos ut desperaret

perunt. qui luxuriantur in Christo. Illam si vere in se penitentiam agerent. iterandam postea non putarent. quia sicut unum baptisma. ita est una penitentia.

Am. super epistolam ad corinth.
Item super octonarium xxii

¶ His aliisque pluribus utuntur in assertione sue oppinionis. Sed Ambrosius dicit. Hec vera penitentia est cessare a peccato. Magnus profectus est renunciasse erroribus. imbutos enim vitiis animos eruere atque emendare. virtutis est perfecte et celestis gratie. Id sane ita distingui potest.

Diffinitio

¶ Penitentia est dicto primis gratia qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus. et plangenda ulterius committere nolumus. quia sic penitentia vera est. talis dolere. et odire vitia. unde illa que sunt premissa. Penitentia est autem ante acta deflere. et flenda non committere. que sic accipi possunt. ut non ad diversa tempora sed ad idem referantur. ut in tempore quo deflet premissa mala. non committat voluntate vel opere flenda. Quod in multis ex libris consequentibus. Illam quoque sic alia deplorat. Item.

Au. in enchi.

Hic Aug. ait. Cavendum est ne quis existimet infanda illa crimina. qualia qui agunt regnum dei non possidebunt. cotidie perpetranda. et elemosinis cotidie redimenda. In melius est quippe vita mutanda. et per elemosinas de peccatis preteritis propitiandus est deus. non ad hoc emendus quodammodo ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi. et si miserando deleat commissa peccata. si non digna satisfactio negligatur.

Pius pp.

Item Pius papa. Nichil prodest homini ieiunare et orare. et alia religionis opera agere. nisi mens ab iniquitate revocetur. Qui ergo amat sic mentem revocat. ut commissa plangat et plangenda committere non velit. nec satisfacere negligat. vere penitet. Hec ideo non est vera penitentia que fit per de proposito. Si casu et infirmitate peccabit.

¶ penitentia idem

Ille autem irrisor est non penitens. qui sic commissa plangit ut plangenda voluntate vel opere committere non declinat. Ille etiam qui post lacrimas reperit que fleverit. lavatur ad tempus. sed non est mundus. quia illa mundicia non est ei sufficiens ad salutem que est momentanea non perseverans. Item. Inanis est penitentia quam sequens culpa maculat. Sic intelligendum est. Inanis est. id est carens fructu vite penitencie que sequenti culpa non inquinatur. Vite enim fructus est vitatio gehenne. et adeptio glorie. Mortificatur enim illa penitentia. et alia ante acta bona. per sequens peccatum. quia non servantur mercedem quam meruerunt. cum fierent. et quam haberent. si peccatum non succederet. Sed si de peccato succedenti penitencia agatur. penitentia que precessit. et alia ante acta bona. reviviscunt. sed illa tantum que ex caritate prodierunt. Illa enim sola viva sunt. que in caritate fiunt. Idcirco si post quam per peccata mortificantur. per subsequentem penitentiam reviviscere possunt. Que vero sine caritate fiunt mortua in matrice generantur. Ideo per penitentiam reviviscere non valent. Similiter intelligendum est illud. Nichil prosunt lamenta et cetera. et illud. Nichil enim valet et cetera. Dum iterum replicantur peccata nichil valet ad salutem. vel ad veniam. in fine presentis lamentum. quia nichil reliquerit de vite mundicia. quia peccata dimissa redeunt. ut quibusdam placet. cum replicantur. Et si non redeunt. eis tamen deletis post ingratitudinem. reatus rursus innumeris constringitur. cum adhuc inexpiandis implicatur. ac si iam deleta redirent. De hoc tamen si an peccata redeant. plenius agetur.

opus quedam

nisi post offensam

¶ Similiter nichil valet ad salutem obtinendam. et ad mundiciam vite hujusdam veniam de maleficiis poscere. et mala denuo tentare. Ita etiam intelligendum est illud. quod idem Aug. ait. Penitentia est quedam dolentis vindicta semper puniens in se quod dolet admisisse. In ista continue dolendum est. quod ex ipso declaratur in sequenti dicto. Nisi ut tibi vis penitentie enim est penam tenere. ut semper puniat in se ulciscendo quod commisit peccando. Ille penam tenet. qui semper vindicat quod commisisse dolet. Penitentia ergo est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse. Quid restat nobis nisi dolere in vita. Ubi enim dolor finitur. deficit et penitentia. Si vero penitentia finitur. quid relinquitur de venia. Tamdiu gaudeat et speret de gratia. quamdiu sustentatur a penitentia. Dicit enim dominus. Vade et amplius noli peccare. Non dixit. ne pecces. sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo servabitur. nisi dolor in penitentia continue custodiatur. Hic semper doleat. et de dolore gaudeat. et non sufficit satis quod doleat. sed ex fide doleat. et non semper doluisse doleat.

Au. in lib. de penit.
hic dicit semper ... de ... sub intelligi.

post penitentiam dolendum

Au.

Formula
et in mundo

De eadem ad intelligentie uberem

De penitentia perfecta et ad salutem sufficienti intelligendum est quod supra dixit. Penitentia est vindicta semper puniens quod commisit. et alia. Illud vero si penitentia finitur. nichil de venia relinquitur. dupliciter accipi potest. Si enim iuxta quorundam intelligentiam peccata dimissa redeunt. facile est intelligere. nichil de venia relinqui. quia peccata dimissa. iterum replicantur. Sicut enim ille qui conservum in libertatem manumittit. si tamen non liber est. iterum post offensam in servitutem postea revocatur. sic et penitentia peccata vere dimittuntur. iterum post offensam que replicatur iterum redeunt. Si vero non redire dicantur. sane potest dici. Ille nichil de venia relinqui. Non quod dimissa peccata iterum imputentur. sed quia post ingratitudinem reatus est innumerabilibus constringitur. ac si illa redirent.

subdistincte ... ut.

De sollempni et unica penitentia.

Illud autem quod Ambrosius ait. reperiuntur et cetera. Sicut unum baptisma. ita una penitentia. non secundum generalem. sed secundum quendam morem ecclesie de sollempni penitentia debet intelligi. que apud quosdam semel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambrosii: Poenitentia semel usurpata nec vere celebrata et fructum prioris aufert et usum sequentis amittit. De sollempni intelligitur. Sollempnis vero poenitentia, ut ait quidam, est quae fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere et cilicio, quae pro gravioribus et horrendis sceleribus et de manifestis delictis tantum imponitur. Illa non est iteranda pro reverentia sacramenti, ne vilescat et contemptibilis fiat hominibus. Unde Augustinus: Caute satis et salubriter provisum est, ut locus illius humillimae poenitentiae semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit. Quis tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini qui post poenitentiam primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Origenes quoque de hac sollempni poenitentia, quae pro gravioribus criminibus iniungitur, ait: Si nos aliqua culpa mortalis invenerit, quae non in crimine mortali vel in blasphemia fidei, sed in sermonis vel morum vitio consistat, haec culpa semper reparari potest. Ideo interdum aliquando debes poenitentiam agere, sed non tam de gravioribus criminibus. In gravioribus enim criminibus semel tantum poenitentiae conceditur locus. Communia quae frequenter incurrimus, semper poenitentiam recipiunt et semper redimuntur. Communia dicit venialia peccata, et forte mortalia quaedam, aliis minus gravia, quae sicut saepe committuntur, ita frequenter per poenitentiam dimittuntur. Sed de gravioribus semel tantum agitur poenitentia, scilicet sollempnis. Nam et de illis si iterentur, iteratur poenitentia, sed non sollempnis. Quod tamen in quibusdam ecclesiis non servatur. Auctoritatibus probat quod non semel tantum.

Ambrosius.

Augustinus ad Macedonium.

Origenes super Leviticum.

Quod vero poenitentia non semel sed frequenter prosit tantum agatur, sed frequenter iteretur, et dimittuntur per eam item venia praestetur, pluribus sanctorum per penitentiam testimoniis probatur. Ait enim Augustinus sciens esse haereticos quosdam, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse poenitentiam: Ita adhuc insistunt perfidi, qui sapiunt plus quam oportet sapere, non sobrii, sed excedentes mensuram, dicunt etsi semel peccantibus post baptismum valere poenitentiam, non tamen saepe peccantibus prodesse iteratam. Alioquin remissio ad peccandum esset incitativa. Dicit enim quis: Non semper peccaret, si semper redire posset. Dicunt enim Dominum incitatorem malorum, si semper poenitentibus subveniret, et placere peccantibus, quibus semper praesto est gratia. Errant autem. Constat enim ei multum peccata displicere, qui semper praesto est ea destruere; si enim ea amaret, non ita semper ea destrueret. Item ad Macedonium: Si tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post poenitentiam, post altaris reconciliationem vel similia vel graviora committant, tamen Deus facit etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit quam ante tribuerat largissima munera vitae ac salutis. Et quamvis eis in ecclesia locus ille poenitentiae non concedatur, Deus tamen super eos suae patientiae non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: Dicite mihi utrum aliquid mihi prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, si me poenitendo vehementius quam prius excruciavero, si uberius flevero, si melius vixero, si pauperes largius sustentavero, si caritate ardentius flagravero, quis nostrum ita desipit ut huic homini dicat: Nihil tibi ista in posterum proderunt; vade saltem huius vitae suavitate fruere? Avertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam. Item Iohannes Crisostomus de reparatione lapsi: Talis tu crede, talis est erga homines pietas Dei. Si tantum sperne poenitentiam fieri sincere et simpliciter offeratur, etiam si ad summum pervenias malorum, vel tamen velle recedere, admittit vitam suscipere, libenter amplectitur, et facit omnia quatenus ad priorem revocet statum. Quod est adhuc praestantius et eminentius, etiam si non possit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcumque tamen et quamlibet brevi tempore gestam non respuit poenitentiam, suscipit etiam ipsam, nec patitur cuiusquam conversionis perdere mercedem.

Aug. ad Macedonium.

Crisostomus.

Exemplis etiam hoc idem asseri potest. David enim per poenitentiam adulterii simul et homicidii veniam impetravit, tamen graviter peccata deliquit, in ipsa tamen eiulatione quod per multitudo prostrata ostenditur. ¶ Illud autem mirabile est quod angelo feriente plebem se obtulit dicens: Grex iste quid fecit? Fiat manus tua in me et in domum patris mei. Quo facto sacrificio dignus iudicatus est, qui absolutione existimabatur indignus. Nec mirum si valuit sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est veniam, cum Moyses se offerendo se pro plebis errore peccata diluerit. ¶ His aliisque pluribus testimoniis evidenter ostenditur non semel tantum sed saepius nos a peccatis surgere, et veniam poenitentiae saepius agi. Voluntarie enim peccantibus nobis, ut ait Apostolus, non relinquitur hostia pro peccatis, id est, quod semel tantum Christum oportuit pati, nec relinquitur secundum baptisma. Relinquitur vero secunda poenitentia, tertia et deinceps, ut Iohannes Crisostomus super hunc locum ait: Sciendum, inquit, quia hic quidam exsurgunt, haereticorum occasionem poenitentiam auferentes, quod per poenitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere. Secunda, tertia et deinceps. Unde in hoc etiam poenitentiam non excludit, nec propitiationem quae saepe fit per poenitentiam, sed secundum baptismum et hostiam. Quod pluries iterentur peccatis non potest de uno vere poenitere nisi de omnibus poeniteat.

Ambrosius in apologia David.

Crisostomus.

XV D

Opinio erronea

Et sicut de predictis auctoritatibus illorum error convincitur qui penitenciam sepius agendam et post eam a lapsu peccantes frequenter surgere diffitentur, ita eisdem illorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de uno vere penitere eiusdemque veniam a domino consequi veniam posse sine aliorum penitencia. Quod etiam auctoritatibus astruere conantur. Ait enim propheta: Non iudicabit deus bis in id ipsum. Vel ut alii transtulerunt: Non consurget duplex tribulacio. Si ergo inquiunt illi aliquis sacerdoti fuerit confessus unum de duobus vel pluribus peccatis, et de illo iniunctam sibi a sacerdote satisfactionem expleverit, ceteris tacitis, non pro illo peccato ulterius iudicandus est de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in ecclesia gerit. Atque si de eo iterum iudicetur, bis in id ipsum iudicat deus et consurget duplex tribulacio. Sed debet ergo tantum oportet illud intelligi, qui presentibus suppliciis commutantur in bonum. Sic presumitur super quos non consurget duplex tribulacio. Alii vero tam flagella duriores et acriores fiunt, ut penis presentibus eterna connectuntur, ut temporale supplicium sit eis eterne pene initium. Unde Augustinus: Ignis succensus est a furore meo, id est vindicta, hic incipiet et ardebit usque ad eternam dampnacionem. Hoc de illis notandum est qui dicunt illud, scilicet Non iudicabit deus bis in id ipsum, ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur, alii hic et in eternum puniuntur.

Naum propheta

Vel ut alii tr

determinacio pre- cedentium

Deu. in cantico deuteronomio

Quot modis contingit flagella

¶ Quinque enim modis flagella contingunt. Vel ut iusti merita per pacienciam augeantur, ut Iob. Vel ad custodiam virtutum, ne superbia temptet, ut Paulo. Vel ad corrigenda peccata, ut Marie lepra. Vel ad gloriam dei, ut de ceco nato. Vel ad initium pene, ut Herodi, quatinus hic videatur quid in inferno sequatur. Sed aliud, duplici contricione contere eos. Illa ergo auctoritas nullum non cogit nos sentire omnia que temporaliter puniuntur non ulterius a deo punienda.

Beda.

Ieremias

De egiptiis et israhelitis domine

¶ Nam et si super eundem locum Ieronimus dicat egiptios et israhelitas a deo temporaliter punitos, ne in eternum punirentur, non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. Ait enim dominus: Quod genus humanum diluvio, Sodomitas igne, egiptios mari, israhelitas in heremo perdidit, severe id est temporaliter pro peccatis punisse, ne in eternum puniret, quia non iudicat deus bis in id ipsum. Qui ergo puniti sunt, postea non puniuntur, alioquin mentitur scriptura, quod nefas est dicere.

Iero.

penitentes

Que sit intelligencia premissa

Attende lector quod superius dictum est, ne de omnibus generaliter intelligas, sed de his tantum qui inter ipsa flagella penitenciam egerunt, credentes in deum hebreorum, quia tantum breve tempus mortificationem tantum non respuit deus. Quod autem qui pro temporale flagellum non corriguntur, post eternaliter puniantur, ibidem ostenditur. Agens de fideli deprehenso in adulterio, qui decollatur, non ostendit levia peccata brevi et temporali supplicio purgari. Magna vero diuturnis eternisque suppliciis reservari cruciandis. Queritur his: aliquis si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, et falsum est quod dicitur: Non iudicabit deus bis in id ipsum. Aut non punietur, et optimum est adulteris ut hic gravi pena puniantur, ut frustrentur in cruciatus eternos. Ad quod respondendum dicitur: Ut omnium rerum ita suppliciorum deus scit mensuras. Non prevenit sentenciam iudicis, nec illi in peccatorem exercende dehinc pene aufert potestatem, et magnum peccatum magnis et diuturnis luit cruciatibus. Si quis punitus sit, ut ille qui in Israhel maledixerat, et qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non punientur, quia culpa levis presenti supplicio compensata, sicut levis enim culpa levi supplicio compensatur. Hic satis innuit Ieronimus gravia peccata et hic puniri gravi supplicio et nichilominus punienda eternaliter, de quibus penitencia non agitur inter flagella. Levia vero que hic puniuntur levi pena compensata eadem recipere, quod in levius sit non ambiguum, criminalibus forte etiam sit tantum. Satis iam apparet quod illa de propheta inducuntur non facere pro eis qui dicunt ei cui crimen servatur a deo veniam prestari per penitenciam.

Iero.

Contra

Prin

Iero.

Aliasque auctoritates inducebant. Ait enim Gregorius: Pluit dominus super unam civitatem et super aliam non pluit, et eandem civitatem ex parte compluit et ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit ab aliis viciis se corrigit, una eademque civitas ex parte compluitur et ex parte arida remanet. Quia sunt quidam qui cum quedam vicia resecant, in aliis graviter perdurant. Item Ambrosius: Prima consolacio est quod non obliviscitur misereri deus. Secunda per punicionem, ubi et si desit fides pena satisfacit et relevat. Racione quoque utuntur dicentes: Si aliquis unum peccatum confitetur, et ab eo iniunctam satisfactionem a sacerdote in iunctam explevit, numquid si postea ceterorum criminum fuerit confessus, pro utroque ei penitencia iniungitur? Longe est hoc a racione et ecclesie consuetudine, ergo si que pro eodem peccato, nisi iteretur, nullus bis penitenciam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, unde peccatum deletum videtur.

Gregorius super ezech.

h consolacio

Ambrosius super octavum xvi.

·i· ōsēā

Quomodo accipienda sit pluvia ca.

His respondetur postea sic illud Gregorii: Pluit dominus etc. Non ad criminis veniam, sed ad operis peccati desertionem referendum est, ut id pars civitatis dicatur compluta, quia ab actu et delectacione peccati, quam ante sentiebat, modo cessat, non quod et veniam habeat. Vocaturque pluvia illa, taliter gracia, qua ab opere peccati revocatur, quia et ferme

Nota versus

Iob probat, temptat Paulum, purgat peccata Mariam,
Herodem punit, ceco Christum manifestat.

gratia dei, quod vix intelligitur, ut sic paulatim ad penitentiam veniat. Vel eo minus punitur a deo, quia diu in non delectatione et actu peccati magis sibi accumulasset tormentum. Vel ideo ad indulgentiam rediturus punitur, ut refertur evangelice serie continetur videlicet. Sicut ipse in matheo quia quis proximo suo non dimiserit, etiam que dimissa sunt replicantur ad penam; multo magis que nondum sunt dimissa, ex predictis ad penam reservari probantur. Vel ille qui arbitrio sue voluntatis constitutus est, non potest inchoare novam vitam, ut ait Augustinus: Nisi peniteat eum veteris vite; quomodo ad novitatem indulgentie perveniet, qui odit vetustatem non deposuit? ¶ Illud etiam quod Ambrosius ait: ubi fides deest, pena satisfacere non potest: non de fide intelligitur qua creditur in deum, sed de conscientia delicti. Deest enim fides, cum conscientia peccati non subest. Nam cum delicta omnia nemo intelligat, est aliquod in homine peccatum cuius non habet conscientiam. Unde apostolus: Nichil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cum ergo flagellatur quis pro peccato cuius non est conscius, si patienter fert penam et humiliter amplectitur, cognoscens peccatum se fecisse habere quod non intelligit, pro eo quod punitur a deo, pena illa satisfactio et valeat generaliter. Ad hoc autem quod obicitur de satisfactione illa, si satisfactio non fuit, iterum imponenda est. Si vero iterum imponenda non est, satisfactio fuit, et si satisfactio fuit, veniam impetravit. Responderi potest satisfactionem non fuisse, quia ille dignos fructus penitentie non fecit. Est enim satisfactio penitentie, ut ait Augustinus, peccatorum causas excidere, nec suggestionibus eorum aditum indulgere. Item Augustinus: Sane qui sceleratissime vivunt, nec curant talem vitam moresque corrigere, et inter ipsa facinora sua elemosinas frequentare non cessant, frustra ideo sibi blandiuntur, quia dominus ait: Date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis. Hoc autem quam late pateat non intelligunt. Multa enim sunt genera elemosinarum, que **de generibus elemosinarum** cum facimus adiuvamus. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, et huiusmodi, sed etiam qui dat veniam petenti elemosinam dat, et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, et tamen ut ei peccatum dimittatur, elemosinam dat, quia misericordiam prestat. Multaque bona prestantur invitis, quia eorum consulitur utilitati, non voluntati. Sed ea maior est qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benivolum qui tibi nichil mali fecit. Illud multo grandius ut tuum etiam inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult et si potest facit, semper bonum velis faciasque quod possis. Cum ergo dominus ait: Date elemosinam, et omnia munda sunt vobis, ita ne intellectum sit ut non credentibus in christum munda sunt omnia, si elemosinas illas dederint. Qui vult ordinate elemosinam dare, a se debet primum incipere, et eam primum sibi dare. Est enim elemosina opus misericordie, verissimeque dictum est: Miserere anime tue placens deo. Non ergo se fallant qui per elemosinas largissimas fructuum suorum vel pecunie impunitatem se emere existimant, in supercitis permanentes que ita diligunt ut in eis optent versari. Qui vero diligit iniquitatem, odit animam suam. Qui odit animam suam non est misericors sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum seculum, odit eam secundum deum. Si ergo vult ei dare elemosinam per quam sint munda omnia, oderit eam secundum seculum et diligat eam secundum deum. Hac elemosina quam sibi homo primitus debet mundantur interiora. Ad quod phariseis christus ait: Mundate que intus sunt. Immundis enim nichil est mundum, sed polluta sunt eorum mentes et conscientia, ut ait apostolus. Immundi vero sunt omnes quos non mundat fides, qua creditur in christum, de qua scriptum est: mundans fide corda eorum. Sed ne illas elemosinas que fiunt de fructibus terre respuere christus videretur: Hec inquit oportuit facere, et iudicium et caritatem dei, illa non omittere, id est elemosinas fructuum terrenorum. ¶ Ex his datur intelligi quod in peccato mortali permanentes, etsi elemosinas largas faciant, non tamen peccatis satisfaciunt, quia inordinate agunt, dum a se non incipiunt, nec ipsi dant elemosinam; tales quippe dum sibi ipsis crudeles existunt, non placentes deo. Non ergo dicenda est illa satisfactio peccati, quam quis agit in uno peccato dum perdurat in altero. Quia nichil prodest ieiunare, orare et alia bona agere, nisi mens revocetur a peccato. Et si aliquis confitetur tantum peccatum sacerdoti fuit confessus, deinceps imponenda est ei satisfactio, quod de primo condigne non satisfecit. **Secundum quosdam fuit satisfactio**

Quibusdam tamen videtur satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato alio persistit, fore cum incipiet fructus eius incipiet quod proficere, postquam alterius penituerit. Tunc enim utriusque dimittitur peccatum, et satisfactio precedens vivificatur que fuerat mortua, sicut baptismus illi qui ficte accedit tunc primum valere cum fictio animo recedit per penitentiam. Et huius opinionis munimentum auctoritatibus inducunt. Ait enim Augustinus: Primum credere, immo fides hoc postulat, ut cum gratia christi in homine destruxerit mala, pura etiam remuneretur bona, et ea destruit quod fecit non invenit. Diligit bonum quod in peccatore plantavit. Item Ieronimus: Si quem videris inter multa peccata quedam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus deus ut propter multa mala obliviscatur paucorum bonorum, sed faciet eum meliorem et in horrea congregare, qui in bona terra seminavit. ¶ De hec

Au. in li. de penit.

Au. enchi.

Au. enchi.

¶ Unde sit elemosina

Au.

In immundis

Auctoritates inducunt

Au. in li. de penit.

Ier. in aggeo

dicta intelligimus de illo qui in caritate quodam tempore bona facit et bonus est, alio vero tempore malus est et multa prava facit. Non ergo intelligendum est eum inter multa prava iusta opera fecisse, quia sunt eodem tempore prava fecit, iusta opera; sed diversis temporibus utraque egisse. Sicut enim bonus fuerat quando bona fecit, sic seminasse in eum dicitur bona. Deterius ergo malus post opera bona commissus, prava bona in caritate facta, que sequentia mala mortificaverant, penitencia de illis malis habita vivificabuntur et remunerantur. Unde apostolus: Iacientes fundamentum penitencie ab operibus mortuis. Opera mortua nominantur pro ea bona significat que precedentibus peccatis fuerint mortua, quia hi peccando prava bona in vita fecerunt; hec sicut peccando fuerunt in vita, ita per penitentiam reviviscunt et ad meritum eternitatis prodesse incipiunt. Similiter et illud bonum amat deus quod plantatur in peccante, in illo scilicet qui post illud bonum peccavit. Illius simul peccantis et bene operantis extitit quod talis hominis opus non diligeret deus ad remunerationem.

Aliter exponit premissam auctoritatem

Potest etiam accipi de operibus bonis, que ab aliquo fiunt dum malus est et in peccato mortali persistit vel ad tempus vel usque in finem, que dicuntur remunerari a deo, non dari oblivioni, non quod proficiant ad vitam eternam optinendam, sed ad tolerabilius extremi iudicii supplicium sentiendum, sicut de fide et actis que sine caritate habentur Augustinus ait: Si quis non habens caritatem que pertinet ad unitatem spiritus et vinculum pacis, quo ecclesia connectitur, in aliquo scismate constitutus, ne Christum negaret, patitur tribulationes, famem, persecutionem vel flammas vel bestias vel ipsam crucem timore gehenne, nullo modo ista culpanda sunt, immo et hec laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus melius ei fuisse ut Christum negando nichil eorum pateretur que passus est confitendo, sed extimandum fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando nichil eorum pateretur, ut illud quod ait apostolus: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habeam, nichil michi prodest, nichil prodesse intelligatur ad regnum optinendum, non ad extremi iudicii tolerabilius subeundum supplicium.

Au. Item. Hec per caritatem bona fiunt, sine qua in nobis non potest esse vera penitencia, quia in bonis caritas dei est que tolerat omnia. pstringit doctor

Ex his ostenditur bona que sine scāna. ut alia caritate fiunt prodesse quidem ad addat tolerabiliorem penam sentiendam, sed non ad vitam optinendam. Illa etiam que in caritate quis facit, si post lapsus fuerit, nec eum penituerit, non erunt in memoria dei. Ezechiel dicit: Si averterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem, numquid vivet? Omnes iusticie eius quas fecerit non recordabuntur. In peccato suo morietur et non erunt in memoria iusticie quas fecit. In eiusdem loci expositione Gregorius ait: Hoc maxime nobis considerandum est quod cum mala committimus, sine causa ad memoriam transacta bona revocamus, quia in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum. Intelligendum est hic adiunctum perpetrandi bona preterita non dare fiduciam, sed ad mitiorem penam aliquid prodesse auctoritatem Augustini obviaret. Et bona que sine caritate fiunt, et bona in caritate facta que comitatur mortalis culpa, quia non delet penitencia sequens, ad sensum mitioris pene proficiunt, non ad vite fructum. Alias inducit auctoritates contra eos qui dicunt de uno peccato penitentiam agi alio retento

Satis arbitror illis esse responsum qui asserunt de uno crimine penitenciam agi et veniam prestari, alio in delectatione retento vel per confessionem non exposito, qui non modo premissis auctoritatibus confutantur, sed et subditis. Ait enim Augustinus:

Au. inde de penitentia

¶ Sunt plures quos penituit peccasse, sed non omnino, servantes sibi quedam in quibus delectentur, non attendentes dominum simul mutum et surdum a demonio liberasse. Per hoc docet nos numquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reservari, hominem vii demonia pacientem potuit vi expulisse, septimum reservare. vii, ubi omnia crimina sunt eicienda docetur. Legionem vero demonum ab alio eiciens, nullum reliquit de omnibus qui liberatum possideret, ostendens quod si etiam peccata sint mille, oportet de omnibus penitere. Numquam aliquem sanavit dominus quem omnino non liberavit. Totum enim hominem sanavit in sabbato, quia et corpus ab omni infirmitate et animam ab omni contagione, indicans penitentem oportere simul dolere de omni crimine. Sciat enim dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reservat de alio impetret veniam? Sine amore dei consequetur veniam, sine quo nemo umquam invenit gratiam? Hostis enim dei est dum offendit peccatum. Quedam impietas infidelitatis est ab illo qui iustus et iusticia est dimidiam sperare veniam. Iam enim sine illa penitencia inveniret gratiam. Penitencia enim vera ad lapsi puritatem conatur ducere. Rectum enim penitentis, quicquid sordis post purificationem contraxerit, oportet ut abluat saltem lacrimis internis. Sed satis dure est cum internis dolorem oculis non declarat. Sed sciat se culpabilem durum qui deflet dampna temporis vel mortem amici et dolorem peccati non ostendit in lacrimis. Que ergo penitet, omnino peniteat.

Au. Idem. Penitentes, penitentes, si tamen estis penitentes et non estis irridentes, mutate vitam, reconciliamini deo. Penitentiam agis, genua figis, et rides, subsannas patientiam dei.

Incepta ad hec

Au. inde de penitentia

q hec ger.

geniant

Si penitentiam agis, penitet te; si non penitet te, non penitens es. Si ergo penitet, cur facis que male fecisti? Si fecisse penitet, noli facere. Si adhuc facis, certe non es penitens. Item Innocentius: Cum amonemur fratres nostros ne falsis penitentiis laicorum animas decipi et in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem penitentiam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo penitentia agitur; vel cum sic agitur de uno ut non discedatur ab alio.

Repetit de penitentia ut alia addat.

Ex premissis perspicua fit notitia vere penitentie et satisfactionis. Illa enim vera est penitentia que peccata abolet; quod illa sola facit que scelus corrigere studet et corrigendi devotionem cum humilitate et contritione et desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim penituisse legitur sine assecutione venie, quia talis penitentia non correxit eum. Unde Ieronimus: Sicut legitur Iudas egisse penitentiam, quia scelus corrigere non potuit. Si quis sic penitet ut emendare valeat quod peccavit, postea ei dimittitur. Si vero aliquis permanente opere frustra sibi assumit penitentiam, hoc est quod de eo dicitur: et oratio eius fiat in peccatum; ut non solum emendare nequiverit, postmodum vero nefas ipsi homicidii scelus addiderit. Caute quippe intelligas illud: ut emendare non valeat quod peccavit, etc. Non enim emendatio hic intelligenda est rei dempte recompensatio, sed debiti reputatio et ab homine eius satisfactionis servitio. Dicitur enim in te qui sibi aliquid quod restituere non valet, ut oculum vel vitam, et hic tamen si penituerit peccati cum amore et digne satisfactionis veniam habet. Non ideo quisquam putet qui rem alienam iniuste abstulit, quam reddere potest, de illo peccato penitere ac veniam consequi, nisi restituatur ablatum. Cum enim res aliena propter quam peccatum est non redditur, si reddi potest, non agitur penitentia sed fingitur.

De tribus que in penitentia consideranda sunt.

In perfectione autem penitentie tria observanda sunt, scilicet compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis. Unde Iohannes Os aureum: Perfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre: in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hec est fructifera penitentia, ut sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore et opere, ita tribus modis satisfaciamus. Sunt enim tres peccati differentie, ut ait Augustinus: in corde, in facto, in consuetudine, velut tamquam tres mortes. Una quasi in domo, scilicet cum in corde consentitur libidini; altera quasi prolata iam extra portam, cum in factum procedit assensio; tertia cum male consuetudinis tamquam mole premitur animus vel etiam defensionis clipeo armatur, et in sepulcro iam putens. Hec sunt tria genera mortuorum que Dominus legitur suscitasse. Huic ergo triplici morti triplici remedio occurritur: contritione, confessione, satisfactione. De compunctione nobis commendatur: Scindite corda vestra et non vestimenta vestra. De confessione: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vere enim confitetur qui se accusat, qui quecumque mala sibi imputat. Et item: Effundite coram illo corda vestra. Et item: Confitemini alterutrum peccata vestra. De satisfactione Iohannes Baptista ait: Facite fructus dignos penitentie, scilicet ut secundum qualitatem et quantitatem culpe sit quantitas et qualitas pene. Non enim par dolor et fructus boni operis est qui modicum vel minus peccavit et qui graviter cecidit. Hec discretio penitenti valde necessaria est, ut illa genera que Augustinus tradit dicens: Consideret penitens qualitatem criminis in loco et tempore, in perseverantia, in varietate persone, et quali hoc fecerit temptatione, et in ipsius vitii multiplici executione. Oportet enim penitere fornicantem secundum excellentiam sui status vel officii, et secundum modum meretricis, et in modum operis sui, et qualiter turpitudinem egit: sicut in loco sacrato vel in tempore orationi constituto, ut sunt festivitates et tempora ieiunii. Consideret quantum perseveravit, et defleat quod perseveranter peccavit, et quanta victus fuit impugnatione. Sunt enim qui non solum non vincuntur, sed ultro se peccato offerunt, nec expectant temptationem, sed preveniunt voluptatem. Et pertractet secum quam multiplici actione vitii delectabiliter peccavit. Omnis ista varietas confitenda est et deflenda, ut cum cognoverit quod peccatum est, cito inveniat Deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati inveniat cuius etatis fuerit, cuius sapientie et ordinis. Immoretur in singulis istis et sentiat modum criminis, purgans lacrimis quamlibet qualitatem vitii. Defleat virtutem qua interim caruit. Dolendum est enim non solum quod peccavit, sed quod se virtute privavit. Defleat etiam quod offendens in uno factus est omnium reus. Ingratus enim extitit qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccavit, quia omnibus bonis habundavit. Alio etiam modo offendens in uno factus est omnium reus, quia omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio. Ponat se omnino in iudicio et potestate sacerdotis, nichil sui reservans sibi, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita anime, que faceret pro vitanda corporis morte; et hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet inmortalis futurus que faceret pro differenda

Innocentius

Ieron. super Math.

Ioh. os aureum

Au. de sermone domini in monte

Au.

Joel

Salomon

Jacobus

Iohannes

Au. in lib. de pen.

[illegible]

Au. in lib. de pen.

Au.

Au.

XVI D

Nota

[illegible]

[illegible]

Libenter ab oratione
avellit negligentia [illegible]
temptationes repellit
[illegible]
ad gratiam [illegible]
ad bona opera assuefacit
[illegible] ad laudem provocat
[illegible]

morte moriturus. Semper de peccato doleat, offerens deo victimam cordis contritionem, deinde et quod potest de possessione. Tunc quod offertur securus offertur. Respexit enim dominus ad Abel et ad munera eius. Prius dicit ad Abel quam ad munera eius, quia innocentia cordis offerenda est eleemosyna tribuentis. Hoc considerandum est, non quantum, sed qua mente, qua affectione det quod potest. Cum quis sua peccata redimere vult, [Quod non est differendum] in tempus ultimum oblatione, prius offerre victimam. [De confessione]

Caveat ne ductus verecundia dividat apud se confessionem, ut diversa diversis velit sacerdotibus manifestare. [Io.] Quidam enim uni celant que alii manifestanda conservant, quod est se laudare et ad hypocrisim tendere, et semper venia carere, quia ad quam per frusta putant pervenire. Caveat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat quam confortet se bona conscientia, et doleat quod nondum audeat sumere quem multum desiderat cibum salutarem. Cohibeat etiam se a ludis et a spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus penitentie, animam captivam elaqueantes et in libertatem vere servitutis restituentes.

[di.] Queritur qui sint digni fructus et qui indigni penitentie. Sunt enim digni fructus interni, qui non sufficiunt penitentie; penitentia enim graviores postulat, ut dolore et gemitibus mortuus impetret vitam. ¶ Ex his ostenditur qui sint digni fructus penitentie, quibus vera satisfactio expletur; et quod non omnis dignus fructus, sed dignus fructus penitentie. Quod de illa penitentia intelligitur que maiorum est criminum. Non enim sufficiunt graviter delinquentibus que sufficiunt minus vel parum peccantibus.

Et sicut sunt digni fructus [Que sit falsa] penitentie ac vera satisfactio, [satisfactio.] ita indigni fructus et falsa satisfactio vel falsa penitentia. [gg.] Unde Gregorius: Falsas penitentias dicimus, que non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles vel negotiator vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram penitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat vel officium deserat, et odium ex corde dimittat, et bona que iniuste abstulit restituat. Ne tamen desperet, interim quicquid boni facere potest hortamur ut faciat, ut deus cor illius illustret ad penitentiam. Cum sit penitentia interior et exterior, de utraque premissis satis apparet que sit vera et que sit falsa. [De tribus actionibus penitentie.]

Preterea vero addendum est tribus modis agi penitentiam: ante baptismum, de peccatis precedentibus; post baptismum, de gravioribus que post committuntur. Est etiam penitentia venialium quotidiana, que etiam humilium est et perfectorum. Unde Augustinus: [di. de [illegible]] Tres sunt actiones penitentie, quas mecum eruditio vestra recognoscit. Una est que novum hominem parturit, donec per baptismum salutare omnium preteritorum fiat ablutio peccatorum, quia nullus sue voluntatis arbiter nisi peniteat eum veteris vite novam inchoare potest. [Fr. adultus] Ab hac penitentia parvuli sunt immunes cum baptizantur, qui nondum possunt uti libero arbitrio; quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides a quibus offeruntur. Altera est actio penitentie que fit post baptismum, que fit pro illis peccatis que legis decalogus continet. Agunt ergo homines penitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen ut etiam baptizentur. Sicut Petrus ait: Agite penitentiam [Petrus in actibus] et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini. [apostolorum] Agunt etiam penitentiam si post baptismum ita peccaverint ut excommunicari et post reconciliari mereantur. Est etiam penitentia bonorum et humilium fidelium pene quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra etc. Neque enim ea nobis dimitti volumus que dimissa in baptismo non dubitamus, sed illa que humane fragilitati [Quod multitudo venialium ita aggravat ut unum grande pec.] quamvis parva tamen crebra surrepunt; que si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt et opprimunt sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an uno grandi fluctu navis operiatur et obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinam et per negligentiam culpam impleat navem et submergat? Propter hoc ieiuniis et eleemosynis et orationibus invigilamus, [¶ [illegible] efficiat penitentiam] in quibus cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra etc., manifestamus nos habere quod nobis dimittatur; et in his verbis humiliantes animas nostras quotidianam agere penitentiam non cessamus.

Que autem pro venialibus sit satisfactio [De satisfactione venialium.] sufficiens Augustinus insinuat in enchiridion: De quotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus hec vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. [Au. in ench.] Eorum enim est dicere Pater noster qui es in celis etc. Delet omnino hec oratio minima quotidiana peccata. Delet et illa a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta, sed penitendo in melius commutata, discedit: si ut veraciter dicitur Dimitte nobis debita nostra, ita veraciter dicatur Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, id est si fiat quod dicitur, quia et ipsa eleemosyna est veniam petenti homini ignoscere. Ex his aliisque iam premissis facile est intelligere que pro venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cum ieiunio aliquo et eleemosynis, sic tamen ut precedat contritio aliqualis et addatur confessio si adsit facultas. De qua confessione post tractabitur. Pro gravioribus vero peccatis [Au. ult. de penit.] hec etiam in satisfactione adhibenda sunt.

XVII D

Si multo vehementius atque diffusius. quia ut ait Augustinus: ad agendam penitentiam non sufficit mores in melius commutare et a malis factis recedere, nisi et de his que facta sunt satisfiat Domino per penitentie dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosinis.

Hic ponit questiones. primum an sine confessione dimittatur peccatum.

Hic oritur questio multiplex. Primo, an sine confessione dimittatur peccatum. Hic enim queritur utrum absque satisfactione et oris confessione per solam cordis contritionem peccatum alicui dimittatur. Secundo an alicui sufficiat confiteri Deo sine sacerdote. Tertio an laico fideli facta valeat confessio. In his enim etiam docti diversa sentire inveniuntur, quia super his varia ac pene adversa tradidisse videntur doctores.

Opinio prima

Quidam enim dicunt sine confessione oris et satisfactione operis neminem a peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit.

Secunda

Alii vero dicunt ante oris confessionem et satisfactionem in cordis contritione peccatum dimitti a Deo, si tamen votum confitendi habeat. Unde propheta: Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Quod exponens Cassiodorus ait: Dixi, id est deliberavi apud me, quod confitebor, et tu remisisti. Magna pietas Dei, quod ad solam promissionem peccata dimiserit. Votum enim pro operatione iudicatur.

testimoniis probatur in sola cordis contritione peccata dimitti.

Augustinus super eundem locum

Item Augustinus: Nondum pronuntiat, promittit se pronuntiaturum, et Deus dimittit, quia hoc ipsum dicere quodammodo pronuntiare est corde. Non ergo est vox in ore, ut homo audiat confessionem, et Deus audit. Item: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum. Alibi etiam legitur: Quacumque hora peccator conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet et non morietur. Non dicit: ore confessus fuerit, sed conversus ingemuerit. Unde datur intelligi quod etiam ore tacente veniam interdum consequimur.

Tertia

Hinc etiam leprosi illi, quibus Dominus precepit ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere antequam ad sacerdotes venirent mundati sunt. Ex quo intimatur quod antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, id est peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur.

Alia

Lazarus etiam non prius de monumento est eductus et post a Domino suscitatus, sed intus suscitatus prodiit foras, ut ostenderetur suscitatio anime precedere confessionem.

quandoque

Nemo enim potest confiteri nisi suscitatus, quia a mortuo velud ille qui non est perit confessio. Nullus ergo confitetur nisi resuscitatus. Nemo vero resuscitatur nisi qui a peccato solutus, quia peccatum mors anime est. Que ut est vita corporis, ita et vita Deus est.

Salomon.

His aliisque pluribus auctoritatibus probatur ante confessionem et satisfactionem sola compunctione peccatum dimitti.

Que potius obtinere videntur. Auctoritatibus probatur sine confessione non dimitti peccatum.

Responsio prima op.

Quod qui negant, eas determinare laborant, nec tamen in his veritati sententie defensionem sive opinionis assertionem auctorum testimonia inducunt. Dicit enim Dominus per Isaiam: Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris. Item Ambrosius: Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus. Item: Confessio a morte liberat animam, confessio aperit paradisum, confessio spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari qui in vita sua peccatum non vult confiteri. Illa confessio nos liberat que fit cum penitentia. Penitentia vera est dolor cordis et amaritudo anime pro malis que quisque commisit. Item Iohannes: Non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgetur ab omni peccato per penitentie confessionem et baptismum. Item Augustinus: Agite penitentiam qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi: occulte ago, apud Deum ago. Novit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Que solveritis in terra soluta erunt et in celo? Ergo sine causa claves date sunt ecclesie? Frustramus evangelium, frustramus verba Christi. Iob dicit: Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Item Ambrosius: Veniam consequi nemo potest nisi peccatum fuerit confessus. Item Augustinus super illum locum psalmi: Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Puteus est profunditas iniquitatis, in quam si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confitere ergo et dic: De profundis clamavi ad te Domine, et evades. Claudit super illum qui in profundo contempnit. Quia a mortuo velut qui non sit perit confessio. Idem: Nullus debite gravitatis culpe accipit veniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, solverit penam. Sed enim imperatur adeo largitas misericordie, ut non relinquatur iustitie disciplina. Item Ieronimus: Qui peccavit, plangat delicta ipse vel populus, et ingrediatur ecclesiam, de qua pro peccatis fuerit egressus. Ita determinat misericordia, ut veritas delicta, per que Dominum offenderit, vite austeritate compenset. His aliisque auctoritatibus nituntur asserere sine confessione oris et aliqua absolutione pene neminem a peccato mundari.

Cui sententie potius consentiendum sit.

Quid ergo super his sentiendum? Quid tenendum? Sane dici potest quod sine confessione oris et solutione pene exterioris peccata delentur per contritionem et humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente compuncta se confessurum, Deus dimittit, quia ubi est confessio cordis, et si non oris, per quam anima interius mundatur a macula et contagio peccati commissi, et debitum eterne mortis relaxatur. Illa ergo que superius dicta sunt de confessione et penitentia, vel ad confessionem cordis vel ad interiorem penam referenda sunt. Sicut illud Augustini: Quod nullus debite veniam consequitur, nisi prius quantulamcumque penam solverit. Vel de exteriori pena accipienda sunt, et ad contempnentes. Vel negligentes re-

Ambrosius in libro de paradiso

Ieronimus

Iob. clamavi

Aug. de penitentia

Ambrosius

Au.

Idem

Ieronimus super Malach.

Determinatio

Solutio primi

ferendi. Sicut Augustinus: Nemo dicat occulte ago. Non nulli enim invicem peccata confiteri negligunt et erubescunt, vel non merentur iustificari. Sicut enim nobis precepta est interior penitentia, ita et oris confessio et exterior satisfactio, si adsit facultas. Unde nec vere penitens est qui confessionis votum non habet. Et sicut peccati remissio munus Dei est, ita penitentia et confessio per quam peccatum deletur non potest esse nisi a Deo. Ut Augustinus ait: Iam inquit donum Spiritus sancti habet qui confitetur et penitet, quia non potest esse confessio peccati et punitio in homine ex se ipso. Cum enim irascitur sibi quisque et displicet, sine dono Spiritus sancti non fit. Oportet ergo penitentem confiteri si tempus habeat; et tamen antequam sit confessio in ore, si votum sit in corde, prestatur ei remissio. Si sufficiat soli deo confiteri

Nunc secundum capituli articulum inspiciamus, scilicet utrum sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti. Quibusdam visum est sufficere Auctoritatibus si soli Deo fiat confessio sine iudicio sacerdotali probat quod et confessione ecclesie, quia David dixit: sufficiat Dixi confitebor domino et tu remisisti etc. Non ait sacerdoti, et tamen remissum sibi peccatum dicit. Item Ambrosius: Petrus flevit peccatum quia culpa obrepsit ei. Non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit. Lacrimas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavant lacrime delictum quod voce pudor est confiteri. Venie fletus consulunt et verecundie. Hoc idem etiam Maximus dicit episcopus. Item Iohannes Chrysostomus: Non tibi dico ut te prodas in publicum, neque apud alios accuses, sed obedire te volo prophete dicenti: Revela domino viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata apud verum iudicem cum oratione, delicta tua pronuntia non lingua sed conscientie tue memoria, et tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continue, numquam malum adversus proximum in corde tuo tenebis. Item: Peccata tua dicito ut deleas illa. Si confunderis alicui dicere, dicito ea cotidie in animo tuo. Non dico ut confitearis ea conservo tuo ut tibi exprobret; dicito Deo qui curat ea. Sic enim sunt dicenda, ut ignoret ea cum famulus eius presto erit. Et cum ad intrantes ea cognoverit, si numquid ea multi ante cognoscerent? Peccare enim non erubuisti, et confiteri erubescis? Dicito in hac vita ut in alia requiem habeas. Dicito ingemiscens et lacrimans. In codice scripta sunt peccata tua; spongia peccatorum tuorum lacrime tue sunt. Item Prosper: Illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa nec ab aliis publicata, si ea confiteri et emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Quod si sui ipsi iudices fiant et veluti sue iniquitatis ultores, hic in se voluntariam penam severissime animadversionis exerceant, temporalibus penis mutabunt eterna supplicia, et lacrimis ex vera cordis contritione fluentibus restinguunt eterni ignis incendia. Et in tantum facilius dominum placabunt illi qui aut ipsis confessionibus crimina produnt, aut nescientibus aliis ipsi se voluntarie excommunicant, et ab altari cui ministrabant non animo sed officio separati vitam suam tamquam mortuam plangunt, certi quod reconciliati sibi efficacis penitentie fructibus a Deo non solum amissa recipiant, sed etiam superne civitatis gaudia recipiant. ¶ Hiis autem testibus innituntur qui sufficere contendunt Deo confiteri peccata sine sacerdote. Dicunt enim quod si quis timens derogari culpam suam apud homines, ne inde opprobrium habeat vel alii suo exemplo ad peccandum accendantur, non tacet homini et revelet Deo, consequitur veniam. Quod non sufficiat soli deo

Sed quod sacerdotibus confiteri oporteat fateri si homini non solum illa auctoritate Iacobi: possit Confitemini alterutrum peccata vestra etc., sed et aliorum pluribus testimoniis comprobatur. Ait enim Augustinus: Iudicet se ipsum homo voluntate dum potest, et mores convertat in melius, ne cum iam non poterit, preter voluntatem a domino iudicetur. Et cum in se protulerit severissime medicine, sed tamen utillime sententiam, veniat ad antistites, per quos illi claves ministrantur in ecclesia, et tamquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a prepositis sacramentorum accipiat satisfactionis sue modum, in offerendo sacrificio contribulati cordis devotus et supplex. Id tamen agat quod non solum sibi prosit ad salutem, sed etiam ad exemplum ceteris, ut si peccatum eius non modo in gravi eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati ecclesie videtur antistiti, in notitia multorum vel etiam totius plebis agere penitentiam non recuset, ne letali plage per pudorem addat tumorem. Cum enim est plaga peccati et impetus morbi, ut medicamenta corporis et sanguinis domini differenda sint, auctoritate antistitis debet quis se removere ab altari ad agendam penitentiam et eadem auctoritate reconciliari. Item Leo: Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non modo per baptismi gratiam, sed etiam per penitentiam spes vite repararetur, sic divine voluntatis presidiis ordinatis, ut indulgentiam Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeant obtinere. Ipse enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem, ut et confitentibus penitentie satisfactionem darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Item Augustinus: Quem penitet omnino peniteat, et dolorem lacrimis ostendat, representet vitam suam Deo per sacerdotem, preveniat iudicium Dei per confessionem. Pre

Augustinus super psalmum

[illegible]

Ieronimus super lucam

Iohannes Chrysostomus super epistolam ad hebreos

Idem

presens

Prosper

Io.

Augustinus in omelia de penitentia

Leo papa theodoro foroliviensi episcopo

Augustinus in libro de penitentia

cepit enim dominus mundandis ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali presentia confitenda peccata, non per scriptum manifestanda. Dixit enim: ora monstrate, et omnes, non unus pro omnibus. Non alium statuatis nuntium qui pro vobis offerat munus a moyse statutum. Sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis.

Au. Ex misericordia enim hoc precepit dominus, ut nemo peniteret in occulto. In hoc enim quod per se ipsum dicit sacerdoti et erubescentiam vincit timore offensi, fit venia criminis. Fit enim veniale per confessionem quod criminale erat in operatione, et si non statim purgatur, fit tamen veniale quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit qui erubescentie dominans nihil horum que commisit nuntio dei denegavit. Deus enim qui misericors et iustus est, sicut servat misericordiam in iusticia, ita et iusticiam in misericordia. Opus enim misericordie est peccanti peccata dimittere. Sed oportet ut iustus misereatur iuste. Considerat enim si dignus est, non dico iusticia, sed misericordia. Iusticia enim sola damnat. Sed dignus est misericordia qui spirituali labore querit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam verecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia. Unde patet quia quanto pluribus confitebitur in spe venie turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Item

Leo papa. Quamvis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, que propter dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium sunt huiusmodi peccata, ut ea qui penitentiam poscunt non timeant publicare, removeatur improbabilis consuetudo, ne multi a penitentie remediis arceantur, dum aut erubescunt aut timent inimicis sua facta reserare, quibus possint legum percelli constitutione. Sufficit enim confessio que primum deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedit. Tunc enim plures ad penitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Ex his aliisque pluribus indubitanter ostenditur oportere deo primum, deinde sacerdoti offerre confessionem, nec aliter posse perveniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas.

De tertio articulo.

An sufficiat confiteri sine sacerdote.

Tunc plus quam premissis auctoritatibus, que his contrarie videntur, respondeamus, tertiam questionem intueamur. Querebatur enim supra quod certe revelabatur, scilicet an sine confessione et iudicio sacerdotis soli deo confiteri sufficeret. Expeditum est et certificatum premissis testimoniis, quod non sufficit confiteri deo sine sacerdote, nec vere humilis et penitens est, si non desiderat et requirit sacerdotis iudicium. Sed nunquid eque valet alicui confiteri socio vel proximo suo? Saltem cum deest sacerdos.

Sol. Sane ad hoc dici potest quod sacerdotis examen requirendum est studiose, quia sacerdotibus concessit deus potestatem ligandi et solvendi, et ideo quibus ipsi dimittunt, et deus dimittit. Si tamen defuerit sacerdos, proximo vel socio confessio est facienda. Sed curet quisque sacerdotem querere qui sciat ligare et solvere.

Qualis querere debet sacerdotem.

Talem enim esse oportet qui alterius crimina iudicat. Unde Augustinus. Qui vult confiteri peccata ut inveniat gratiam, querat sacerdotem qui sciat ligare et solvere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in foveam cadant quam stultus evitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sepe enim contingit quod penitens non potest verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec tempus nec locus offert. Et si ille cui confitebitur potestatem non habeat solvendi, fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui crimen confitetur socio. Mundati enim sunt leprosi dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos pervenirent. Unde patet deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes pervenire. Sepe quidem querunt eos sani et leti, sed dum querunt, antequam perveniant, moriuntur. Sed misericordia dei ubique est, qui et iustis parcere novit, etsi non tam cito sicut solverentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur, et sacerdoti meliori quam potest confiteatur. Si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nam in resuscitatione puelle pauci interfuerunt qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam delata, nondum extra domum in notitiam portata. Intus resuscitavit quam intus invenit, relictis solis Petro et Iacobo et Iohanne et patre et matre puelle, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesie. Quos autem extra invenit, ad sciendum est quomodo suscitavit. Flebat enim turba post filium vidue, flevit Martha et Maria et Iudei supplicantes pro eo. Flebat tota natura secum. In quo docetur publice scandalizantibus proprium non sufficere meritum. Laboret ergo penitens ut ecclesia et ad ecclesie unitatem redeat. Nisi enim unitas ecclesie succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim quod orationes et elemosine ecclesie et opera iusticie et misericordie succurrunt recognoscenti mortem suam ad conversionem. Ideoque nemo digne potest penitere quem non sustineat unitas ecclesie. Ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesie divisos.

Ex his satis aperitur et absolutum premisse questionis articulus. Querendus est enim sacerdos sapiens et discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium, qui

Leo pp

Leo pp

Au.

Au. infra de pen.

Figura

noticiam

Figura

publice

Au.

beda.

si forte defuerit, confiteri debet socio. Beda vero inter confessionem venialium et mortalium distinguit super illum locum: Confitemini alterutrum peccata vestra, dicens: Coequalibus cotidiana et levia, graviora vero sacerdoti pandamus, et quanto iusserit tempore purgare curemus, quia sine confessione et emendatione peccata nequeunt dimitti. Sed graviora coequalibus pandenda sunt cum deest sacerdos et urget periculum. Venialia vero etiam sacerdotis ablata copia licet confiteri coequali, et sufficit, ut quibusdam placet, si tamen ex contemptu non pretermittatur sacerdos. Sed tamen perfectius videtur utraque genera peccata sacerdotibus pandere, et consilium medicine ab eis querere, quibus concessa est potestas solvendi et ligandi. hic aperte questionem supra posite

Cum igitur ex his aliisque pluribus auctoritatibus in testimoniis perspicuum fiat indubitanter colligende oportere confiteri peccatum primum deo, deinde sacerdoti, sc. et confitendum et si ipse defuerit etiam socio, illud Iohannis Crisostomi super epistolam ita est intelligendum, ut liceat alicui, si tempus habet, sacerdoti non confiteri, sed sufficit ubi crimen occultum est soli deo precordiale dicere et semel. Nec oportet publicari in iudicio quod occultum est, quod per eum intelligitur dicens: Non tibi dico ut prodas in publicum. Sicut enim publica noxa publico eget remedio, ita occulta secreta confessione et occulta satisfactione purgatur. Non necesse est ut quod sacerdoti semel confessi sumus iterum confiteamur, sed lingua cordis, non carnis, apud verum iudicem, id est deum, confiteri debemus. Unde idem Iohannes ait: Sed tu si recordaveris peccatorum tuorum et frequenter ea in conspectu dei pronunties et pro eis deprecaveris, citius illa delebis. Si vero hoc exponit obliviscaris, tunc eorum recordaberis nolens, affirmat cum publicabuntur et in conspectu omnium amicorum pro iudice et inimicorum sanctorumque angelorum proferentur. ¶ Item et Ioh. Ambrosius: Lacrime lavant delicta que voce pudor est confiteri, ad publicam penitentiam referendum est. Ubi enim laudat lacrimas et confessionis ostendens significare voluit quod lacrime occulte et confessio secreta, sicut que fit soli sacerdoti, lavant delictum quod pudet alicui confiteri. Quod vero dicit se lacrimas Petri legisse, non confessionem vel satisfactionem, per hoc non excludit illa. Multa enim facta sunt que scripta non sunt, vel forte nondum fuit tunc institutio confessionis quemadmodum est. ¶ Similiter et illud Prosperi: Si sui iudices fiant, veluti ultores etiam suppliciaque et illud facilius deum placabunt sibi quam qui ipsis confessionibus crimen produnt. At nescientibus aliis in se suam excommunicationis ferunt; ad publicam confessionem et satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus vel ligandi atque solvendi datum est, si cuique suo arbitrio se pena vel excommunicationis sua ligare et absque sacerdotali iudicio sententiam de se et alteri regulariter

beda.

No[ta] [illegible] plures tota

Ioh. crisostom.

Ioh. crisostom.

liceat, quod ecclesiastice institutioni et consuetudini penitus repugnat. Potest et sic intelligi: si publice peccasti, publice confitere per satisfactionem et emenda. Si vero occulte deliquisti, occulta. Sic non taceas, nec enim dicimus publicas. Iactantia mentis enim peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis celat, ne reputetur foris qualem se iam divino conspectui exhibuit, quod ex fonte superbie nascitur. Species enim superbie est se velle iustum videri qui peccator est, atque hypocrita convincitur qui ad instar primorum parentum vel tergiversatione verborum peccata sua longius contendit. Ut sicut Cayn in peccatum suum reticendo superbe contempserit. Ubi vero superbia regnat vel hypocrisis, humilitas locum non habet. Sine humilitate nec alicui veniam sperare licet. Ubi ergo taciturnitas est confessionis, non est speranda venia criminis. Iam clarissime liquet quam sit detestabile peccati silentium et e contrario quam sit necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientie deum timentis. Qui enim timet iudicium dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor solvit omnem pudorem. Confessio peccati pudorem habet, et ipsa erubescentia est gravis pena. Ideoque iubemur confiteri peccata ut erubescentiam patiamur pro pena. Nam hoc ipsum pars est divini iudicii. Si ergo queritur ad quid confessio sit necessaria, cum in contritione iam deletum sit peccatum, dicimus quia quedam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior et cautior. de remissione sacerdotis.

Fulg. sup. leviticum.

.i. adam et eva.

Ioh. crisostom.

confessio.

XVIII D

Hic queri solet, si peccatum omnino dimissum est a deo per cordis contritionem, ex quo penitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei a sacerdote. Videmus enim quo vinculo eum ligat, scilicet temporalis pene; sed non a quo eum absolvat. Ad quod dicimus quia ante penitudinem quippe cordis anima rei maculabatur et fetore peccati atque etiam eterne mortis vinculo ligata erat. Sed ante confessionem per cordis contritionem deus per se ipsum sine ministerio sacerdotis et debitum mortis relaxavit, et animam intus purgavit a contagio et fetore peccati. Quid ergo mundat vel quid dimittit sacerdos? Ubi sunt claves ille quas dominus tradidit Petro et successoribus eius, dicens: Tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis. Ut quid promissio hec plene explicari valeat quam aliud dicto reti? De his clavibus iustificationis disseramus. de clavibus.

Claves iste sunt non corporales sed spirituales, scilicet discernendi scientia et potentia iudicandi, id est ligandi et solvendi, qua dignos recipere, indignos debet excludere a regno ecclesiasticus iudex. Quarum hec vis ligandi ita et solvendi. Unde Ambr.: Dominus pari ius et solvendi esse voluit et ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. Ergo

¶ Attendendum hinc quam

¶ Explicat quomodo motum

¶ Hee sunt due claves scientie

Ambr. in li. de penitentia.

qui solvendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infra: Certum est quod ecclesie utrumque licet, hereticis utrumque non licet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte igitur ecclesia hoc sibi vendicat, que veros sacerdotes habet; heresis vendicare non potest, que veros sacerdotes non habet.

De usu clavium.

Usus vero harum clavium multiplex est: discernere scilicet ligandos vel solvendos, ac deinde ligare vel solvere. Qui enim indignos ligat vel solvit, propria potestate se privat, id est dignum privatione se facit.

Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata.

Sed queritur in quo aperto solvere valeat sacerdos: id est a culpa, ut culpe maculam abstergat, vel a debito eterne mortis solvere valeat. Quidam arbitrantur sic: cum peccator duplex sit, tenebris, ut predictum est, scilicet mentis contagione, ac debito future pene; alterum tantum per Deum, alterum solum per sacerdotem. Partem enim per peccatum quasdam tenebras interiores et maculas a quibus nullus liberatur preter interioribus exterioribus. Cum autem liberatur ab his, suscitatur a morte peccati. Unde Apostolus: Surge qui dormis, et illuminabit te Christus. Solus enim Christus, non sacerdos, animam resuscitat ac purgat tenebris interioribus et maculis, eam illuminat et mundat, quia anime faciem lavat. Debitum vero eterne pene solvere concessit sacerdotibus. Quod in resurrectione Lazari significari asseritur, quem Christus prius per se interius vivificavit, deinde foras exire iussit, eumque adhuc ligatum solvere apostolis precepit. Quod ita aiunt: ipse interius animam a caligine maculaque peccati emundat; sacerdotibus vero dedit vinculum eterne mortis solvere.

¶ Aliorum sententia verior.

¶ Alii vero dicunt solum Deum, non sacerdotem, debitum eterne mortis dimittere, sicut et animam interius ipse vivificat; nec tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem peccata remittendi et retinendi, quibus dictum: Quorum remiseritis peccata etc. Dicunt enim retinuit sibi potestatem baptismatis et penitentie; et sicut interius gratia sua illuminat animam, ita et vinculum debiti eterne mortis relaxat. Ipse enim per se ipsum peccata penitentium tegit; tunc tegit quando ad penam non reservat. Tunc ergo tegit, quando debitum pene solvit. Quod autem ipse tegat, aperte dicit Augustinus exponens illum locum psalmi: Quorum tecta sunt peccata, id est cooperta et abolita. Si enim texit peccata, noluit advertere; si noluit advertere, noluit animadvertere, id est punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit adeo tecta, ut Deus non videat et eternaliter puniat. Videre enim Dei peccatum est ad penam imputare; avertere autem faciem a peccatis, hoc est ea ad penam non reservare. Item Ieronimus: Quibus Deus dimittit peccata, tegit ne in iudicio revelentur. Item Cassiodorus: Cum gemina sint peccata, aliis Deus imputat, aliis per misericordiam non imputat.

Expositio magistri quid non advertere et quid non videre.

Ex his aperte ostenditur quod Deus ipse penitentem solvit a debito pene, et tunc solvit quando intus illuminat inspirando veram cordis contritionem. Cui sententie ratio suffragatur, et auctoritates attestantur. Nemo enim vere compungitur de peccatis, cor contritum et humiliatum habens, nisi in caritate. Qui autem caritatem habet dignus est vita. Nemo autem simul dignus est vita et morte. Non est ergo tunc ligatus debito eterne mortis; filius enim ire esse desiit ex quo diligere et penitere incepit. Ex tunc ergo solutus est ab ira, que non manet super illum qui credit in Christum, sed super illum qui non credit. Non ergo post modum per sacerdotem, cui confitetur, ab ira eterna liberatur, a qua iam liberatus est per Dominum ex quo dixit: Confitebor. Solus ergo Deus hominem interius mundat a macula peccati, et a debito eterne pene solvit. Qui per prophetam ait: Ego solus deleo iniquitates et peccata populi. Item Ambrosius: Verbum Dei dimittit peccata; sacerdos iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullius exercet iura potestatis. Item: Ille solus dimittit peccata qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item Augustinus: Nemo tollit peccata nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autem et dimittendo que facta sunt, et adiuvando ne fiant, et perducendo ad vitam ubi omnino fieri non possunt. ¶ His aliisque pluribus testimoniis docetur Deum solum per se peccata dimittere; et sicut dimittit quibusdam, ita et aliorum quorundam peccata retinet.

Auctoritatibus probat quod dicit.

Quod sacerdotes et dimittunt peccata et retinent.

Nec tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi et retinendi peccata, cum hoc Veritas in evangelio aperte doceat. Unde Augustinus ait: Ecclesie caritas, que per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum qui participes sunt eius, peccata dimittit eorum qui non sunt, tenet. Item: Sacerdotes possunt confitentibus parcere; quibus enim remittunt, remittit Deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis solvendum, per hoc ostendens potestatem solvendi concessam sacerdotibus. Dixit enim: Quodcumque solveritis super terram erit solutum et in celo, id est: Ego Deus, et omnes celestis militie ordines, et omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum et confirmant quos ligatis et solvitis. Non dixit: quos putatis ligare et solvere, sed in quos exercetis opus iustitie vel misericordie. Alia autem opera vestra in peccatores non cognosco. Item: Conversis ad Dominum peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur quibus ipse veniam conversione coniungit. Ipse solus ea dimittit qui datus est omnibus sanctis sibi caritate coherentibus, sive se noverint corporaliter sive non. Similiter cum alicui tenentur peccata, ab eis tenentur a quibus ille cordis penitentia distinguitur, sive notus corporaliter sive ignotus. Omnes mali spiritualiter ab omnibus se iuncti sunt. ¶ Post hec dicat peccata dimittere vel tenere a solis viris vel eum spiritum habentibus dimittere dicatur. Hoc quoque maiori consideratione dignum est, quod ita dicitur: quod Deus per se, vel per sanctos suos tantum peccata dimittit, atque cum sic sacramentum gratiae dat Deus etiam per malos, istam vero gratiam non nisi per se ipsum vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum per se ipsum facit vel per ipsius columbae membra, quibus ait: Si cui dimiseritis, dimittentur. Ecce quam varia a doctoribus traduntur super his, et in hac tanta varietate quid tenendum? Hoc sane dicere ac sentire possumus, quod solus Deus dimittit peccata et retinet; et tamen ecclesiae contulit potestatem ligandi et solvendi. Sed aliter ipse solvit vel ligat, aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum ita dimittit peccatum, quia et animam mundat ab interiori macula et a debito aeternae mortis solvit. **Quomodo sacerdotes solvunt vel ligant a peccatis.**

Non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem solvendi et ligandi, id est ostendendi homines ligatos vel solutos. Unde Dominus leprosum prius sanitati per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam vivificatum obtulit discipulis solvendum, quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie ecclesiae solutus habetur nisi per iudicium sacerdotis. In solvendis ergo culpis vel retinendis ita operatur sacerdos evangelicus et iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, quae peccatum signat. Unde Ieronimus super Matheum: Ubi Dominus ait Petro: Tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis. Hunc, inquit, locum quidam non intelligentes aliquid sumunt de supercilio Phariseorum, ut damnare innoxios vel solvere putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum sed reorum vita quaeratur. In Levitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. Ita et hic. Aperte hic ostenditur quod non semper sequitur Deus ecclesiae iudicium, quae per surreptionem et ignorantiam interdum iudicat. Deus autem semper iudicat secundum veritatem. Et in remittendis vel retinendis culpis id iuris et officii habent evangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hii ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa a Deo vel retenta iudicant et ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen Domini super filios Israel, sed ipse benedicit, ut legitur in Numeris. Hunc modum ligandi et solvendi Ieronimus supra notavit. **Alius modus ligandi et solvendi.**

Ligant quoque sacerdotes, dum satisfactionem poenitentiae confitentibus imponunt. Solvunt cum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt. Quem modum superius Leo papa notavit. Secundum hunc modum dicuntur et sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Unde superius Augustinus dixit: quibus remiserint, remittet Deus etc. Opus enim iustitiae exercent in peccatores, cum eos iusta poena ligant; opus misericordiae, cum de ea aliquid relaxant vel sacramentorum communioni conciliant. Alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notandum quod quos satisfactione poenitentiae ligant, eo ipso a peccatis solutos ostendunt, quia non imponitur alicui satisfactio poenitentialis nisi quem sacerdos vere poenitentem arbitratur; aliis non imponunt, et eo ipso peccata a Deo retineri iudicant. Quod autem hoc ad claves pertineat, Augustinus ostendit dicens: Frustrantur claves ecclesiae, qui sine arbitrio sacerdotis poenitentiam agit, si sine eius oris confessione criminis indulgentia impetratur. Est et alius modus ligandi et solvendi, qui per excommunicationem geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertio vocatur ad emendationem delicti manifesti et satisfacere vilipendens sententia ecclesiae ab loco orationis et sacramentorum communione et fidelium consortio separatur, ut erubescat et pudore sceleris conversus poeniteat, ut sic spiritus eius salvus sit. Qui si poenitentiam profitens resipuerit, ingreditur communionem admittitur et ecclesiae reconciliatur. Haec autem ecclesiae anathematizatio hanc poenam illis qui digne percelluntur infligit, quia gratia Dei et protectio illis amplius subtrahitur, ac sibi ipsis relinquuntur, ut sit eis liberum ruere in interitum peccati. In quos etiam diabolo maior saeviendi datur potestas. Orationes quoque ecclesiae et benedictionum ac meritorum suffragia eis nequaquam suffragari putantur. **Quomodo secundum hos modos intelligatur illud: Quodcumque solveris etc.**

Secundum hos ligandi et solvendi modos, quomodo intelligendum est quod dicitur: Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis. Aliquos enim ostendunt solutos vel ligatos qui non sunt apud Deum, et poena satisfactionis vel excommunicationis interdum indignos ligant vel solvunt, et indignos sacramentis admittunt et dignos admitti arcent. Sed intelligendum est hoc in illis quorum merita solvi vel ligari postulant. Tunc enim sententia sacerdotis iudicio Dei et totius caelestis curiae approbatur et confirmatur, cum ita ex discretione procedit, ut reorum merita non contradicant. Quoscumque ergo solvunt vel ligant, adhibentes clavem discretionis reorum meritis, soluti vel ligati sunt in caelis, id est apud Deum, quia divino iudicio sententia sacerdotis sic progressa approbatur et confirmatur. Quos ergo sic intra suam ecclesiae percellit, iudicio illi foris sunt apud Deum. Quia autem si meruit, sua culpa non recedit, nisi contempnatur. Unde Augustinus: Exit quis a veritate, a fide, a caritate, per hoc exit de ecclesia, etiam si episcopi voce non abiciatur. Sic e contra aliquis non recto iudicio foras mittitur. Sed si non egit ut mereretur exire, nichil laedit iniustum iudicium omnino qui

Item in eodem

Nota bene

Alii

Ieronimus super Matheum

Nota bene

Alius modus ligandi et solvendi

Augustinus

vel iusta

id est non vere penitentes

Augustinus in libro de penitentia

De excommunicatione

De absolutione

vel digne

Nota frustra

Nota est

Origenes super Leviticum

Nota bene

Nota vexatores

Nota bene

socialis interius unitus est, et qui socialis est unitus [illegible]. Ecce qualis et quantus est usus apostolicarum clauium. Iam ostensum est ex parte qualiter sacerdotes dimittunt peccata uel retinent; et tamen retinuit sibi deus quandam singularem potestatem dimittendi uel retinendi, quia ipse solus per se debitum eterne mortis soluit, et animam interius purgat. Que sint te[illegible] tenebre interiores macula culpa.

Q. Hic queritur que sit illa macula, et que sint ille tenebre interiores, a quibus deus interius animam purgat, cui ueniam peccati tribuit. Respō. De tenebris et interiori caligine satis facile est intelligere et respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit, igne uirtutis priuatur, si qua prius erat, et naturalium bonorum corruptionem patitur. Unde et intellectus obtunditur, et totus homo interior obtenebratur, et ita quadam caligine quasi mens obuoluitur, que caligo peccati pena est. Hanc uero deus expellit, cum penitentiam immittit, post quam bona prius facta reuiuiscunt, et uitiata reparantur. Unde propheta: Nebulam sicut cinerem spargit. Q. Sed que est macula peccati a qua animam lauat? R. Ecce enim quis uoluntate facit homicidium, et patitur uitio quo penitendo desinit tamen uelle quod fecit, si non tamen uere et humiliter penitet, neque confessionem apponit. Que igitur remansit in anima illius macula? Mala uoluntas, que macula fuit illius anime, et illa transiit, macula est, et si ponitur ex tempore. Sed non est peccatum aliud a precedenti. Que ergo macula remansit? Aliqua impenitentia peccati.

Alia macula. peccatis respondet. R.

Polluta quidem est. Respō. anima quousque peniteat, sicut erat dum in ea praua erat uoluntas. Contrarium a simili. Sicut enim qui tangit mortuum uel aliud immundum, ita pollutus est per actum, quousque lauetur, sicut fuit dum tangeret; ita post actum peccati ita polluta remanet anima sicut fuit in ipso actu peccati, quia longe est a deo per dissimilitudinem que est uita et malitia tamen sicut fuit dum peccatum ageret. plur. Ipsa ergo dissimilitudo que in anima ex peccato est, et est a deo elongatio, anime macula intelligitur, a qua purgatur in penitentia. Sed autem solus deus facit, qui solus suscitat animam et illuminat, quod sacerdotes nequeunt, qui tamen sunt medici animarum. Unde propheta: Numquid medici suscitabunt, et confitebuntur tibi? Quod exponens Aug. ait: Ad. Boni doctores recte medici dicuntur, qui uiuere et aliquid ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim gratia dei resuscitantur. Quibus hee claues dantur et quibus.

Contra. Postquam ostensum est que sint claues et quis earum usus, superest inuestigare quibus iste claues dentur et quibus dantur. Hee claues per ministerium episcopi dantur in promotione sacerdotis. Cum enim recipit ordinem sacerdotalem, simul et has claues recipit. Sed non uidetur quod omnes uel soli sacerdotes has claues habeant, quia plerique ante sacerdotium ordinationem scientiam discernendi habent, plures post consecrationem ea carent. Sane quod non omnes sacerdotes Solu. dici potest quod aliam harum clauium, id est scientiam aliam clauem discernendi, non omnes habent sacerdotes. Unde dolendum habent scientiam est atque lugendum. Quamuis enim licet modica discretione discretionis atque scientia qua eminere debet sacerdos, quamuis sacerdotii gradum recipere presumunt uita et scientia indigni, qui nec ante sacerdotium nec post scientiam habent discernendi qui ligandi sunt uel soluendi. Ideoque illam clauem in consecratione non accipiunt, quia semper scientia carent. Qui uero ante sacerdotium scientiam discernendi prediti fuerunt, licet habeant discretionem, non tamen inde clauis est, quia per illam non ea claudere uel aperire. Ideoque cum promouentur in sacerdotium, clauem discretionis recte dicuntur accipere, quia tamen habita discretio augetur, et fit in eo clauis, ut ea iam ualeat uti ad claudendum uel aperiendum. Scientiam clauem non omnes habent, sed potentiam ligandi et soluendi.

Quamuis autem constet non omnes sacerdotes illas duas habere, quia scientia discernendi plerique carent, de altera tamen, id est potentia ligandi et soluendi, constat uerum omnes sacerdotes eam habere. Quidam enim putant hanc potestatem illis solis esse concessam qui doctrinam simul ac uitam apostolorum seruant. Quorumdam opinio. Illas enim claues promisit dominus Petro, et in Petro omnibus est data, ut aiunt, qui etiam auctoritatibus utuntur in munimentum sue opinionis. Hoc enim dicit Augustinus sensisse super[illegible] ubi ait: Remissionem peccatorum uel per se ipsum facere deus uel per eius liminis membra. Dicit etiam idem peccata dimitti uel teneri a solis[illegible]. Item super Exodum in lamina aurea legitur: Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hec inquit signe fiduciam bone uite. Quam qui sic preferunt in significatione sed uiuunt, sacerdotes hi soli possunt peccatum auferre. Item Gregorius: Illi soli habent in hac carne positi ligandi et soluendi potestatem sicut sancti apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex decretis Origenis: Hec potestas solummodo concessa est et imitatoribus Petri. Si autem quis uestigia Petri imitatur, habet recte ligandi et soluendi potestatem. His aliisque testimoniis innituntur qui asserunt potestatem ligandi ac soluendi illis solis concessam sacerdotibus, qui uita et doctrina pollent sicut apostoli. Aliorum sententia uerior.

Aliis autem uidetur, quod et mihi placet, sanctis sacerdotibus hanc clauem dari, scilicet ligandi et soluendi; sed non eam recte ac digne habent, nisi qui uitam et doctrinam apostolicam seruant. Ipsi enim premisse auctoritates malos sacerdotes hanc potestatem habere negant, sed illos solos digne ac recte hac potestate uti significant, qui prediti sunt uita et doctrina apostolica, quia soli apostolorum imitatores digne recteque possunt ligare et soluere. Ipsi dominus tamen uel per illos in quibus habitat spiritus sanctus digne

XIX D

xvii

in ecclesia sit remissio vel retentio peccatorum. Sit tamen per
illos qui sancti non sunt, sed non digne tamen. Dat enim deus
benedictionem poscenti etiam per indignum ministrum.
Quod vero hanc potestatem habeant **Quod omnes sacerdotes ha-**
omnes sacerdotes, Ieronimus testatur super illum locum **beant po. li.**
evangelii ubi dominus dixit Petro: Tibi **ibi. oste-**
dabo claves etc. Hanc inquit eandem iu- **mar.**
diciariam potestatem alii apostoli habent et ecclesia in episcopis
et presbyteris. Sed ideo Petrus eam specialiter accepit, ut omnes in-
telligant quod quicumque ab unitate fidei et societate
ecclesie se separaverint, nec peccatis solvi nec celum
possint ingredi. Item quod sacerdos etiam **quod et per indignos**
si malus sit, gratiam tamen transfundit pro **sacerdotes tamen**
sue dignitatis officio, Augustinus ostendit dicens: **fundit gratiam**
Dictum est a domino in Numeris ad Moysen et Aaron: **dignus**
sacerdotes vos ponetis nomen meum super filios Israel,
ego dominus benedicam eos, ut gratiam traditam per
ministerium ordinati transfundat hominibus, nec
voluntas sacerdotis obesse vel prodesse possit, sed me-
ritum benedictionem poscentis. Quantum autem dignitatis
sit sacerdotale officium et ordinis, hinc advertendum est: dictum
est de nequissimo Caypha inter cetera: hoc autem a semet
ipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetavit. Quo os-
tenditur spiritum gratiarum non personam sequi digni vel
indigni, sed ordinem traditionis, ut quamvis aliquis
boni meriti sit, non tamen possit benedicere nisi fuerit
ordinatus ut officium ministerii exerceat. Dei autem est
effectum tribuere benedictionis. Hic evidenter ostendi-
tur non privari potestate tribuendi gratiam ob meritum
indignitatem. Huic tamen Augustinus sive **Ambrosius dissentire**
videtur obviare, qui ait ita: Sacerdotes **videtur ab Augustino**
tes inquit non per iustitiam meritorum benedicunt, sed quia **super Leviticum.**
figuram Christi gerunt et in ipso est qui summus est be-
nedictionis plenitudinem tribuunt. Ecce tamen in eo quod
sacerdotium sortitus est, sed quicumque Christum in se ipso
habet vel figuram gerit, pollutionem legitur.
sicut Moyses sanctus et idoneus est ut benedictionem prestet. Ecce
hic habes quod non solum sacerdos, sed omnis in quo Christus
habitat benedictionem prestat. Sed alia est bene- **Solutio.**
dictio que solis congruit sacerdotibus, alia que
a bonis omnibus bonis communiter exhibetur. Denique illi sacer-
dotes in quibus Christus habitat benedictionis plenitudinem
tribuere dicuntur, neque soli illi transfundunt gratiam, sed
quia illi soli vere et digne id agunt. Nec subditos
mala vita sacerdotis ledit, si bona faciunt que
ille dicit. Unde Gregorius: Multi dum plus vitam sacerdo-
tum quam suam discutiunt, in erroris foveam
dilabuntur, nisi considerantes quod non eos vita sacerdo-
tum lederet, si bonis sacerdotum amonitioni-
bus auditum accommodarent. **de eo quod supra dictum est.**
Premisse vero sententie que **maledictio benedic-**
dicit etiam per malos sacerdotes ministros **tionibus vertitur.**
peccatorum transfundi gratiam benedictionis, videtur ob-
viare quod dominus per prophetam malis sacerdotibus comi-
natur: Maledicam benedictionibus vestris. Et alibi: Ve
vobis qui vivificatis animas que non vivunt, et morti-
ficatis animas que non moriuntur. Si enim maledicere do-
minus benedictionibus eorum, et si vivificare quas vivificant non
vivunt, quomodo per eos gratia benedictionis trans-
funditur? Sed illud capitulum, Maledicam etc., quidam
referunt ad hereticos, qui ab ecclesia precisi sunt, et ad ex-
communicatos, quorum benedictiones fiunt maledicti-
ones, vel his qui eorum sequuntur errores. Illud vero aliud,
scilicet vivificatis etc., super omnes illos sacerdotes expo-
nunt qui absque clave scientie et forma bone vite
presumunt ligare vel solvere. Sed nullo officio sa-
cerdos uti debet, nisi immunis sit ab illis que in
aliis iudicat. Alioquin se ipsum condempnat. **Qualis**
Qualem autem oporteat esse qui aliorum **debeat esse sacerdos**
iudex constituitur, Augustinus describit **iudex ecclesi-**
am dicens: Sacerdos cui omnis offertur **asticus.**
peccator, in quem statuitur omnis langor, in nullo
eorum sit iudicandus que in alio iudicare est promptus.
Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condempnat
se ipsum. Cognoscat igitur se et purget in se, quod alios
videt sibi offerre. Caveat ut a se proiciat quod
in aliquo dampnosum reperit. Audiat quod dicitur: Qui
sine peccato est, primus in illam lapidem mit-
tat. Ideo enim liberavit peccatricem, quia non erat qui
iuste proiceret lapidem. Quomodo lapidaret
qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim
erat sine peccato. In quo intelligitur omnes fuisse re-
os criminum. Venialia semper remittebantur per cerimo-
nias. Si quis ergo in eis peccatum erat, criminale
erat. In hoc ergo potentissimum est et tantum sacer-
dotum et detestabile, qui non prius se iudicant et
alios alligant. Caveat spiritualis iudex, ut sicut non commi-
sit crimen nequitie, ita non careat munere scientie.
Oportet ut sciat cognoscere quicquid debet iudi-
care. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, ut
quod debet iudicare discernat. Diligens igitur inquisitor, subtilis investi-
gator sapienter interroget a peccatore quod forsitan
ignoret, vel verecundia velit occultare. Cognito
vero crimine varietates eius non dubitet investi-
gare, et locum et tempus etc., que supradiximus. Quibus cog-
nitis assit benivolus paratus erigere et secum
onus portare. Habeat dulcedinem in affecti-
one, discretionem in varietate. Doceat perseve-
rantiam. Caveat ne corruat, ne iuste perdat
iudiciariam potestatem. Licet enim penitentia
ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituitur
in potestatem primam. Et si Petrus post lapsum
restitutus fuit, et sepe lapsis sacerdotibus reddita
sit dignitatis potestas, non tamen est necesse ut omnibus
concedatur quasi ex auctoritate. Inveniuntur auctoritates
que concedunt, et quasi imperent. Inveniuntur alia que

Ier.

Ad. mal. qui dicunt ne cetera non et.

Greg. ps.

Malach. et Ezech.

Ad. mal. de pe.

Caue hic.

Idem.

Posse quidem rebus dant, lux, nata, facultas.
Officium, vitium, servus, divina potestas.

gedit

si gedit sic uetat. que scripture non repugnant. sed concordant. Dum enim uir et opus labuntur. ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant. et qui usum peccandi sibi faciant. recidenda est spes ista. Si uero locus est non ista non occurrant. uestitu possunt qui peccant. Ex his satis apparet qualis debeat esse sacerdos qui alios ligare et soluere discernat. Sunt enim multi qui mortificant sepe animas que non moriuntur. et uiuificant que non uiuunt. et incidunt in maledictionem iudicium. ¶ Illud autem Malachie. Maledicam benedictionibus uestris. siue super hereticos tantum et scismaticos siue super omnes sacerdotes qui uitam et scientiam ordinis sui benedicere presumunt. dictum accipiatur. sic intelligi potest. Maledicam benedictionibus uestris. id est his qui uestris benedictionibus presidetis. quia faciam ea uobis cedere in maledictionem non in benedictionem. quia isti benedicentes. si hoc faciunt ex uero corde. non eorum benedictio est. immo in maledictionem. ut maledicam benedictionibus uestris. id est eos quos benedicitis. ante erit maledictum. Sepe benedicitur iniquis agentibus. adulantibus peccatoribus. dummodo diuites sint. De his qui in fine penitent.

Sciendum est quod tempus penitentie est usque ad ultimum articulum uite. Unde Leo papa. Nemo desperandus est dum in hoc corpore constitutus est. quia nonnumquam quod diffidentia etatis differtur. consilio maturiore perficitur. Aug. in sermone de penitentiam differentibus uel deserentibus. Si quis positus in ultima necessitate uoluerit accipere penitentiam. et accipit. et mox reconciliatur. et hinc uadit. fateor uobis. non illi negamus quod petit. sed non presumimus quia bene hinc exit. Si securus hinc exierit ego nescio. Penitentiam dare possumus. securitatem non. Numquid dico dampnabitur? sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis. dico tibi quod securus es. quia penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si uis agere penitentiam quando iam peccare non potes. peccata te dimiserunt. non tu illa. Item. Due res sunt. aut ignoscitur tibi. aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit nescio. ergo tene certum. dimitte incertum. Sed quod hoc dicit Aug. cum penitentia que in fine agitur in psalmo appelletur sacrificium uespertinum. quod erat acceptabile in lege. et cum in quacumque die ingemuerit deus astat. et quacumque hora ingemuerit et conuersus fuerit peccator uita uiuet. Sed illa dicit Aug. propter illos qui penitentiam usque in finem uite prolongant. et ideo non ex dei amore uidentur penitere. sed timore mortis et ex necessitate. Unde idem quasi aperiens que superiora dixerat ait. Nullus expectet quando peccare non potest. arbitrii enim libertatem querit ut delere possit commissa. non necessitatem. caritatem. non tantum timorem. quia non in solo timore uiuit homo. Quem ergo sero penitet. oportet non solum timere iudicem. sed diligere. quia sine caritate nemo potest saluus esse. Non ergo tantum timeat penam qui penitet. sed anxietur propter gloriam. Si uero conuersio si contingerit alicui etiam in fine. desperandum non est de eius remissione. Sed quia uix uel raro est tam iusta conuersio. timendum est de penitente sero. maxime cum filios quos illicite dilexit sibi presentes uideat. uxorem et mundum ad se uocantem. Multos solet serotina penitentia decipere. Sed quia deus semper potens est. semper etiam in morte iuuare ualet quibus placet. Cum igitur opus sit non hominis sed dei fructifera penitentia. inspirare eam potest quandocumque uult sua misericordia. et remunerare ex misericordia quos dampnare potest ex iusticia. Sed quia multa sunt que impediunt et languentem retrahunt. periculosissimum est et interitui uicinum ad mortem protrahere penitentie remedium. Sed magnum est cui deus tunc inspirat. si quis est. ueram penitentiam. Sed si etiam sic conuersus uita uiuat et non moriatur. non promittimus quod euadat omnem penam. Nam prius purgandus est igne purgationis. qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis et si eternus non sit. miro modo est grauis. Excellit enim omnem penam quam umquam passus est aliquis in hac uita. Numquam in carne tanta inuenta est pena. licet mirabilia martires passi sint tormenta. et multi nequiter quanta sustinuerint sepe supplicia. Ex his satis ostenditur quam periculosum sit differre penitentiam usque in finem uite. Si uero etiam tunc uera habeatur penitentia. hominem liberat. et in momento impetratur. non sic tamen ut nullam sentiat penam. nisi forte tanta sit uehementia gemitus et contritionis. que sufficiat ad delicti puniendum. Licet ergo difficile sit ut tunc sit uera penitentia. quia tunc sera uenit. quando cruciatus membra ligant et dolor sensum opprimit. ut uix homo aliquid cogitare ualeat. melior est tamen sera quam nulla. Penitentia enim si uel in extremo uite hiatu aduenerit. sanat et liberat. Quamuis sera fuit latronis penitentia. sed non fuit sera indulgentia. Sed licet latro ueniam meruisset in fine de omni crimine. non tamen dedit baptizatis peccandi et perseuerandi auctoritatem. De illis qui penitentiam non implent in fine.

Si uero queritur de illis qui in hac uita penitentiam non complent. uel tunc sunt pigriores ut ibi quasi compleant quod hic minus fecerunt. Item de illis et de his qui in extremis penitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio et uehementia expressa ut sufficiat ad puniendum. post liberi ab aliis penis transeunt ad uitam. Et si imperfecta fuerit penitentia quod perfecte penituerint ingemiscunt corde. Qui uero non adeo contrito corde ingemiscunt pro peccatis. si ante completionem penitentie decesserint. ignem purgatorium sentiunt. et grauius puniuntur quia sine impleuerint penitentiam. Horrendum est enim incidere in manus dei uiuentis. Unde dicitur. Celestinus. ex causa penitenti ignoscendum

relaxans peccatum ad poenam aeternam. Hic iustitia vero in
puniendo non dimittit delictum. Aut enim homo punit
aut deus. Homo autem punit poenitendo, id est poenitentia
interiori et exteriori. Si ergo interior poenitudo tanta fuit
ut sit sufficiens ultrix peccati, deus qui hoc novit ab
illo qui taliter poenituit ulteriorem poenam non exigit. Si vero
interior poenitudo non sufficit in vindictam peccati, nec
exteriora opera implevit, deus qui modum et mensuram pec
catorum et poenarum novit, addit poenam sufficientem. Stu
deat ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem
non oporteat poenam tolerare. Quaedam enim peccata morta
lia in poenitentia fiunt venialia, non tamen statim sanantur.
Saepe infirmus moriturus sub medicatione, nec tamen statim me
dicatus sanatur. Languet vivitque qui fuerat mori
turus. Qualis autem impoenitens moritur, cotidie moritur, et renatus
cruciatur. Si enim semper viveret, semper peccaret.

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit parvam penam.

Si vero de illo quaeritur qui satisfactionem
sibi iniunctam implere nequivit, quae ignorantia
vel negligentia sacerdotis pro peccato condigna
non fuit iniuncta, de vita migrans an alia poena luat,
idem respondeo quod supra de illo qui poenitentiam non complevit, tu
dicans quod sicut est iudicium interioris doloris. Ut si
sufficit in vindictam peccati, omnino liberatur. Si vero non sufficit
dolor interior simul cum poena iniuncta, addet deus poenam.
Quod autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictam pecca
ti certum documentum habemus in illo latrone qui sola mentis
contritione et confessione una cum domino illo fuit paradisum
ingredi meruit.

Quod mensura doloris magis consideranda est in penitentia quam temporis.

Sed quia dispensatores
et ordinatores ecclesiae non perpendunt
quibus non est datum intelligere occulta cor
dium, omnibus leges poenitentiae constituunt, cum magis
quam mensura de peccato dolentibus. Quare studium ad hoc per
ipse tendere debet, ut cordis dolorem, qui fructus est,
agnoscant, et secundum modum satisfactionem iniungant.
Unde Augustinus: In actione poenitentiae, ubi tale commissum est, ut
is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tantum
consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim
contritum et humiliatum deus non despicit. Verum quia plerumque dolor alterius
cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitiam per verba
vel alia quaecumque signa procedit, cum sit coram illo cui di
citur: Gemitus meus a te non est absconditus, recte constituuntur
ab his qui ecclesiae praesunt tempora poenitentiae, ut
satisfiat et ecclesiae in qua peccata ipsa remittuntur; extra
eam quippe non remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctum pignus accepit,
sine quo non remittuntur ulla peccata. Item Ieronimus: Men
suram temporis in agenda poenitentia idcirco non satis aperte prae
figunt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis
dicant qualiter unumquodque emendandum sit, sed magis in
arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum sta
tuunt, quia apud deum non tam valet mensura tempo
ris quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum quam
mortificatio vitiorum. Propter quod tempora poenitentiae pro fi
de et conversatione poenitentium abbrevianda praecipiunt

et pro negligentia protelanda, pro quibusdam tamen culpis
modi poenitentiae sunt imponendi.

Quod morientibus pondus non sit satisfactionis sed innotescendum.

Solet etiam quaeri utrum satisfactio
[illegible] morientibus sit imponenda.
De quo Theodorus cantuariensis episcopus in poenitenti
ali suo sic ait: Ab infirmis in periculo mortis po
sitis pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen
illis imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda,
et cum amicorum orationibus et eleemosynarum largitionibus pon
dus poenitentiae sublevandum, si forte migraverint. Si
vero convaluerint, poenitentiae modus a sacerdote impositus
diligenter observetur. ¶ Aliis vero pro qualitate pec
cati presbyterorum arbitrio poenitentia decernenda est.
Unde Leo papa: Tempora poenitudinis habita moderatione
constituenda sunt tuo iudicio, prout conversorum animos
perspexeris esse devotos. Pariter etiam habere debes aetatis
senilis intuitum, et respicere pericula quorumque aut
aegritudinum necessitates.

In necessitate non est neganda penitencia reconciliatio.

Sciendum est etiam quod tempore necessi
tatis non est neganda poenitentia vel reconci
liatio poenitentibus. Unde Leo: His qui tempore neces
sitatis et periculi urgentis instantia praesidium poe
nitentiae et mox reconciliationis implorant, nec
satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda,
quia misericordiae dei nec mensuras possumus ponere nec tempora
diffinire. Quod si in aliqua aegritudine aggravati
fuerint, ut quod paulo ante poscebant sub praesentia signifi
care non valeant, testimonia eis fidelium circumstan
tium prodesse debebunt, simulque poenitentiae et reconcili
ationis consequantur beneficium. Item Iulius papa: Si
presbyter poenitentiam abnegaverit morientibus, reus erit
animarum, quia dominus ait: Quacumque die conversus fuerit, vitae salvus
erit. Vera enim confessio ultimo tempore potest esse, quia non
modo temporis sed etiam cordis deus inspector est,
sicut latro probat.

Quod presbyter non reconciliet inconsulto episcopo nisi in necessitate.

Non debet tamen presbyter poenitentem
reconciliare inconsulto episcopo, nisi ultima
necessitas cogat. Unde in Cartaginensi concilio:
Presbyter inconsulto episcopo non reconciliet poenitentem,
nisi absente episcopo ultima necessitas cogat. Cui
cuiusque poenitentis publicum crimen est, quod universam com
moverit urbem, ante absidem imponenda est manus
ei imponatur. Item Aurelius episcopus dixit: Si quis in periculo
fuerit constitutus, et se reconciliari divinis altaribus
petierit, si episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere
episcopum, et sic periclitantem eius praecepto reconciliare. Incon
sulto suo episcopo non potest presbyter chrisma conficere vel publice poeniten
tes presbyter reconciliare. Unde in Cartaginensi conci
lio: Statutum est ut chrismatis confectio vel reconciliatio poeniten
tium et puellarum consecratio a presbyteris non fiat. Item
reconciliare quemquam in publica missa presbytero non
liceat. Puellarum tamen consecratio consulto episcopo per pres
byterum fieri valeat. Unde in Cartaginensi concilio

Aug. in enchir.

Ier.

Theodorus

Leo papa

Leo papa

Iulius papa

In cartaginensi concilio

Aurelius episcopus

presbyter in extremo positus. virgines non consecret. Illas
vero nequaquam confirmat. Sicut precepto episcopi potest presbyter con-
secrare virgines. sic et reconciliare penitentes. Di-

Si autem queritur de illo qui ad penitentiam — oblatio eius sit re-
festinans sacerdotem invenire — cipienda qui ad
non potuit. et ita decessit. utrum oblatio eius — ad penitentiam pre-
sit recipienda. dicimus quod sic. Unde in concilio — ventus morte.
apamensi. Si aliquis fuerit mortuus qui iam non
sit confessus. testimonium habet bonum. et non potuit
venire ad sacerdotem. sed preoccupavit eum mors in
domo vel in via. faciant pro eo parentes eius oblationem ad
altare. et dent redemptionem pro captivis. — De peccatis

Iuste excecatus.

XXI D

Solet etiam queri utrum post hanc vitam — que post hanc
aliqua peccata remittantur. Quod aliqua post — vitam di-
hanc vitam remittantur. Christus ostendit in evangelio — mit-
ubi ait. Qui peccaverit in spiritum sanctum non remittetur ei. — tuntur.
neque in hoc seculo. neque in futuro. Ex quo datur intelligi.
sicut sancti doctores tradunt. quod quedam peccata in fu-
turo dimittentur. ¶ Quedam enim culpe in hoc seculo
relaxantur. quedam vero prius. etiam in futuro. et quidam
post mortem gravantur. sed dimittuntur. si digni sunt.
si bonis actibus in hac vita meruerint. ut dimit-
tatur eis. ¶ De illis qui edificant lignum. fenum. stipulam dicit
Augustinus. quod ignem tribulationis transitorie inveni-
ent cremabilia edificia que secum portaverunt cremantem.
dicens sic. Post istius sane corporis mortem. donec ve-
niatur ad diem damnationis et remune-
rationis. si hoc temporis intervallo spiritus defunctorum
qui edificant lignum. fenum. stipulam. talem ignem dicantur per-
peti. quem alii non sentiunt. qui talia edificia non porta-
verunt. ut inveniant ignem transitorie tribu-
lationis venialia concremantem. non redarguo. quia
forsitan verum est. Sed quod dicit salvus erit. quasi per ig-
nem contempnitur. ille ignis gravior erit. quam ig-
nis ille. quam quicquid potest homo pati in hac vita.

Di. Hic aperte insinuatur quod illi qui edificant lig-
num. fenum. stipulam. quedam cremabilia edificia. id est venialia
peccata secum portant. que in igne emendatorio crema-
tur. Unde constat quedam peccata venialia post
hanc vitam deleri. — Quod alii citius. alii tardius pur-

Illos autem igne purgatorio alii tar- — gantur in
dius. alii citius purgari. prout ista peritura — igne.
magis vel minus amaverunt. Unde Augustinus. Post hanc
vitam incredibile non est. non nullos fideles per ig-
nem quendam purgatorium. quanto magis minusve
bona peritura dilexerunt. tanto tardius citiusque
salvari. Unde non frustra illa tria distinxit apostolus.
lignum. fenum. stipulam. Que illi edificant. qui — Qui sint edificantes
licet aliena non rapiunt. rebus tamen infirmi- — lignum. fenum. stipu-
tatis concessis aliqua dilectione inherent. Qui
suos amandi tres modos ducunt ut lignum. ut mi-
nus ut fenum. vel minimum ut stipula ignem sustine-
bit. Qui vero super edificant aurum. argentum. lapides pretiosos. de utroque
igne securi sunt. Non solum de illo eterno quo crucia-
buntur impii in eternum. sed etiam de illo emendatorio
quo purgabuntur quidam salvandi. ¶ Hic oppo- — Oppo-
ni potest. Si per lignum. fenum. stipulam. venialia intel- — sitio.
liguntur peccata. et nullus adeo perfectus est. qui ve-
nialia non peccet. ergo qui edificant aurum. argentum. lapides pretiosos.
edificant etiam lignum. fenum. stipulam. ergo per ignem transibunt.

¶ Ad quod dicimus quod non omnis qui venialia peccat lignum. fe-
num. stipulam edificat. sed e converso. Nam omnis qui contempla-
tur deum. et diligit proximum. et opera bona facit. edificat
aurum. argentum. lapides pretiosos. Et tamen in auro intelligitur contemplatio dei.
In argento dilectio proximi. in lapidibus pretiosis bona opera.
Sed et illi qui edificant lignum. fenum. stipulam. deum contemplantur. et
proximum diligunt. et opera bona bona faciunt. nec tamen edi-
ficant aurum. argentum. lapides pretiosos. ¶ Hoc enim edifi- — Quid sit edificare
cat qui sic illa tria facit. ut cogitet que dei — aurum. argentum. la-
sunt. et quomodo placeat deo. lignum vero et fe- — pides pre-
num. stipulam. accipi possunt secularium rerum quamvis licite
concessarum tales cupiditates. ut amitti sine do-
lore non possint. Hec ergo edificat. is qui cogitat
que mundi sunt. et quomodo placeat mundo. qui circa
divitias suas quodam carnali tenetur affectu. tamen
ex eis multas elemosinas facit. nec propter aliquid
fraudis. vel rapine molitur. Ex his patet quod
non idem homo simul est. et illa edificat. Ille enim edi-
ficator perfectior tamen est. qui non cogitat placere mun-
do sed tantum deo. qui et si venialiter aliquando peccat. fervore
caritatis. tamen abluuntur eius peccata. sicut gutta aque
in camino ignis. nec nequaquam secum portat cremabi-
lia. Hic autem inferior edificator minor est. qui non
tantum deo. sed et mundo placere cogitat. dum tamen su-
num. Si illo mundum preponeret. non super edificaret
sed destrueret fundamentum. ¶ Affectio vero qua circa ta- — Di.
les quibus dediti sunt domibus coniugibus possessionibus
ita ut nil preponatur christo. illis et significantur. qui in maioribus
peccatis non cadunt. et talia venialia admittunt.
In maioribus vero minor in modum durant usque in fi-
nem. qui cum talibus edificiis transierint. sed dissol-
ventur in igne. ipsi vero in suo fundamento salvi erunt.
gravissimam tamen penam sentient. Ex quo apparet
quantam hic misericordiam exhibet deus. et quantam ibi exer-
ceat severitatem. cum pro eodem peccato multo gravius
ibi puniat quam hic. — Oppositio quorundam cum obiectione.

Sed forte dices istud esse accipiendum de pena pec-
cati non de ipso peccato. quod Gregorius dicit. quedam levia in
futuro dimittenda. Si enim tantam penitentiam habuit quod
omnia dimissa sunt ei. sed pena forte remansit. Ideo
si vere penitens obiit. sine peccato transit. Si autem
vere penitens non est. in obitu — Quod aliquis non peni-
maculam portat. que numquam delebitur — tens. et sine de-
bito. ¶ Cui vero edificat. lignum. fenum. stipulam. non — bito mortuus
penitet. quia bonus est. et contritus. licet vitam
tamen de hac vita transit. ergo sine peccato transit.

In auctoritate quod in ecclesia.

Nota.

Au. super psalmum cxx.ii.

Au. in ench.

Au. super psalmum cxxvi.

De his qui edificant lignum. fenum. stipulam.

Au. in libro de civitate dei.

Au. in ench.

Au. de fide et operibus.

Solutio.

Di.

Solo. Ibi sequitur. Verum quidem est quod venialis est contrarietate huius vite penitere. et tamen etiam venialia possunt transire, quia si deleta penitus sententia cum non delevit, nisi peccatum illud quod deserit homo. tale autem peccatum sepe in hac vita non relinquitur ab homine. et tamen non penitens est etiam de aliis venialibus penitere. Potest enim quis de omni mortali et de omni veniali penitere excepto uno. et pro aliis venialibus quibus. Sicut habet quis caritatem, vivit et per illa venialia. Quod de criminalibus nullatenus est possibile.

¶ Est enim aliquis vitiorum caritatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hec secularia, talis existens sub ista morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est. et tamen salvabitur, atque sic se hic absolvit. ergo per hanc vitam ab illo separabitur. Constat ergo quedam peccata, scilicet levia, post hanc vitam dimitti. Sic vero de pena peccati illud intelligi voluisse auctores et magistri commemorasse levia quoque gravia, cum reliquum pena hic inexpleta post hanc vitam restet. *de generali confessione ne quod profiteri sed venialia.*

Post hec considerandum est utrum sufficiat confessio illa, ubi singula peccata que quis scit non profitetur vel exprimuntur. Sane dici potest quod omnia criminalia, saltem operis, oportet in confessione exprimi, si tamen aliqua exciderint. Sed que deleta memorie sunt intelliguntur omnia generaliter saltem ea confiteri quorum memoriam non habet. Et sic michi declara de sceleribus tuis. Venialia vero, que innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri; et si aliqua sint frequentius iterata, prodest etiam illa exprimere si valet. Sed quotidie generalis fit confessio, unde pro venialibus scilicet peccatis que cotidie admittimus, et pro illis mortiferis quorum notitiam non habemus. Unde Augustinus.

Au. in .c. responsione contra pelagianos. Veritatem dicit quod penitens qui nichil illi de omnibus suis sceleribus celat. non quod etsi voluntate celaverit quod etiam ignoret, sed veritatem sibi a Deo dici vult ut veniam consequatur. Sic vero inter aliqua exciderint, confiteatur veritatem Deo cum generali dicens Deo: qui nosti occulta cordis, et opera mea, et delicta mea tu non sunt abscondita, quibus veniam largiaris. et hoc est universalis confessionis. Au. quoniam diligit Deus veritatem. Unde et hic: ecce enim veritatem dilexisti. Hic insinuatur quod generalis confessio et mortalia delet, quorum notitia non habetur. *Nemo scienter peccatum quod non fecit fatear.*

Sicut autem penitens celare non debet peccatum, sic sepe superbia est, non nec humilitatis causa facit, si reum illum se non commisisse noscit quod iniectum est. Talis humilitas et peccatorem constituit. Au. de verbis apostoli. Unde Augustinus: Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod vitaveras. Veritas non est in te nisi ita te dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es dicas. Nam quomodo est humilitas ubi regnat falsitas? *de penis sacerdotis qui peccata publicat confitentium.*

Gregorius. Caveat autem sacerdos ne peccata penitentium aliis prodat; alioquin deponatur. Unde Gregorius: Sacerdos ante omnia caveat ne de his que ei confitentur peccata alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque quod absit pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, et omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinando pergat. Quod vero dictum est ut penitens eligat sacerdotem sapientem ligare et solvere, videtur contrarium ei quod in canonibus reperitur, ut nemo scilicet alterius parochianum iudicare presumat. Sed aliud est favore vel odio proprium sacerdotem contempnere, quod canones prohibent, aliud cecum vitare; quod Urbanus facere monet, ne si cecus cecum ducat, ambo in foveam cadant. Ait enim Urbanus. Urbanus. Placuit ut nulli sacerdotum deinceps liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipere sine eius consensu cui se prius commisit, nisi propter ignorantiam illius cui penitens prius confessus est. Qui vero contra hec facere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit. *Si peccata dimissa redeant.*

XXII D

Cumque multis auctoritatibus supra sit assertum in vera cordis contritione peccata dimitti ante confessionem vel satisfactionem, et quia aliquis vere contritus est, et qui post cordis contritionem confessionem contempserit vel impeditus idem vel simile reciderit, an peccata dimissa redeant, cum quibusdam solo obscurum est; et plerisque asserentibus, aliis vero negantibus peccata semel dimissa ulterius replicari ad penam. ¶ Qui autem dicunt peccata redire, his nituntur testimoniis. *auctoritatibus instruit peccata redire.* Ambrosius super epistolam ad ephesios. Ambrosius: Donate invicem si quis adversus aliquem habet querelam; alioquin Deus repetit dimissa. Sicut enim, si contemptus fuerit, sine dubio revocabit sententiam per quam veniam dederat. Sicut in evangelio de servo nequam legitur, qui inconservum suum impius deprehensus est. et in multis locis. Item Rabanus. Rabanus: Nequam servum tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet universum debitum, quia non solum peccata que post baptismum homo egit reputabuntur ei ad penam, sed etiam peccata originalia que ei in baptismo sunt dimissa. Item Gregorius. Gregorius: Ex dictis evangelicis constat quod si quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, et illud rursum exigitur quod nobis per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Item Augustinus. Au. in omelia quadam. Dicit Deus: Dimitte et dimittetur tibi. Si ergo prior dimisi, dimitte vel post; nam si non dimiseris, revocabo te, et quicquid dimiseram replicabo tibi. Item: Qui divini beneficii oblitus suas vult vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed et preterita que iam sibi dimissa credebant ad ultionem ei replicabuntur. Item Beda. Beda super Lucam. Revertar in domum meam unde exivi. Timendus est ille versiculus, non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus per incuriam nos vacantes opprimat. Item: Talis enim post lapsa, sive per initium heretica seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnia prosternet in inferiorem. Item Augustinus. Au. in libro de baptismo. Redire dimissa peccata ubi fraterna caritas non est, apertissime Dominus in evangelio docet in illo servo a quo dominus dimissum debitum petiit, eo quod ille conservo suo debitum nollet dimittere. His auctoritatibus innituntur qui dicunt peccata

Plus de [illegible]

s. a. si ad ie̅ mor.
committatur.

dimissa redire si reprehenduntur. ¶ Quibus opponitur. Oppositio contra penitentem. Si quis pro peccato de quo penituit et indulgentiam accepit, iterum punitur, non videtur iustum. Si punitur pro eo quod peccavit et non emendavit, iustitia est aperta. Si vero requiruntur que fuerunt condonata, ut in iustitia est iniustitia occulta. ¶ Videtur etiam deus bis in id ipsum iudicare, et duplex tribulatio consurgere, quod scriptura negat. Sed ad hoc potest dici quod neque duplex tribulatio consurgit, neque iudicat deus bis in id ipsum. Hoc enim fieret si post condignam satisfactionem sufficientemque penam iterum puniretur. Sed non satisfecit digne sufficienterque qui non perseveravit. Debuit enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad precavendum. Debuit non oblivisci omnes retributiones dei. Que tot sunt quot sunt peccatorum remissiones. Hoc ergo debuit cogitare dona dei quia mala sua, ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad vomitum sicut canis rediit, et ante acta bona mortificavit, et peccatum dimissum revocavit. Vel cum humiliato deus ante peccatum dimiserit, eius post elato ingratitudinem imputet.

Aliorum sententia.

Sed quia absonum videtur ut peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam neminem pro peccatis semel dimissis iterum a deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire et imputari, quia ipsa ingratitudo ita reum et peccatorem constituit ut ante fuerat. Sicut enim quod dimissum fuerat deus exigit, quia remissionis propter ingratitudinem tantum reus fit ut ante fuerat. Utrique parti competenter probabant favent doctores. Ideoque alicui parti non preiudicans, studioso lectori iudicium relinquo. Addens etiam tutum fore ac saluti proximum sub misericordia dominorum miseri-cas condere.

Quid sit hic sacramentum et res.

Post predicta restat investigare quid in actione penitentie sit sacramentum et res. Sacramentum enim signum est sacre rei; quid ergo hic signum est, et quid est res sacramenti huius signata? Quidam dicunt sacramentum [Sententia quorundam] hic esse quod exterius tantum geritur, scilicet exteriorem penitentiam, quod est signum interioris penitentie, scilicet contritionis cordis et humiliationis. Quod si est, non omne sacramentum evangelicum id efficit quod figurat. Exterior enim penitentia non efficit interiorem, potius interior causa est exterioris. Sed ad hoc inquiunt illud hoc esse intelligendum de illis sacramentis que in novo tantum instituta sunt, ut est sacramentum baptismi, confirmationis et corporis Christi. Sacramentum vero penitentie sicut et coniugii ante tempus gratie et a primordio humani generis fuit. Utrumque enim institutum fuit in primis parentibus. Item si exterior penitentia sacramentum est et interior res sacramenti, sepius precedit res sacramentum quam sacramentum rem. Sed nec hoc inconveniens est, nam et in aliis sacramentis effectivum quod figurant hoc sepe contingit.

Aliorum sententia.

Quidam autem dicunt exteriorem penitentiam et interiorem esse sacramentum, non duo sacramenta sed unum, ut species panis et vini non duo sunt sacramenta sed unum. Sicut in sacramento corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantum sacramentum, scilicet exteriorem penitentiam, aliud sacramentum et rem, scilicet interiorem penitentiam, aliud rem et non sacramentum, scilicet remissionem peccatorum. Interior enim penitentia et res est sacramenti, scilicet exterioris penitentie, et sacramentum remissionis peccati, quam et signat et facit. Exterior quoque penitentia et interioris signum est et remissionis peccatorum.

De sacramento unctionis extreme.

Preter premissa est et aliud sacramentum, scilicet unctio infirmorum, que fit in extremis, oleo per episcopum consecrato. Et sunt tria genera unctionis. Est enim unctio que fit crismate, que dicitur principalis unctio, quia in ea principaliter paraclitus datur. Unde et ipsa habundantiam gratie duos liquores mixtos habet: oleum scilicet et balsamum. Oleum conscientie, balsamum fame. Crisma vero grece, unctio dicitur latine. Nec enim omne oleum ad unctionem sanctificatum crisma vocatur, sed illud solum quod miscetur cum balsamo, quo capita regum et pontificum unguntur, quo etiam baptizatos sacerdos ungit in vertice, et pontifex per impositionem manus confirmandos ungit in fronte. Est et alia unctio qua cathecumini et neophiti unguntur in pectore et inter scapulas in perceptione baptismi. Tertia vero unctio est que dicitur oleum infirmorum, de qua nunc agitur.

A quibus fuerit institutum hoc sacramentum.

Hoc sacramentum unctionis infirmorum ab apostolis institutum legitur. Ait enim Iacobus: Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbiteros ecclesie, et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine domini, et alleviabit eum dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, scilicet ad peccatorum remissionem et ad corporalis infirmitatis alleviationem. Unde constat eum qui hanc unctionem fideliter devote percipit, et in corpore et in anima alleviari, si tamen expedit ut in utroque allevietur. Quod si forte corporis valitudinem illi habere non expedit, illam que est anime sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in aliis sacramentis, ita et in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa unctio exterior, res sacramenti unctio interior, que peccatorum remissione et virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia hoc sacramentum pretermittitur, periculosum est et dampnabile.

De iteratione huius sacramenti.

Querunt aliqui si hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus et alia quedam sacramenta semel suscepta non iterentur. Augustinus dicit: Sacramentum non iteratur, et sacramento facienda non est iniuria. Sed hoc dicens non agit de sacramento baptismi et ordinationis. Vel ideo non videtur illud generaliter accipiendum, sed de sacramentis baptismi, confirmationis et ordinationis, que nullatenus repetenda sunt, quia semel tantum non sepius dantur baptismus, confirmatio et ordinatio. Sacramenta vero altaris et penitentie et coniugii sepe iterari videmus, quia sepe sacramentum corporis percipitur, frequenter penitentia agitur, coniugium sepe contrahitur. Quare ergo unctio similiter non potest iterari? Si morbus non reiteratur, medica-

Ad. sup. psalterium.

XXIII d.

Iacobi in epistola canonica.

na non iteretur. Si vero morbus non potest cohiberi, quare debet medicina prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita et unctio iterari posse videtur. Utrumque enim illic commemoratur a Iacobo, quia utrumque adhibetur ad conferendam alleviationem corporis et anime. Cur ergo negetur unctionem super infirmum posse iterari ad impetrandam sepius sanitatem mentis et corporis, cum pro idem sepe iteranda sit oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi volunt *Aliorum* illud quod non sit iterandum, secundum eorum tenorem illud quod *expositio* exponentes ad sacramentum dicentes quedam sacramenta semel posse suscipi, quedam vero non; nec tamen que sepe sumuntur totaliter iterantur, ut sacramentum altaris et unctio infirmorum, que licet sepe sumantur, tamen quia non iterum benedicitur eadem hostia vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iteratur. Sed dicet quis: sic et baptismus non iteratur, si alibi frequenter baptizetur, dum eadem aqua non iterum benedicatur. Sed aliud est, inquiunt, in benedictione aque qua fit baptismus, aliud de benedictione panis et olei. Potest enim baptismus celebrari in aqua etiam non benedicta, quia illa benedictio precedere non necessitatis sit, sed decoris huius sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici nisi de pane consecrato, nec unctio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo sanctificato. Quasi ergo illa sanctificatio ad integritatem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel tantum benedicitur quisque, non sepe; benedicitur enim, ut ait Ambrosius, cum prima, non cum secunda uxore. Sic ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum, nec iniuria ei facienda, ad sanctificationem referendum est, que sacramentum explet; de omni sacramento generaliter id verum est. Si vero ad susceptionem sacramenti, de quibusdam tantum verum est, que non recipiunt crebram susceptionem, de aliis vero quibusdam non, que frequenter sumuntur, ut hoc unctionis sacramentum, quod in nobis pene est sepe repetitur.

XXIIII D

De ordinibus ecclesiasticis

Nunc ad considerationem sacre ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officiorum gradus sive *Quot sunt* ordines, sicut ex sanctorum patrum dictis aperte traditur et capitis nostri, scilicet Iesu Christi, exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, et corpori suo, quod est ecclesia, eosdem ordines observandos reliquit. Septem autem sunt propter septiformem gratiam spiritus sancti, cuius qui non sunt participes *Quare vii sunt* ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt. Illi vero in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus sancti, cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Tales autem ad ministerium spirituale *Quales assumendi sunt* eligendi sunt clerici qui digne possint *ad clerum eligendi* dominica sacramenta tractare. Melius est enim *papa* domino sacerdoti paucos habere ministros qui possint digne opus dei exercere, quam multos inutiles qui ordinatori onus grave inducant. Tales enim decet esse ministros Christi, qui septiformi gratia spiritus sancti sint decori, et quorum doctrina et spiritualis forma eadem gratia in aliis transfundatur, ne celestes margaritas spiritualium verborum et officiorum divinorum sordide vite pedibus conculcent. In sacramento etiam septiformis spiritus septem sunt gradus ecclesiastici, scilicet hostiarii, lectores, exorciste, acoliti, subdiaconi, diaconi, sacerdotes; omnes tamen clerici vocantur, id est sortiti. Corona enim signaculum est quo signantur in partem sortis ministerii divini. Corona etiam regale decus significat, quia servire deo regnare est; unde ministri ecclesie reges esse debent, ut se et alios regant, quibus Petrus ait: Vos estis genus electum, regale sacerdotium etc. Summitas capitis desuper nudatur, ut eorum mens ad deum libera monstretur, que revelata facie gloriam dei contempletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis; denudatio capitis est revelatio mentis. Clericus enim secretorum dei agnitor esse debet. Tondentur et capilli usque ad revelationem sensuum, scilicet oculorum et aurium, ut vitia in corde et opere pullulantia doceantur precidenda, ne ad audiendum et intelligendum verbum dei impediantur, pro quo servato reddetur in excelsis corona. Tonsure autem ecclesiastice usus a Nazareis exortus videtur, qui prius crine servato, denique ob vite continentiam caput radebant et capillos in igne sacrificii ponebant. Hinc usus inolevit ut qui divinis cultibus mancipantur, quasi Nazarei, id est sancti, crine preciso inveniantur. Sicut ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, sume gladium acutum et duc super caput tuum et barbam. In actibus etiam apostolorum Priscillam et Aquilam hoc fecisse legimus; Paulus quoque et alii quidam discipuli Christi hoc fecerunt. Recte ergo in quibus istis gradibus constituti clerici vocantur, quorum nominis rationem Ysidorus exponens ait: ¶ Clerus et clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias electus est sorte, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Cleros enim grece latine sors vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt domini, vel quia dominum partem habent. Generaliter vero clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deserviunt. Quorum gradus et nomina hec sunt: hostiarius, lector etc. ¶ Hostiarii *De hostiariis* idem et ianitores sunt, qui in veteri testamento electi *Ysidorus* sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem hostiarii eo quod presint hostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles recipiunt, infideles respuunt. Unde et cum ordinantur, claves de altari accipiunt ab episcopo, et dicitur eis: Sic agite, tamquam rationem deo reddituri pro rebus que clavibus istis recluduntur. Hoc officium dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes et ementes de templo eiecit. Ipse enim se hostiarium significans dixit: Ego sum hostium; per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egredietur et pascua inveniet.

De lectoribus

Secundus est gradus lectorum. Lectores a legendo, sicut psalmiste a psalmis canendis vocantur. Illi enim predicant populis quid sequantur, isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium. Licet

vel signo vel sigillo

de corona tonsura

Petrus

fili tabernaculum

Ysidorus libro vii. ethimologiarum

Vel ... qui fuerunt ... de templo ... erant

fideles recipiunt, conversos et infideles recipiunt

Ysidorus

hugo. li. 2. p. 3. c. 4.

fuerunt qui hoc faciunt

quidam lectores tanta miseratione pronuntiant, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur, quia porro annuntiant. Tanta enim et tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimpleat.

hysidorus hispalensis episcopus

Ad lectorem autem pertinet lectiones pronuntiare, et ea que prophete vaticinati sunt populis predicare. Ut iam ex officio legant in ecclesia prophetias et lectiones, verbum faciente pro eis ad plebem episcopo, traditur eis ab episcopo codex divinarum lectionum, dicente eis: Accipe, et esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter impleveris officium, partem cum his qui verbum Dei ministraverunt. Qui autem ad hunc gradum provehitur, lector scilicet, debet esse instructus, ut sensum verborum intelligat, ut vim accentuum sciat, ut distincte legat, ne confundat pronuntiationem sententiarum audientibus; attendat quid indicative, quid interrogative sit legendum, ubi sit in oratione facienda distinctio. Hec enim male servata intellectum turbant, et alios ad risum provocant. Auribus et cordi consulere debet vox lectoris. Hoc officium Christus implevit, cum in medio seniorum librum Ysaie aperiens distincte ad intelligendum legit: Spiritus Domini super me etc. Ex quo lectoribus intelligi datur quod gratia spirituali clarescere debent, qua aliis verbum Dei annuntient. Et hic ordo formam et initium a prophetis accepisse videtur, quibus dicitur: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta etc.

Luc. 4.

de exorcistis

hysidorus

Tertius est ordo exorcistarum. Exorciste autem ex Greco in Latinum adiurantes vel increpantes vocantur. Invocant enim super cathecuminos vel super eos qui habent spiritum immundum nomen Domini, adiurantes per eum ut egrediatur ab eis.

hysidorus

Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energuminos et cathecuminos in exorcizando imponere. Debent autem spiritum mundum habere qui spiritibus imperant immundis, et malignum expellere de corde suo, quem expellunt de corpore alieno, ne medicina quam aliis faciunt sibi non prosit, et dicatur eis: Medice, cura teipsum. Hii cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum, dicente eis: Accipite, et habetote potestatem imponendi manum super energuminos vel cathecuminos. Hoc officio usus est Dominus quando saliva sua tetigit aures et linguam surdi et muti, dicens: Effeta, quod est adaperire; per hoc docens nos spiritualiter debere aperire aures precordiorum hominum ad intelligendum, et ora ad confitendum, ut pulso demone Spiritum sanctum vas suum recipiat. Hoc etiam officio usus est Christus, cum demoniacos multos sanavit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse, qui quemdam modum exorcizandi invenit, quo demones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Hii in ecclesia exorciste vocati sunt, de quibus Christus in evangelio: Si ego in Beelzebub eicio demones, filii vestri in quo eiciunt?

de acolitis

hysidorus

Quarto loco succedunt acoliti. Acoliti vero Grece, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est evangelium vel sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria et deportantur ab eis, non ad effugandas aeris tenebras, cum sol eo tempore rutilet, sed ad signum letitie demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua legitur: Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad acolitum pertinet preparatio luminariorum in sacrario. Ipse cereum portat, ipse urceolum cum vino et aqua suggestionis pro eucharistia subdiaconis preparat. Hii cum ordinantur, edocti sunt ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant; ab archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, et urceolum vacuum. Hoc officium Dominus se habere testatur, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Huius officii formam illi gerebant in Veteri Testamento, qui lucernas candelabri componebant, et accendebant igne celesti ad illuminandas tenebras aquilonares.

hysidorus
[illegible]

de subdiaconis

hysidorus

Quintus est ordo subdiaconorum. Grece ypodiacones vocantur, quos nos subdiacones dicimus; qui ideo sic appellantur, quia subiacent preceptis et officiis levitarum. Oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt, et levitis superponendas altaribus deferunt. Hii apud Hebreos Nathanei vocantur, id est in humilitate Domino servientes. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altare Christi deferre, et levitis tradere, eisque ministrare; urceolum quoque et aquamanile et manutergium tenere, episcopo et presbiteris et levitis pro lavandis ante altare manibus aquam prebere. Hiis lex continentie imponitur, quia altari propinquantes vasa corporis et sanguinis Christi portant; unde illud implere debent: Mundamini qui fertis vasa Domini. Ad hos etiam pertinet de oblationibus ponere in altari quantum sufficiat populo, necnon corporales et pallas et substratoria lavare. Hii cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi patenam et calicem vacuum; ab archidiacono vero urceolum cum aquamanili et manutergium. Hoc officio usus est Dominus quando linteo se precinxit, et mittens aquam in pelvim pedes discipulorum lavit et linteo tersit.

de diaconis

Diaconorum ordo .vi. tenet locum propter senarii perfectionem. Hic ordo in Veteri Testamento a tribu Levi sumpsit exordium. Precepit enim Dominus Moysi ut post ordinationem Aaron et filiorum eius rursus tribus Levi in divini cultus ministeria ordinaretur, et consecrarentur Domino, et servirent pro Israel coram Aaron et filiis eius in tabernaculo; ipsique gestarent archam et tabernaculum et omnia vasa eius, et in circuitu tabernaculi excubarent; in migrando tabernaculo ipsi deponerent, et rursus componerent. Et a .xxv. annis et supra iussi sunt servire in tabernaculo, quam regulam in Novo Testamento sancti patres constituerunt, quia hec etas ad ferenda honera est robusta;

hysidorus

Levitae ergo ex nomine auctoris vocati sunt. De Levi enim Levitae exorti sunt, a quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi Graece diacones, Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus quae aguntur in sacramentis Christi, scilicet in baptismo, in chrismate, in patena et calice; oblationes quoque inferre et disponere in altari, componere et vestire mensam Domini atque crucem ferre, et praedicare evangelium et apostolum. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus novum praedicare praeceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, et recitatio catechumenorum nominum. Ipse praemonet aures habere ad Dominum; ipse donat pacem, ipse annuntiat. Ordo autem huius dignitatis a Moyse statutus est in veteri testamento et in novo. Et repraesentat cum diacono super laevum humerum stola ponitur, sola in dextris latus eius complicatur, ut quidquid laboris et sustinentiae in hac vita toleramus in laeva portemus, donec in dextera in aeternitate requiescamus. Hic ordo ab apostolis est celebratus, qui, ut in Actibus apostolorum legitur, septem viros plenos Spiritu Sancto ad hoc officium elegerunt, et oratione praemissa manus eis imposuerunt. Unde consuetudo inolevit ut in Romana ecclesia septem diacones circa aram Christi assistant. Hi sunt septem angeli tuba canentes in Apocalypsi. Qui quales ordinari debeant, apostolus docet Timotheo scribens. Hi cum ordinantur, solus episcopus manum imponit, quia ad ministerium applicantur. Ponit etiam orarium, id est stolam, super laevum humerum, ut per hoc intelligant se accepisse iugum Domini suave, quo ad sinistram pertinentia divino timori subiciant. Accipiunt et textum evangelii, ut intelligant se esse praecones evangelii Christi. Hi autem antequam ordinentur probentur, ut docet apostolus, et sic ministrent, nullum crimen habentes. ¶ Hoc officio usus est Christus, quando post cenam sacramentum corporis et sanguinis discipulis dispensavit, et quando apostolos dormientes ad orationem incitavit dicens: Vigilate et orate ut non intretis in temptationem.

De presbyteris

Septimus est ordo presbyterorum. Presbyter Graece, Latine senior interpretatur, non modo pro aetate vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt, presbyteri nominantur. Quorum maior prudentia et maturitas conversationis esse debet, iuxta illud: Senectus venerabilis est non diuturna nec annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata. Hi autem presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant; qui licet sint sacerdotes, non tamen pontificatus apicem habent sicut episcopi, quia nec chrismate frontem signant, nec paraclitum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuere, quia illud nomen est dignitatis, non aetatis. Sacerdos autem nomen habet compositum ex Graeco et Latino, quasi sacrum dans, sive sacer dux. Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sanctificando dictus est; consecrat enim et sanctificat. ¶ Antistes sacerdos dicitur ab eo quod ante stat; primus est enim in ordine ecclesiae. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere et dona Dei benedicere. Unde autem ordinati inunguntur et manus, ut intelligant se accepisse gratiam consecrandi et caritatis opera debere ad omnes extendere. Accipiunt et stolam, quae tenet utrumque latus, quia debent esse muniti armis iustitiae ad dextra et sinistra. Accipiunt etiam calicem cum vino et patenam cum hostiis, ut per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. ¶ Hic ordo a filiis Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices et minores sacerdotes instituit Deus per Moysen, qui ex praecepto Dei Aaron in summum pontificem, filios vero eius unxit in minores sacerdotes. Christus quoque duodecim elegit discipulos prius, quos et apostolos vocavit, quorum vicem gerunt in ecclesia maiores pontifices. Deinde alios LXXII discipulos designavit, quorum vicem in ecclesia tenent presbyteri. Unus autem inter apostolos princeps extitit Petrus, cuius vicarius et successor est pontifex summus. Unde dicitur apostolicus, qui et papa vocatur, id est pater patrum. Quales autem eligi debeant presbyteri, apostolus scribens Timotheo ostendit, qui nomine episcopi presbyterum signat. ¶ Hoc autem officio usus est Christus, cum se ipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos et hostia, et quando post cenam panem et vinum in corpus suum et sanguinem commutavit. Ecce de septem ecclesiae gradibus breviter elocuti, quid ad quemque pertineat insinuavimus. Cumque omnes spirituales sint et sacri, excellenter *duo tantum sacri* tamen canones duos tantum sacros ordines *dicuntur* appellari censent, diaconatus scilicet et presbyteratus, quia hos solos primitiva ecclesia legitur habuisse, et de his solis praeceptum apostoli habemus. Apostoli enim in singulis civitatibus episcopos et presbyteros ordinaverunt. Levitas etiam ab apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiacones vero et acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit. ¶ Si autem quaeritur quid sit quod hic vocatur ordo, sane dici potest signaculum quoddam esse, id est sacrum quiddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Character igitur spiritualis, ubi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra, id est gratia, confertur, quam figurant ea quae ibi geruntur.

De nominibus dignitatum et officiorum

Sunt et alia quaedam non ordinum sed dignitatum vel officiorum nomina. Dignitatis simul et officii nomen est episcopus. Episcopus autem vocabulum inde dictum est quod ille qui episcopus efficitur superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim Graece, Latine intendere dicitur. Episcopi autem Graece, Latine speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in ecclesia, dictus eo quod speculetur atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est, *de pontifice* quasi via sequentium; ipse et summus sacerdos nuncupatur.

Marginalia:

hysidorus

Rabanus

Beda · sup. Apoc. 3.

[illegible] · q. [illegible]

Sequitur in [illegible] textu [illegible]

hysidorus

hysidorus

Hugo de sacramentis l. ij. parte iij. c. xi. [illegible]

Beda

[illegible]

Quid sit quod hic dicitur ordo

Sed dubium est utrum aliquod istorum quatuor [illegible] decretis ad sacros ordines.

hysidorus de episcopo

Scope videre latine est. Scopin grece [illegible]

quasi pontem aliis faciens.

Ita in textu [illegible]

hysidorus

Ita [illegible] Cum audissent apostoli qui erant Ierosolimis et cetera.

Nota dictum. hysidorus.

hys.

hysidorus.

Ipse enim sacerdotes et levitas eligit. Ipse omnes ecclesiasticos ordines disposuit. de quadripartito episcoporum ordine.

Ordo autem episcoporum quadripartitus est, scilicet in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis et episcopis. Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur, quia primum, id est apostolicum, tenet locum, ut romanus, antiochenus, alexandrinus. Sed omnium summus est romanus. Archiepiscopus princeps episcoporum. Archos enim grece, latine princeps dicitur. Metropolitani autem a mensura civitatum dicti. Singulis enim provinciis preeminent, quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim totius provincie ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines episcopi nuncupantur. Porro quos archiepiscopos nomine primatum significasse videtur, et metropolitanos, quos nunc archiepiscopos dicimus. Horum autem distinctio a gentilibus introducta videtur, qui suos flamines alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Sacerdotes enim gentilium flamines dicebantur, qui habebant in capite pilleum, in quo erat brevis virga, desuper habens aliquid lane; quod cum per estum ferre non possent, filo tantum capita ligare ceperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nefas erat. Unde a filo quo utebantur flamines dicti sunt, quasi filamines. Sed in festis diebus, filo deposito, pilleum imponebant pro sacerdotii eminentia. ¶ Vates de vate a vi mentis appellati sunt, cuius significatio multiplex est. Modo enim sacerdotem, modo prophetam, modo poetam significat. ¶ Cantor vero vocatur de cantore qui vocem modulatur in cantu. Huius sunt duo genera: precentor et succentor. Precentor qui vocem premittit in cantu; succentor qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur quod consonat. Qui autem non consonat nec concinit, concentor non erit. ¶ His ita tractatis admonendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita precellant vite sanctitate, ut plebs eis commissa eorum disciplinis educata gratanter eis obediat, et eorum imitatione de die in diem proficiat, a quibus divina sacramenta percipiunt et missarum sollempnia audiunt. ¶ Missa autem dicitur quod missa est hostia, cuius commemoratio fit in illo officio. Unde dicitur: Ite missa est, id est sequimini hostiam que missa est ad celestia, tendentes post eam. Vel quia missus celestis venit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare celeste defertur hostia. Unde et dicitur missa est. de ordinatis ab hereticis.

Pro quo dicere alexandrini et quam panit ... et ...

XVD

Solet queri si heretici ab ecclesia precisi et dampnati possint tradere sacros ordines, et si ab eis ordinati redeuntes ad ecclesie unitatem debeant reordinari. Hanc questionem perplexam ac pene insolubilem facit doctorum illa qui plurimum dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere hereticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinati videntur gradum recipere. ¶ Dicit enim Innocentius arrianorum clericos non videri suscipiendos cum sacerdotii vel ministerii alicuius dignitate, quibus solum baptisma ratum esse permittit, quod in nomine patris et filii et spiritus sancti percipitur. Dicit etiam eos non posse dare spiritum sanctum quem amiserunt. Ordinatos ab hereticis capite dicit vulneratos, et eum qui honorem amisit honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia in dante nichil erat quod ille posset accipere. Iubet etiam venientibus ab hereticis per manus impositionem laicam tantum tribuendam communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

Cap. vii.

ut faciat officium suum.

Gregorius etiam dicit Greg. in iiii. li. dialogorum.

Sacrilegam esse arrianorum consecrationem cum ex eorum manu communio percipitur. Ciprianus Ciprianus martir etiam dicit omnia quecumque faciunt heretici in ep. e carnalia, inania et sacrilega esse, et eorum altaria Ieronimus falsa, illicita sacerdotia et sacrificia sacrilega, qui more simiarum, que cum homines non sint, formam imitantur humanam, velud catholice et auctoritatem sibi vendicant, cum ipsi intus non sint, et sunt sacrilegi sacerdotium amministrant et altare ponunt, cum nec sacrificium oblatum illic possit quod spiritus sanctus non sit, nec cuiquam domino per eum prosit, qui dominum ipse violavit. Ieronimus etiam asserit omnia Ieronimus super aggeum que offeruntur ab hereticis contaminata esse in conspectu domini, quia licet sanctificata videantur, sancta tamen non sunt, quia tacta sunt ab illo qui pollutus est; polluuntur omnia. Idem odit deus sacrificia hereticorum et a se proicit quotiens in nomine domini congregati fuerint; detestatur fetorem eorum et claudit nares suas. ¶ Idem illos offerunt panem sacrilegum etc. ¶ Leo etiam testatur extra ecclesiam nec ratum esse sacerdotium nec vera esse sacrificia. ¶ Idem etiam dicit per crudelissimam vesaniam in alexandrina sede omnium celestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, defecit crismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere misteria. ¶ His aliisque testimoniis astrui videtur sacramenta ecclesie, preterque corporis et sanguinis, ordinationis et confirmationis, per hereticos non posse ministrari. auctoritates ponit que videntur premissis obviare.

Idem super amos.

hysidorus super ...

Leo ad anatholium constantinopolitanum episcopum.

Idem leoni augusto.

Contra autem alii sentire videntur, quod ab hereticis sacri ordines sicut et baptisma tradi valeant, nec ab hereticis redeuntes qui illic ordinati sunt reparari, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Unde Aug.: De hereticis etiam dampnatis quidam dicunt baptisma quod accepit non amittere, qui recedit ab ecclesia, ius dandi quod accepit amittit. Multis modis apparet inaniter dici. Primo quia nulla ostenditur causa cur ille qui ipsum baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Utrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur. Ideo non licet in catholica utrumque iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam prepositi pro bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt, et si visum est opus esse ut eadem officia gererent que gerebant, non sunt rursus ordinati, sed sicut

Aug. contra epistolam parmeniani.

baptismus integer, ita in eis manet ordinationis integritas, quia in precisione fuerat vitium, quod unitatis pace correctum est, non in sacramentis, que ubicumque sunt, ipsa sunt. Et cum expedire iudicatur ecclesie, ut prepositi eorum venientes ad catholicam societatem honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est quod per eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi est, utrumque quidem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere.

au. Item de his qui ab ecclesie unitate separati sunt, nulla iam questio est quin habeant et dare possint, sed perniciose habent, perniciose que dant, quia extra vinculum pacis. Sed non ideo sacramento iniuria facienda est. Sicut non recte habent qui ab unitate recedunt, sed tamen habent, et quod redeuntes non recipiunt, sic etiam non recte dant qui ab unitate recedunt, sed tamen dant, et quod ab eis acceperint venientes ad unitatem non iterent.

Item de unico baptismo. Item. Aliud est non habere aliquid, aliud est non utiliter habere, salubriter usurpare. Non igitur ideo non sunt sacramenta Christi et ecclesie, quia eis illicite utuntur non modo heretici, sed etiam omnes impii; sed illi corrigendi sunt et puniendi, illa autem cognoscenda et veneranda.

Gregorius Iohanni Ravennati episcopo. Item Gregorius. Quod dicitis ut qui ordinatus est iterum ordinetur, valde ridiculum est. Ut enim baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel in eodem ordine non valet iterum consecrari.

His aliisque auctoritatibus illis asseritur in omnibus ipsis etiam in hereticis post excisionem et dampnationem sacramenta permanere cum iure dandi. Possunt enim dare, sed perniciose, et quibus dederint non sunt iterum ordinandi. Que premissis exemplis obviare videntur. Determinatio premisse contrarietatis auctoritatum.

[illegible]

Hoc autem quidam ita determinant. Dicunt enim hereticos acceptam sacerdotalem et episcopalem unctionem ab ecclesia recedentes baptismi quidem dandi ius retinere, sed non habere facultatem tribuendi sacros ordines vel dignitatem corporis conficiendi post dampnationem factam ab ecclesia. Sicut degradatus esse videtur potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tamen baptizandi non amisit. Quod vero Augustinus ait, intelligitur de illis hereticis qui non sententia ecclesie, sed precipitante sensu suo a fidei unitate ac doctrine unitate divisi sunt. Qui licet tales sint, ius tamen ordinandi et consecrandi habent, et qui ab eis ordinantur ante manifestam precisionem et si cum eis aperte exierint et illi ab ecclesia dampnati fuerint, tamen si redierint, iterum ordinandi non sunt. Vnde liquet leges de ordinandis ab hereticis, que servatis eis ordinibus ministrare valeant, vel iterum ordinandi non sunt, de his accipiendum dicunt. Nam postquam precisi fuerint et dampnati iudicio ecclesie, ius ordinandi et consecrandi eis detractum asserunt, ut degradatis vel excommunicatis.

Item alii. Alii vero dicunt sacramenta ab hereticis etiam precisis secundum formam ecclesie celebrata vera esse et rata, quia recedentes ab ecclesia ius dandi et consecrandi non perdiderunt, et qui sic ab hereticis ordinantur, cum redeunt, iterum ordinandi non sunt. Que vero ab hereticis alter quam in ecclesia fiunt, falsa sunt et inania, et qui a talibus ordinati videntur, non tamen sed nullum acceperunt, et secundum hanc distinctionem de his locuntur doctores.

[illegible]

Quidam vero dicunt eadem sacramenta ab hereticis precisis posse celebrari, quia a catholicis et ab illis forma ecclesie servetur, et ab eis celebrata vera esse quantum ad se; quantum vero ad effectum falsa esse et inania, et in his qui male tractant et in his qui male suscipiunt. Ideo irrita et falsa, quia que promittunt et conferre credunt non tribuunt, dampnationem autem illicite dantibus et accipientibus fit in iudicium. Pollutum esse dicitur non quantum ad se, sed propter indignam hereticorum tractationem. Ideo Gregorius consecrationem Arrianorum vocat execrationem, et Innocentius honorum ordinationem dampnationem, non quia in se talia sint, sed quia male dantibus et accipientibus tales fiant. Sicut in lege sacrificia hereticorum panem luctus vocantur, non quantum ad se, sed quantum ad offerentes.

Item super eodem. Non nulli vero tradunt illos hereticos qui in ecclesia ordinati sunt ius ordinandi et consecrandi et cum separati fuerint habere. Qui vero in scismate vel heresi positi ab eis ordinati sunt, non uncti fuerint, illo iure carent. Ideoque cum ordinare voluerint, nulli potestatem infigunt, quam consecuti non sunt.

Item alii.

De simonia. De symoniacis vero non est ambigendum, quin sint heretici, qui cum ante suam degradationem ordinant vel ordinati consecrantur. Hoc iter. Vnde dicitur simonia et a quo dicitur. Symoniaci per decretum qui ad instar Symonis magi inpreciabilem gratiam precio comparare volunt, et qui premio sacerdotium recepit in modum emptoris. Gregorius vocando hereticos et accipientes symoniacos dicit, et utrique eadem sententia percelluntur.

De his qui scienter a simoniacis ordinantur.

Urbanus papa. Offert vero etiam eos qui ordinantur ab ordinante a symoniacis scienter vel eos qui ignoranter. Notandum. Qui enim scienter a symoniacis se permiserint consecrari, immo execrari, eorum consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinantur a symoniacis, quos cum ordinarentur nesciebant esse symoniacos, qui etiam tunc pro catholicis habebantur, eorum ordinationem misericorditer sustinemus.

De his qui dicunt se emere corporalia non spiritualia. Si vero aliqui obiciunt se non consecrationes emere, sed res ecclesie, que ex consecratione proveniunt, penitus desipere probantur. Nam quicumque horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrum invenditum derelinquit.

Paschalis papa.

Distinctio simoniacorum. Symoniacorum autem heresis triplex est distinctio. Alii enim symoniace a symoniacis ordinantur, alii symoniace a non symoniacis, alii non symoniace a symoniacis. Vnde Nicholaus papa.

Nicholaus papa. Statuimus decretum de symoniacis tripartitam heresim: de symoniacis symoniace ordinatoribus vel ordinatis, et de symoniacis symoniace a non simoniacis, et de simoniacis non simoniace a simoniacis. Symoniaci si moniace ordinati vel ordinatores secundum canones ipso facto a gradu decidant. Simoniacos et simoniace a non simoniacis ordinatos similiter ab officio removemus. Simoniacos vero non simoniace a simoniacis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Ubi intelligendum est de his qui ordinantur a simoniacis ignorantes eos esse symoniacos. Hos facit symoniacos non reatus criminis, sed ordinatio symoniaci.

De his qui violenter a simoniacis ordinantur.

Similiter etiam docet Alexander papa Simoniacos olim dampnandos ad deponendos sub intelligendum est: nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim qui ab Aquilegiensibus hereticis violenter ordinati dicit Innocentius quod possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, et pessimo eorum conciliabulo renuntiant.

De etate ordinandorum.

Sacri inquit canones sanxerunt ut subdiaconus non ordinetur ante xiiii annos, nec diaconus ante xxv, nec presbyter ante xxx. Deinde si dignus fuerit ad episcopatum eligi potest. Quod nos etiam pari modo servare iubemus. Item Fabianus: Si quis xxx etatis non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus, quia ipse Dominus xxx annorum baptizatus est, et sic cepit docere.

De sacramento coniugii cuius institutio et ratio.

Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino, non tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim scriptura Genesis in Adam misso sopore tulit Deus unam de costis eius et replevit carnem pro ea, et inde mulierem formavit, velut in ipso intelligeret ad quem usum mulier facta esset. Quam cum vidisset, prophetice dixisse: Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Coniugii autem institutio duplex est.

De duplici institutione coniugii.

Una ante peccatum ad officium facta est in paradiso, ut esset thorus immaculatus et nuptie honorabiles, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent; altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum propter illicitum motum devitandum. Prima ut natura multiplicaretur; secunda ut natura exciperetur et vitium cohiberetur. Nam et ante peccatum dixit Deus: Crescite et multiplicamini; et post peccatum, cum pene homines per diluvium consumpti essent. Ubi vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium, post peccatum vero ad remedium concessum, Augustinus testatur dicens: Quod sanis esset officium, egrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentie, que est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si non peccassent primi homines, sine carnis incentivo et fervore libidinis ipsi ac successores eorum convenirent, et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum esset bonus et remunerabilis. Quia vero propter peccatum letalis concupiscentie lex membris nostris inhesit, sine qua carnalis non fit commixtio, reprehensibilis est et malus coitus nisi excusetur per bona coniugii.

Quod secundum preceptum, quod secundum indulgentiam.

Prima institutio habuit preceptum, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab apostolo humano generi propter vitandam fornicationem indultum esse coniugium.

Quod sit coniugium.

Indulgentia vero, quia meliora non eligit, remedium habet, non premium; quia si quis declinaverit, mereretur examine iudicium. Quod secundum indulgentiam conceditur voluntarium est, non necessarium. Alioquin transgressor esset qui illud non faceret. Hic forsan dicitur: illud sub precepto datum hominibus primis ante peccatum: Crescite et multiplicamini. Quod et post peccatum repetitum est usque quo terra esset multiplicata. Postea secundum indulgentiam matrimonium contractum fuit. Ita etiam post diluvium, quo universum pene genus humanum deletum est, sub precepto datum est filiis Noe: Crescite et multiplicamini. Nunc vero hoc per indulgentiam concessum est, non imperatum. Indulgentia autem tribus modis accipitur.

Quibus modis accipiatur indulgentia.

Scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Indulgentia est permissio in novo testamento de minoribus bonis et de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium, quod non meretur palmam, sed est in remedium; de minoribus malis, id est venialibus, est coitus qui fit causa incontinentie. Illud vero, id est coniugium, indulgentia concedit; istud vero, id est coitum talem, permittit, id est tolerat, quia non prohibet.

De nuptiis bonis.

Fuerunt autem nonnulli heretici nuptias detestantes, qui Taciani sunt appellati. Hi omnes nuptias dampnant, et pares fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suum numerum coniugio utentem, marem vel feminam. Quod autem res bona sit coniugium non modo ex eo probatur quod Dominus legitur coniugium instituisse inter primos parentes, sed etiam quod in Chana Galilee nuptiis interfuit, et easdem miraculo commendavit, aquam in vinum convertens. Cui etiam postea uxorem dimittere prohibuit nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait: Virgo non peccat si nubit. Constat ergo rem bonam esse matrimonium; alioquin non esset sacramentum. Sacramentum enim sacrum signum est.

Cuius rei sacramentum.

Cum ergo coniugium sacramentum sit, et sacrum signum est et sacre rei, scilicet coniunctionis Christi et ecclesie, sicut ait apostolus. Scriptum est, inquit, Relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Hoc autem magnum est sacramentum; ego autem dico in Christo et in ecclesia. Ut enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum et secundum permixtionem corporum, sic ecclesia Christo copulatur voluntate et natura, qua idem vult cum eo, et ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter

Alexander papa

Fabianus papa

d. xxvi

di. xxvi. de nuptiis et concupiscentiis

di. xxvi. de hereticis

ter corporaliter, id est caritate ac naturae conformitate. Huius utriusque copulae figura est in coniugio. Consensus enim coniugum copulam spiritualem Christi et ecclesiae, quae fit per caritatem, significat. Commixtio vero sexuum illam significat quae fit per naturae conformitatem. Sic est quod quidam doctores dicunt illam mulierem non pertinere ad matrimonium quae non experitur carnalem copulam. Ait enim Augustinus: ¶ Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. ¶ Item Leo papa: Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta ut praeter commixtionem sexuum non haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item Augustinus: Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Hoc si secundum superficiem verborum qui sic accepit, inducit in errorem eorum ut dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium; unde Mariam et Ioseph non fuisse coniuges, vel non fuisse perfectum, quod nefas est sentire. Tanto enim sanctius fuit atque perfectius quanto a carnali opere immunius. Sed superius posita ratione dictum intelligendum est, scilicet quod non pertineat mulier illa ad matrimonium cum qua non est permixtio sexuum, id est non pertinet ad matrimonium quod expressam et plenam teneat figuram coniunctionis Christi et ecclesiae. Figurat enim illam unionem Christi et ecclesiae quae est in caritate, sed non illam quae in naturae conformitate est. Ergo in illo matrimonio est figura coniunctionis Christi et ecclesiae illius tantum qua sunt per caritatem uniti, non illius qua per susceptionem carnis capiti membra uniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium, quia, ut ait Augustinus, plus valet integritas inviolata sanctitatis sacramenti quam fecunditas ventris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum, qua inter se coniuges uniri debent. Unde Apostolus ait: Viri diligite uxores vestras ut corpora vestra.

Quae sint consideranda in coniugio.

Distinctio XXVII

Post hoc attendendum est quid sit coniugium, et quae sit efficiens causa coniugii, et propter quid contrahi debeat, et quae sint bona coniugii, et quomodo per ea excusetur coitus carnalis, et quae sint legitimae personae ad matrimonium. Sunt et alia plura in matrimonio consideranda, quae sub silentio praeterimus.

Quid sit coniugium.

Sunt igitur nuptiae vel matrimonium viri mulierisque coniunctio maritalis, inter legitimas personas, individuam vitae consuetudinem retinens. Ad individuam consuetudinem pertinet quod neuter absque consensu alterius continentiam profiteri potest vel orationi vacare, et quod inter eos dum vivunt vinculum coniugale permanet, ut alii se copulare non liceat, et ut unusquisque alteri exhibeat quod ipse sibi. Hac autem descriptione legitimorum et fidelium tantum matrimonium includitur.

De consensu qui efficit coniugium.

Efficiens autem causa matrimonii est consensus, non quilibet, sed per verba expressus, nec de futuro, sed de praesenti. Si enim consentiunt in futurum, dicentes: Accipiam te in virum, et ego te in uxorem, non est iste consensus efficax matrimonii. ¶ Item si consentiant mente, et non exprimant verbis vel aliis certis signis, nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicetur quod tamen corde non volunt, si non sit coactio vel dolus, obligatio illa verborum quibus consentiunt dicentes: Accipio te in virum, et ego te in uxorem, matrimonium facit.

Auctoritatibus probat quod consensus facit ac solus matrimonium.

Quod autem consensus matrimonium faciat, Isidorus pluribus testimoniis ostendit. Ait enim Isidorus: Consensus facit matrimonium. ¶ Item Nicolaus papa: Sufficiat solus secundum leges eorum consensus de quorum coniunctionibus agitur. Qui solus si in nuptiis forte defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. ¶ Item Iohannes Chrysostomus: Matrimonium non facit coitus, sed voluntas, et ideo non solvit illud separatio corporis. ¶ Item Ambrosius: Non defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. His autem apparet quod consensus, id est pactio coniugalis, matrimonium facit, et ex tunc coniugium est, etsi non praecessit vel secuta sit copula carnalis.

Unde incipiat esse coniugium.

Quod enim ab ipsa desponsatione in qua pactio coniugalis exprimitur coniuges sint, sanctorum testimonia probant. Ait enim Ambrosius: Cum initiatur coniugium, coniugii nomen asciscitur. Cum enim iungitur viro, coniugium est, non cum viri admixtione cognoscitur. ¶ Item Isidorus: Coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. ¶ Item Augustinus: Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu non agnoverat, nec fuerat cogniturus. Non perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat ulla carnis commixtio. ¶ Item: Per fidele coniugium ambo parentes Christi vocari meruerunt. Non solum illa mater, sed ille pater eius, sicut coniux matris eius, utrumque mente, non carne. ¶ His autem evidenter insinuatur quod ex tempore quo intercedit consensus voluntarius ac maritalis, qui solus coniugium facit, veri coniuges sunt sponsus et sponsa.

Sententia quorundam non esse coniugium ante carnalem copulam. Sed sponsi sponsae sunt.

Quidam tamen asserunt verum coniugium non contrahi ante traductionem et carnalem copulam, nec vere coniuges esse aliquos antequam intercedat commixtio sexus, sed a prima fide desponsationis vir sponsus et mulier sponsa est, non coniux. Sponsos autem et sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt, cum vero sponsionem invicem fecerint, et secundum hoc verba praemissarum auctoritatum intelligenda fore contendunt.

Qua ratione utuntur.

Conc.
Au.
dicitur ad mittendum
Au. in li. de solilo.
Leo
q. per verba inter
Au. in li. de bo. coniugali.
ad matrimonium
Descriptio

ii. error persone
Ysidor.
Ysidor.
Nicholas papa
Ioh. Crisostomus sup. Matheum
Ab. in li. de virginib.
Ab. in li. de virginib.
vel nascitur vel nascetur 2
In li. ethimologiarum
Au. in li. de bo. coniug.
vel fidelitate
Hoc coniugium est quando ... inter
Alia opinio
i. carnale commixtio

eusebius papa.

Gregorius in registro.

¶ casus

¶ casus

Quod uero inter sponsam et coniugem plurimum intersit, ex eo assertum uidetur, quod licet sponse ante carnalem copulam inconsulto uel nolente sponso monasterium eligere, quo facto sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus uero uel coniugata nec continentiam *Quod* nisi ex communi consensu seruare ualet, nec *sponsa pro monasterio non* monasterium petere, nisi utrique con- *ualet eligere non exspecta-* tinentiam pariter profiteantur. Quod uero liceat *to sponsi consensu.* ac sponse monasterium eligere, auctoritatibus sanctorum probatur. Ait enim Eusebius papa: Desponsatam puellam non licet parentibus alii uiro tradere, tamen licet sibi monasterium eligere. ¶ Item Gregorius. De ienuensi quadam logatha desponsatam sic dum uoluit, nullo penitus censuerunt dampno mulctari. Refert etiam Ieronimus *Exempla ponit.* quod Macharius uir sanctus heremitarum precipuus celebrato nuptiarum conuiuio, cum uespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens transmarina petiit, et heremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptiis diuina gratia uocatus sponsam deseruit, et uiuens Christo famulari cepit. His auctoritatibus et exemplis liquet licere sponsis sine consensu suarum sponsarum et eodem modo continentiam profiteri. *Quod*

Hoc autem coniugatis nullatenus *coniugatus uel coniugata ne-* licet. Personam non potest uir melioris *quam continentiam* uite propositum sumere sine uxoris con- *profiteri sine con-* sensu et econuerso. Unde Gregorius scribens Theoctiste pa- *sensu al-* tricie. Sunt quidam religionis gratia coniugia *te-* debere solui. Sed sciendum est, quia et si hec lex *ri* humana concessit, tamen lex diuina prohibuit. Si uero utrisque conueniat continentem uitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus et prius continentem uitam duxisse, et post ad sancte ecclesie regimina migrasse. Si uero continentiam quam uir appetit, mulier non sequitur, aut quam uxor appetit, uir recusat, coniugium diuidi non potest, quia scriptum est: Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter et uir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.

sicut conuenerat

Gregorius Adriano Panormitano notario.

¶ Item Agathosa latrix presentium conquesta est, uirum suum contra uoluntatem suam in monasterium esse conuersum. Et papa: Experientie tue precipimus, ut diligenti inquisitione discutias, ne forte eius uoluntate conuersus sit, uel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc tua diligentia reppererit, illum in monasterio permanere disponas, et hanc sicut promisit mutare compellas. Si uero nichil horum est, nec quodlibet fornicationis crimen, propter quod licet uxorem dimittere, predictam mulierem commisisse cognoscis, ne illius conuersio uxoris relicte in seculo fieri possit perditionis occasio, uolumus ut maritum suum, etiam si iam tonsuratus est, reddere debeas, omni excusatione cessante, quia nisi fornicationis causa uirum uxorem dimittere nulla ratione conceditur. Postquam enim copulatione coniugii uiri et mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, et ex parte remanere in seculo. ¶ Item ex septima synodo. Si quis coniugatus contra ad monasterium uenerit, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales quidem absque culpa sequuntur Christum relicto seculo, si hoc ex pari uoluntate ambo consenserint. ¶ Item si uir uxori dixerit: perge sola religiosa, uir et se consenserint, uotum nullatenus sine consensu episcopi fiat, ut ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam si uxor noluerit, et tamen ille etiam prouise, matrimonium non soluitur.

Item ex septima synodo.

ex synodo Eugenii.

¶ Item Augustinus. Si abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, et peccatum illius tue imputabitur abstinentie. ¶ Item Nicholaus papa. Sed quia nos [illegible] regina rogat se uelle digredi et copula coniugali soluta uitam priuatam et continentem ducere, cum sepsum [illegible] hoc aliter fieri posse, nisi eandem uitam uir eius iterum elegerit. ¶ Ex his patet quod coniugati sine communi assensu continentiam profiteri uel habitum religionis sumere non ualent, et si fecerint reuocari debent.

Augustinus de uxore coniugis.

Nicholaus papa.

Sponsi uero possunt sine communi consensu monasterium eligere. Unde uidetur inter sponsum et sponsam coniugium non esse. Sed asseritur quia prima fide desponsationis coniuges appellari, non re presentium, sed spe futurorum, quia ex hoc quia ex desponsatione sibi inuicem debentur, postea efficiuntur coniuges. ¶ Premissis etiam auctoritatibus quibus asseritur quod consensus matrimonium facit, tamen intelligi uoluntur ut consensus uel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed initiet. Sicut enim defloratio uirginitatis non facit matrimonium, nisi precedat pactio coniugalis, ita nec pactio coniugalis antequam accedat copula carnalis. Ex pactione igitur coniugali sponsi et sponse fiunt ante coitum. In coitu uero efficiuntur coniuges. Fit enim pactio coniugalis, ut que prius erat sponsa, uxor fiat coniugis.

¶ Sponsi

¶ Sponsi illos

¶ Distinctio

His autem ita respondetur. Sic aliqui *Responsio ad predicta* desponsatio non est promissio uiri et *cum determina-* mulieris de contrahendo matrimonio, non *tione pre-* cedentibus consensibus de presenti, est desponsatio ha- *dicta* bens consensum de presenti uel pactionem coniugalem, que sola facit coniugium. Nulla ergo desponsatione est pollicitatio contrahendi matrimonii, sponsi tantum ipso se fiunt, non coniuges. Talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri et monasterium eligere. Inter uero desponsationem, que est consensus de presenti, coniugium contrahitur, et ab illa desponsatione prima fide uere coniuges appellantur. Secundum hanc distinctionem desponsationis de sponsis uarie locuntur doctores. *Quomodo accipiatur sponsa in subditis capi- tulis*

Aliquando enim sponsas uocant quas tales habuerunt desponsarunt, ut fiat pactio coniugalis de presenti, ille uere coniuges sunt. Unde Gregorius. Sicut *Quod sponsa* uxorem desponsauit uel subarrauerit, *talis coniugatur* quamquam prius modum preueniente die *non potest ducere.*

Gregorius.

h. i. educ ea. carnali cognos[illegible]

mortis est, requirunt eam ducere in uxorem, tunc nullus de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. Si inventum fuerit factum, separetur omnino. ¶ Item Iulius papa. Si quis desponsaverit uxorem vel subarraverit, et prevenientibus die mortis vel aliis nonnullis causis eam non cognoverit, nec frater eius eandem tollat uxorem ullo unquam tempore. ¶ Item Gregorius. Cum Gregorius martino episcopo desponsatam primum suam puellam ce timore absque co per incoinugium anathema sit ipse et omnes sui consentientes ei, quia per legem dei mori debuerunt. Nam divine legis est mos sponsas appellare coniuges, ut in evangelio: accipe mariam coniugem tuam, et in deuteronomio: Si quis alterius sponsam in agro vel quolibet loco oppresserit vel adduxerit in domum suam moriatur, quia uxorem proximi sui violavit. Numquid iam uxor erat? Sed quia apparenter uxor fieri debebat. Ex his colligitur quod sponse quandoque coniuges sive uxores vocentur. Sed forte illud movet quod in fine capituli dicitur: numquid iam uxor erat, sed quia uxor fieri debebat. Quod non ita debet intelligi quasi uxor iam non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercessit, sed quia nondum traducta fuerat nec res uxoria intercesserat, scilicet carnalis copula.

Vocatur autem sponsa que sic tantum desponsata est, ut non intercesserit consensus de presenti, sed sponsio futuri. Secundum quem modum sponsa illud decretum intelligi potest: Si quis sponsam filii oppresserit et post filius eam duxerit, pater postea non habeat uxorem, nec mulier virum; filius qui facinus patris ignoravit aliam ducat. Si vero illa fuisset, quod utique fieret si in sponsalibus pactio coniugalis intercessisset, non permitteretur sponsus aliam ducere. Mechus autem pena non nubendi ex rigore intelligitur, ut alii evitent. ¶ Item ex eodem. Quidam desponsavit uxorem et dotavit, cum ea coire non potuit, quam clanculo frater eius corrupit et gravidam reddidit; decretum est ut quamvis nupta non potuit esse legitimo viro, desponsatam tamen fratris habere non possit, sed mechatrix et mechus fornicatores vindictam sustineant; licita vero eis coniugia non negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet, ubi non fuit consensus coniugalis de presenti; alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia. Secundum hoc etiam illud debet intelligi: Statutum est a sacro conventu ut si quis sponsam ex concilio tole alterius rapuerit, publica penitentia mulctetur tano, et sine spe coniugii maneat, et si ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de presenti; alioquin non fuisset coniugem eius vocare sponsam. Alii nubendi licentia non negatur. Sunt enim quedam nuptialia pacta de futuro, quibus sponsi et sponse vocantur, et inde coniuges sunt; et est quedam pactio coniugalis de presenti, que sponsum et sponsam etiam coniuges facit. Utraque pactio desponsatio vel sponsalia intelligitur. Sponsalia tamen dicuntur quedam sollempnia pacta nup-

tialia.

¶ Sponsalia prima pactio, consensus de futuro et consensus de presenti.

Hoc nuptialibus pactis alibi est tamen sponsio Augustinus in libro confessionum futurarum. Dicit enim Augustinus: Institutum est ut iam pacte sponse non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam quam non suspiraverit sponsus dilatam. Que

Hoc est sciendum quod illa sponsa que eum sponsa sit vidua institutum est pactis, mortuo sponso non tenetur mortuo sponso vidua, que non fuerit uxor eius. Unde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur, quia non duxit viduam. Vidue enim maritorum equiparantur, sicut bigamus sacerdos fieri prohibetur. Ex alia autem copula nullus ... alterius sponsa arcetur a sacris ordinibus. Secundum hoc intelligitur de mortuo duo est decretum Pelagii pape: Quisquis mortuo sponso ad sacros eius sponsam duxerit in uxorem, sicut est inde ordines ad hunc articulum attinet quod eleutherius decernit; cedere est institutum quod ad sacros ordines promoveri valeat. Si vero talis sponsa fuisset in qua consensus de presenti intercessisset, eo mortuo vidua remansisset, cui copulatus in coniugio arceretur ad sacros ordines, nisi accederet cum vidua duxerit. Illorum autem ambiguitas: quod solus de presenti consensus coniugium efficiat, licet non vere coniuges appellantur. Item per talem consensum si qui alii se copulaverint, sicut eius commixtio illic sequitur ad priorem copulam revocandus est. Sed Nicholaus de furto

Hic queri debet utrum consensus de futuro circumventio addito iuramento coniugium efficiat, ut si quis promittat vel iuret alicui se illam ad coniugi placitum illam ducturum, illa promittat vel iuret se illi nupturam; utrum talis sponsio eos coniuges faciat. Si mutato proposito alter vel uterque ad alienam copulam transiit, si aliquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam sede federationis pactum scinderetur. Considerandum quod longe aliud est promittere et aliud facere. Qui Respondeo promittit nondum facit. Qui ergo promisit se uxorem ducturum aliquam, nondum eam duxit uxorem, et que sponsondit se nupturam nondum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari possunt qui nondum contraxerunt, sed in futuro se contracturos iuramento promiserunt? ¶ Item si ex iuramento ad futuram promissionem mox efficiuntur coniuges, cur iurant in futuro se facturos quod per presentem efficiuntur? ¶ Item. Si ex eo quod iurant mox efficiuntur coniuges, tunc hanc rem efficiunt quam iurant se facturos. Item dico quod coniugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si vero ille qui uxorem duxit illam in ecclesia nupsit, coniugium utrumque fecit, nec potest dissolvi. Perjuri dicuntur quia mandatum vel promissum; penitentia est corrigendum. Si coniugium sequitur, non est dissolvendum. Illorum autem sic est quia sicut iuramentum coniugii presentis consensus accessione firmatur, quod post talem consensum si quis se alii se copulaverit, et si prolem procreaverit, irritum debet fieri, et ipse ad priorem copulam revocari. Unde obviare prima

Premisse autem sententie videtur obviare quod leges nouellarum constitutionis tradunt. Si quis constitutionis ... divinis scripturis iuramentum mulieri se cio.

¶ Iulius papa.

¶ Ex concilio tiburiensi.

de furto. c.

¶ Ex concilio eodem.

de furto

Item.

Pelagius papa.

xxviii

¶ sponsalibus et mediis nuptiis [illegible]

¶ solo publice

¶ opus

de furto

eam legitimam uxorem habiturum. vel si mox arras sacramenti vice dederit. sit illi legitima uxor. quamvis nulla dos. nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic decimi ostenditur quid fieri vel debeat. non quid teneat si fiat. ratio. Ponens pro illud iuramentum. tunc sit uxor. sed si debet ei iuramentum est. Post vero de illo iuramento hoc dictum intellige non de presenti consentit. ac se inanis insipiens. Illud etiam sic. quia dictum est solum consensum facere coniugium videtur contrarie quod Evaristus papa ait. Aliter legitimum non fit coniugium nisi ab his qui super feminam videntur habere dominationem. et a quibus custoditur uxor petatur. et a parentibus sponsetur. et legibus dotetur. et a sacerdote ut est mos benedicatur. et a paranimphis custodiatur. ac sollempniter accipiatur. Item. Ita legitima scitote esse connubia. aliter vero presumpta non coniugia sed adulteria vel fornicationes sunt. nisi voluntas propria suffragata fuerit et vota succurrerint legitima. Hoc autem ita intelligendum est. tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum Cur coniugium. sed quod sine illis non habet decorem ad decorem sa et honestatem debitam. Istis enim sacra enumerata et q ineunt celebratione. sicut in illis quedam ad necessitatem sunt pertinentia ad illud sacramentum. ut consensus de presenti de presenti. qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium. quedam vero pertinentia ad decorem et sollempnitatem sacramenti. ut parentum traditio. sacerdotis benedictio. et huiusmodi. sine quibus legitime fit coniugium quantum ad virtutem. non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges. sed quasi adulteri vel fornicatores conveniunt. intelligas clausulam nisi utriusque formatamque sunt nisi eis suffragetur voluntas verbis expressa de presenti. que legitimum facit matrimonium. ut eos illam et consensus occultus de presenti per verba expressus coniugium facit. licet non sit ibi honestas contractus. sed matrimonium non sanat consensus qui in occulto fuit. Si vero alteram dimiserit vir et cogatur iudicio ecclesie redire et remanere cum coniuge quam non potest probari testibus contraxisse. quia in occulto est factum. Sed si ipsi qui in occulto sibi consenserunt eundem consensum voluntarie in manifesto protestantur. tunc utique voluntas propria suffragatur et legitima vota succurrunt. ad sanctiendum coniugium quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo voluntas verbis expressa in occulto ad hoc suffragatur ut fiat coniugium. manifeste vero expressa suffragatur ut sanctiatur et roboretur. ac liberum fiat esse de hoc iudicare si expedierit. De quo re sit consensus ille. an de

Hic queritur cum consensus de presenti carnalis copule matrimonium faciat. cuius rei consensus an de coha sensus sit ille. an carnalis copule. an coha bitationis an bitationis. an utriusque. Si cohabitationis consensus de coha matrimonium facit. tunc frater cum sorore. pater cum filia potest contrahere matrimonium. Si carnalis copule. tunc inter Mariam et Ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in virginitate permanere. nisi deus aliter facere iuberet. Sed in quod visum angelo dixisse. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. id est me incognitum proposui. Sciebat enim quod tunc virum non cognoscebat. Necesse erat inquirere quomodo possit hoc fieri. sed quia numquam se cognituram proposuerat. Dicit enim Beda. quod in virginitate manere disposuerat. Sed contra sanctum propositum post consensum maritalem copulam. vel si fieri voluntate mente. isti vel opere violari. Dicimus ergo quod consensus cohabitationis vel carnalis copule non facit coniugium. sed consensus coniugalis societatis. verbis de presenti tempore expressus. ut cum vir dicit. Ego accipio te in meam. non dominam non ancillam sed coniugem. Quia enim non ancilla vel domina datur. ideo nec de summo. nec de imo accepta formata est. sed de latere viri. ob Quare de latere coniugalem societatem. Si de summo fieret vir et forma ut de capite. videretur ad dominationem creata. rat. mu Si vero de imo. ut de pedibus videretur ad serviendum subiciendam. lier Sed quia nec in dominam nec in ancillam assumitur facta est de medio. id est de latere. quia ad coniugalem societatem assumitur. Cum ergo sic conveniunt. ut dicat vir. Accipio te in meam coniugem. et dicat mulier. Accipio te in meum virum. his verbis vel aliis idem significantibus exprimitur consensus non copule carnalis vel cohabitationis corporalis sed coniugalis societatis. Ex qua oportet eos cohabitare. nisi forte causa religionis pari voto corporaliter separentur. vel ad tempus vel usque in finem. Coactio

Oportet autem consensum coniugalem excludit consensum liberum esse a coactione. Coactus coniugalem enim consensus qui non consensus appellari debet coniugium non facit. sicut testatur Urbanus papa scribens Sanctio regi Aragonum. inter alia. De neptis tue coniugio. quam te eidem militi dare in veritatis tue stipulatione articulo sub fidei pollicitatione firmasti hoc equitate dictante decrevimus. ut si illa virum illum omnino ut dicitur renuit. et in eadem voluntate auctoritate persistit. ut ante illi se prorsus deneget nupturam. nequaquam eam invitam ac renitentem eidem viro copulare coniugio compellas. Idem. Si verum est quod De filia cui quod nobis legati sedentis principis retulerunt Danis quod ipse coactus et dolens filiam suam [illegible] principis invitus renitentem Rainaldo desponsaverit. quia legum et canonum auctoritas talia sponsalia non approbat. ne ignorantibus leges et canones nimium dure videatur. tam sententiam temperamus. ut si princeps cum assensu filie id quod inceptum est perficere noluerit. concedamus. Si vero aut legatis vir utrique per relationem. et si in eodem sint ex pretio Rainaldi que amplius impediat. ab ipso Iordane suam filiam quo consentiente hec que dicta sunt accipiat. nisi canonum ac legum scripta sequentes de principe non prohibemus quin alii viro similiter predicta filia tamen modo nubat. Ex his apparet coniugium inter consentientes sponte et non inter renitentes et invitos. Un

Solo

Alia

causa

q. hic dicitur de sollempnitate Evaristus papa
et honestate matrimonii

secundum leges

Quare hic dicitur

beda

Quare inquirunt fieri loquentes

Urbanus papa

tamen quinimmo coacti contraxerint, sic postea ab aliquo temporis spatio sine contradictione cum cohabitaverint facultate discedendi vel reclamandi habita, consentire videntur, et consensus ille consequens supplet quod precedens coactio vitiaverat. In libro pandectarum.

Consentire quis probatur qui quidem non contradicit, secundum illud: In sponsalibus eorum consensus exigendus est quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen semper filia patri consentire nisi evidenter dissentiat. Item: Sponsalia sicut nuptie consensu fiunt contrahentium, ideo sicut in nuptiis ita in sponsalibus filiam familias consentire oportet. Que patris voluntati non repugnat consentire videtur.

Nec solum coactio impedit vel excludit consensum, sed etiam error. de errore. Sed non omnis quis error error consensum impedit. Est enim error alius arceat persone, alius fortune, alius conditionis, alius qualitatis. consensum. Error persone, quando hic putatur esse ille homo qui est alius. Error fortune, cum putatur esse dives qui pauper est, vel econverso. Error conditionis, cum putatur esse liber qui servus est. Error qualitatis, cum putatur esse bonus qui malus est. Error fortune et qualitatis coniugii consensum non excludit. Error vero conditionis coniugalem consensum evacuat, de qua conditione postmodum tractabimus. Error quoque persone consensum coniugalem non admittit. Ut si quis feminam nobilem in coniugem petierit, et pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium, quia non consensit vir in illam sed in aliam. Ut si quis promittit mihi se venditurum aurum, et pro auro offert mihi aurichalcum, et ita me decipit, numquid dicetur consensisse in aurichalcum? Non, quia numquam volui emere aurichalcum; nec ergo in illud consensi, quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materie excludit consensum, ita in coniugio error persone.

Sed opponitur de Iacob, qui pro Rachel VII annis servivit, et supposita est ei Lia. Si ergo error persone excludit coniugium, cum non in Liam sed in Rachel consenserit, quod ibi factum est in ministerio gestum [illegible]. Ibi tamen non fuisset, nisi secutus esset consensus; nec ex illo concubitu qui consensum precessit fornicarius iudicatur, cum ille maritali affectu eam cognoverit, et illa uxorio affectu debitum persolverit, putans lege primogenitorum et patriis imperiis se viro iure copulatam. Creditur etiam quod Dei consilio et instinctu factum est. Hodie etiam excusaretur ille cui in loco uxoris soror lectulum eius ingressa se subiecerit, que tamen sine spe coniugii perpetuo manere censetur. Ille tamen qui cognovit eam per ignorantiam excusatur, quia probabilis fuit error. Sicut diabolus transfigurans se in angelum lucis creditur bonus, non est error periculosus. Quod autem vir ille in aliam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur. Si quis heretici nomine Augustini vel Ambrosii alicui catholico se offerret, eumque ad fidei imitationem vocaret, si ille assentiret, de eo non diceretur consensisse in hereticum, sed in integritatem fidei quam ille hereticus se mentiebatur habere. Error fortune consensum non excludit. Ut si quis ducat pauperem putans illam esse divitem, non propter hoc removetur. Item conditionis, quod vel error qualitatis, ut si quis ducat in uxorem meretricem vel corruptam quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere.

de coniugio marie et ioseph.

Premissis aliquid addendum est de modo illius consensus qui inter Mariam et Ioseph intercessit. Sane credi potest solum Mariam, nec etiam Ioseph, tempore desponsationis proposuisse virginitatem servare, nisi Deus aliter iuberet, et sic consensisse in coniugalem societatem, ut utrique de alio revelante Spiritu intelligeretur quod virginitatem servare vellet, nisi Deus aliter imperaret. Sed illam voluntatem verbis non expresserant, sed postea expresserunt, et in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritale sacramentum, sed non in carnalem copulam, nisi de ea specialiter Deus preciperet. Cum etiam consilio in maritalem consensit copulam, quia virginitatem servare volebat, ideo non dicitur consensisse in coniugalem societatem nisi sub interventu divini consilii habuisse. De quo Augustinus sic ait: Beata Maria proposuit se servaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit ore. Subdidit se divine dispositioni, proposuit se perseveraturam virginem, nisi Deus aliter revelaret. Committens ergo virginitatem suam divine dispositioni, consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed divine inspirationi in utroque obediendo. Postea vero simul cum viro labiis expressit utriusque in virginitate permansuros.

Au. in li. de nuptiis et concupiscentiis.

Quod perfectum sit inter eos coniugium. Perfectum quidem non in significatione, sed in sanctitate. Sanctiora enim sunt coniugia pari voto continentium. Unde Aug.: Qui de pari consensu vovent, ambo perseverantiam reddere debitum. Ergo propositum simplicius est, ut tam sancte perveniat non ad partem temperantie ab impressione carnali, id est maritalis ipsius, verum etiam tanto sanctius coniuges manebunt, quanto sanctius conuenerunt placita servabunt. Perfectum ergo fuit Marie et Ioseph coniugium in sanctitate; perfectum etiam fuit secundum triplex bonum coniugii: fidem, prolem, sacramentum. Unde Aug.: Omne enim nuptiarum bonum, ut Aug. ait, impletum est in illis parentibus Christi: fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum, fidem quia nullum adulterium, sacramentum quia nullum divortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda carnis concupiscentia, que accidit ex peccato. Sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat. Docet non intellexisse coniugalis concubitus coniuges

Au. ad [illegible]

Au. in li. de bono coniugali

Au.

Nota in persona errore quadruplex

Solutio

Contra

Solvit tacita qom

tamen vere fuerunt in mente, non carne, sicut et parentes Christi. Ambrosius in libro de patriarchis dicit: Per fidem fieri coniugium, non per carnalem copulam. In nomine, inquit, matrimonii coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum commixtio corporalis; sed non inde est coniugium per fidem commixtione corporis. Non igitur ad veritatem vel sanctitatem coniugii, sed quantum ad significationem est perfectum, unionem Christi et ecclesiae tunc figurat.

Solo

Exposito quid sit efficiens causa matrimonii, consequitur. De finali causa. Causa est ostendenda, ob quam causam solet et debeat coniugium contrahi matrimonium. Est igitur finalis causa contrahendi matrimonium principalis procreatio prolis. Propter hoc enim instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit: Crescite et multiplicamini etc. Secunda est post peccatum Adae vitatio fornicationis. Unde Apostolus: Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem, et unaquaeque habeat virum suum.

¶ Sunt et aliae causae honestae, ut inimicorum reconciliatio et pacis redintegratio. ¶ Sunt et aliae causae minus honestae, propter quas aliquando contrahitur, ut viri mulierisve pulcritudo, quae animos amore inflammatos saepe impellit inire coniugium, ut valeant suum explere desiderium. Quaestus quoque et divitiarum possessio frequenter causa coniugii est, et alia multa, quae cuique diligenter adtendenti facile est discernere. ¶ Nec est assentiendum illis qui dicunt non esse coniugium quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim expressis coniugium fieri ex eorum consensu liberis de praesenti expresso, quamvis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum praestat Iacob, qui Rachel decoram facie et venusto aspectu amavit, eamque diligens ait: Serviam tibi pro Rachel septem annis. In Deuteronomio etiam legitur: Si videris in medio captivorum mulierem pulchram et adamaveris eam, volueris que habere uxorem, introduces eam in domum tuam etc.

Ad mal. finis non tamen vitiat coniugium

Et licet sine bono contrahatur coniugium, quod fit sponsis convenientibus motu iniquo aliquo, coniugium tamen bonum est, quia verba mala vel intentio perversa ab eo sacramentum non contaminat.

¶ Habuit autem coniugium Mariae et Ioseph etiam causas speciales, scilicet ut virgo solatio viri sustentaretur, et ut diabolo partus celaretur, et ut Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamiae suspicione, ne ut adultera damnaretur.

De tribus bonis coniugii.

Post haec de bonis coniugii, quae sunt et quae coniugium excusent, dicendum est. Tria sunt principalia bona coniugii. Unde Augustinus super Genesim: Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles, sacramentum. In fide attenditur ne post vinculum coniugale cum altero vel altera coeatur; in prole, ut amanter suscipiatur, religiose educetur; in sacramento, ut coniugium non separetur, et dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. Separationis autem gemina est species, scilicet corporalis et sacramentalis. De duplici separatione. Corporaliter possunt separari causa fornicationis, vel ex communi consensu ad religionis, sive ad tempus, sive usque in finem vitae. Sacramentaliter vero separari nequeunt, dum vivunt, si legitimae personae sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos, etiam si aliis a se discedentes adhaeserint. Unde Augustinus: Usque adeo manent inter viventes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges separati, quam cum aliis quibus adhaeserint. ¶ Item: Manet inter viventes quoddam coniugale vinculum, quod nec separatio nec cum altero copulatio possit auferre. Sic apostata anima velud de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita, sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit. Redderetur enim procul dubio redeunti, si amisisset discedendo. Habet autem hoc qui recesserit ad cumulum supplicii, non ad meritum praemii. Item: Quibus placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut vinculum coniugale inter illos rumpatur; immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierint, quae carius concordiusque servanda sunt, non voluptariis nexibus corporum, sed voluntariis animorum affectibus. ¶ Et attende quod tertium bonum coniugii dicitur sacramentum, non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacrae signum est, scilicet spiritualis et inseparabilis coniunctionis Christi et ecclesiae. Ad hoc tamen non omnia coniugio.

Et est sciendum ab aliquibus coniugiis quod haec omnia bona non comitantur. Deest enim fides, ubi vir cum alia, vel mulier cum alio concubitu hoc genus ligati in coniugio adheret, ut amplius committitur coniugium, si non adsit vel non ad inhaereat. Quae enim adultera est, non ideo coniux non est, immo si coniux non esset, adultera non foret; quod cum sit culpa committitur, sacramentum vero non quassatur. ¶ Bonum quoque prolis non omnibus adest coniugiis. Quidam enim pari voto continentiam servant, alii potentia deficiente vel ex causa generare non valent. Sed et omnes illi etiam qui prolem recipiunt bonum prolis habent? Solam bonum prolis dicitur non ipsa proles, sed spes quae ad religionem refertur, immo ad hereditariam successionem, ut cum quis heredes terrenae possessionis habere desiderat; sed spes ac desiderium quo proles ad hoc quaeritur, ut religione informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carent. Nec ideo tamen coniugium esse desinit. ¶ Sacramentum vero ita inseparabiliter (Aug.) coniugio haeret legitimarum personarum, ut sine illo coniugium non esse videatur, quia semper manet inter viventes vinculum coniugale, ut etiam interveniente divortio fornicationis causa coniugale vinculum sit, mutuum non solvatur. Ubi vero non inter legitimas personas contrahitur coniugium, non adest illud bonum quod dicitur sacramentum, quod potius solum naturali copula, de quibus post dicetur. Quod vero coniugium sit inter eos qui coniugali affectu non tamen gratia prolis, sed explendae libidinis coniunguntur, nec fornicarii, sed coniuges appellentur, ostendit Augustinus inquiens: ¶ Solet quaeri, cum masculus et femina, nec ille ma-

Ambr. in li. de patriarchis

Ad sup. gen.

XXXI

Aug. in li. de bono coniugali

Idem in eod.

Idem in eod.

Aug. de bono coniugali

ritus. nec illa uxor alterius sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur, ea fide media ut nec ille cum altera nec illa cum altero id faciat: utrum nuptie sint vocande? Et potest forsitan non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem quamvis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios vel etiam opere malo aliquo agant ne nascantur. Ceterum si vel utrumque vel unum horum desit, non invenio quomodo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel facultatibus suis inveniat quam comparem ducat, animo ipso adulter est, nec cum illa quam cupit invenire, sed cum ista cum qua sic cubat ut cum ea non habeat maritale consortium. Hec coniuges dicuntur qui solius concubitus causa conveniunt, si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non vitent.

xii

Ieronimi contra Iov.

Longe. i. formidat

Au. de nuptiis et concupiscentia.

De his qui procurant venena sterilitatis.

Qui vero venena sterilitatis procurant, non coniuges sed fornicarii sunt. Unde Aug. Aliquando eo usque pervenit hec libidinosa crudelitas vel libido crudelis, ut etiam venena sterilitatis procuret, et si nichil valuerit, conceptos fetus intra viscera aliquo modo extinguat vel fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere, aut si in utero iam vivebat, occidi antequam nasci. Prorsus si ambo tales sunt, coniuges non sunt, et si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium sed per stuprum potius convenerunt. Si vero ambo non tales sunt, audeo dicere: aut illa quodammodo est meretrix mariti, aut ille adulter uxoris.

Quando non sunt homicide qui procurant abortum.

Hic queri solet de his qui abortum procurant, quando iudicentur homicide vel non. Tunc puerperium ad homicidium pertinere cum formatum est et animam habet, ut Aug. super Exodum asserit. Informe autem puerperium, id est nondum animatum, lex ad homicidium pertinere noluit. Dicit enim Aug. quod informe puerperium animam non habet. Ideo multatur pecunia, non redditur anima pro anima. Sed si iam formato corpori anima datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine derivata. Nam sicut formatione et [illegible] de anima tunc. et multe ante concordie pereunt cum semen fluxu non proficit nativitati, prius oportet domum compaginari et sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima? Item Ier. Semina paulatim formantur in utero, et tamdiu non reputatur homicidium donec elementa confecta suas imagines membraque suscipiant. Ex his apparet tunc homicidas esse qui abortum procurant, cum formatum est et animatum puerperium.

Au. in libro questionum veteris testamenti.

probat assumptum

3 in tercio. c. xxviii

Ier. ad Algasium.

De excusatione coitus que fit per hec bona.

Cum igitur hec tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt, ad excusandum coitum carnalis valent. Cum enim servata fide thori causa prolis coniuges conveniunt, sic excusatur coitus ut culpam non habeat. Cum vero deficiente bono prolis, fide tamen servata, conveniunt causa incontinentie, non sic excusatur ut non habeat culpam, sed venialem. Unde Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentie vero satiande, sed tamen cum coniuge propter thori fidem, venialem habet culpam. Item. Sed quod coniugatos vincit concupiscentia ut ea utantur ultra necessitatem procreandi liberos, ponam inter illa pro quibus cotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra etc. Ubi autem hec bona desunt, fides scilicet et proles, non videtur coitus defendi a crimine. Unde in sententiis Sexti Pythagorici legitur: Omnis ardentior amator proprie uxoris adulter est. Item Ier. Sapiens iudicio amat coniugem, non affectu. Non regnat in eo impetus voluptatis, nec preceps fertur ad coitum. Nichil est fedius quam uxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa reipublice et generis humani uxoribus iungi, imitentur saltem pecudes, et postquam venter uxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se uxoribus exhibeant sed maritos. Item. In matrimonio opera liberorum concessa sunt, voluptates autem que de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore damnabiles sunt.

utrum debeant dici sponsalia

Au. de bono coniugali.

Nota bene

.i. non et venialia.

s. i. q. d. Sexti

Ier.

s. Solo

Ier.

De indulgentia apostoli quomodo sit accipienda.

Sed si concubitus qui fit causa prolis culpa caret, quid apostolus secundum indulgentiam permittit? Ait enim apostolus: Hoc autem dico secundum indulgentiam. Cum enim permittitur venia, nisi culpe? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatum. Sed, ut supra dictum est, indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Agitur apostolus de nuptiis et de carnali coitu, et ad utrumque refertur illud: Hoc autem dico secundum indulgentiam. Indulget autem nuptias secundum concessionem, et concubitum nuptialem qui fit tamen causa prolis. Concubitum vero qui est preter necessitatem generandi ob incontinentiam indulget secundum permissionem. Quia ubi aliqua culpa est, sed levis, ibi non iubetur nec conceditur, sed permittitur, quia non est laudabile sed veniale. De hoc autem sic ait: Forte aliquis dicet: Si veniam concessit apostolus, ergo peccatum sunt nuptie. Cui enim venia tribuitur, peccato conceditur. Plane quod infirmitati permittit secundum veniam, audeo dicere peccatum esse. Veniam namque concedens apostolus concubitum attendit coniugatorum, id est incontinentie malum.

Nota quod dicit dampnate

opponitur ei quod dicit status coniugalis concubitus

q. d. nulli alii

Dabit

Au.

Au. in sermone de verbis apostoli.

Quid sit malum incontinentie.

Incontinentie malum est quod vir cognoscit uxorem etiam ultra necessitatem procreandi liberos. Sed ubi est nuptiarum bonum, sic ubi incontinentia malum est. Id est coniugium, id est concubitus preter intentionem generandi non est bonum, nec propter illud malum culpabile est, sed bonum. Sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale. Quod non respiciendo apostolus, sed malum incontinentie. Item. Concubitum qui non fit causa prolis nuptie non cogunt fieri, sed impetrant ignosci, si tamen non ita sit ut nimius impediat tempora quae orationi debentur, nec immutetur in eum usum qui est contra naturam. Concubitus enim necessarius causa generandi inculpabilis et solus ipse nuptialis est. Ille autem qui ultra necessitatem progreditur iam non rationi sed libidini obsequitur. Et hunc non exigere sed reddere coniugi ne fornicetur ad coniugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscentiae subiguntur, rem faciunt quae non est nuptiarum. Cum ergo delicti non sunt nuptiae hortatrices, sed castitatis, quod coniugale castimoniae petendo et reddendo carnale debitum fidei, hoc est opus nuptiarum, quod a crimine peccati defendit apostolus dicens: Non peccat virgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptiis imputandus est, quod secundum veniam concedit apostolus, scilicet quod coniuges debitum carnis exposcunt non propagandi voluntate sed libidinis voluptate, quae etiam voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam. Tantummodo tamen quod progressio secundum veniam conceditur. Quocirca et hinc laudabiles sunt nuptiae, quod et illud quod non pertinet ad se ignoscibile faciunt propter se. Non enim iste concubitus quo servitur concupiscentiae agitur ut impediat fetum quem postulant nuptiae.

Ad. c. iulianum hereticum

Ideo quod in genere suo nuptiae bonae sunt, quod fidem thori servant et prolis suscipiendae causa utrumque sexum commiscent, et impietatem in separationibus horrent. Sciendum etiam coniugium non esse inter infideles, obici potest, cum fidelis possit infidelem, ut apostolus docet. Ex his ostenditur quod coniuges qui causa prolis tantum conveniunt, et qui exigentibus debitum reddunt, defenduntur a peccato societatis coniugii bono, scilicet nuptiali.

Nota rationem magistri

Si enim absque peccato non posset fieri concubitus coniugalis, non praecepisset dominus post diluvium eos copulari dicens: Crescite et multiplicamini, cum tamen sine carnali concupiscentia non possent convenire.

Opponit

Sed forte aliquis dicet **Quod non omnis delectatio carnis peccatum est** omnem carnis concupiscentiam et delectationem quae est in coitu malum esse et peccatum, quia ex peccato est et inordinata.

Solvit

Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malum esse, quia foeda est et poena peccati, sed non semper peccatum est. Saepe enim delectatur vir sanctus secundum carnem in aliqua re, ut reficiendo post laborem, edendo post esuriem, nec tamen illa delectatio est peccatum nisi sit immoderata. Sic et delectatio quae est in coitu coniugali, cum adsunt illa tria bona, a peccato defenditur.

Opponit

¶ Videtur tamen beatus Gregorius aliter sentire, scilicet quod sine peccato non possit fieri carnalis concubitus, dicens: Vir cum propria coniuge dormiens non lotus aqua ecclesiam intrare non debet. Quamvis diversae hominum nationes de hac re diversa sentiant, et alia custodire videantur,

Romanorum

Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem proprii coniugis et lavacri purificationem quaerere, et ab ingressu ecclesiae paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse coniugium, sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu est abstinendum, quia voluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest.

Solvit

Hoc autem ne forte obviet intelligendum **Determinat auctoritatem** est in illis qui non gratia prolis conveniunt, quia voluptas non est sine peccato, vel in aliqua reperies praeter hunc amplexus carnales experientes, qui etiam convenire praeter intentionem prolis, plus hoc autem quatenus sit ab ingressu ecclesiae abstinendum est. ¶ Et quod ita intelligendum sit, Gregorius consequenter ostendit. Si quis vero sua coniuge non cupidine voluptatis rapitur, sed tantum procreandorum liberorum gratia utitur, iste profecto sive de ingressu ecclesiae, sive de sumendo corporis dominici misterio suo est iudicio relinquendus, quia prohiberi a nobis non debet accipere qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandae sobolis sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habeant coniuges etiam de commixtione sua quod defleant. Hinc autem vir post commixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem valet accipere, cum ei secundum praefinitam sententiam ecclesiam licuerit intrare.

D. XXXII

De solutione carnalis debiti.

Sciendum autem est quod cum in omnibus aliis vir praesit mulieri, ut caput corpori: est enim vir caput mulieris, in solvendo tamen carnis debito pares sunt. Unde apostolus utrumque pariter praecipit in hac causa, id est in vicem subiecti, inquiens: **Aug.** Vir debitum reddat uxori, similiter et uxor viro. Quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. Similiter et vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Quia nec **Aug.** mulier a viro alio, nec vir ad aliam mulierem potestatem habet sui corporis. Sic vir ad eundem **Aug.** dum, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu. Sed alter alterius potestatem habet corporis, ut poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc enim pares sunt, quia nec viro nec mulieri corpus suum licet alii tradere, **Aug.** sed sibi invicem sunt debitores in hac causa, nec peccandi detur occasio. Postquam dominium tollitur utrique sed invicem. Debent enim sibi coniuges **Aug. vel de bono coniugali** non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quae prima est ista mortalitatis societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendae ad illicitos concubitus devitandos mutuam quodammodo servitutem, ut si alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis. Quod adeo verum est, ut etiam quod non filios procreandos sed infirmitatis et incontinentiae causa expetit vel ille de matrimonio vel illa, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis. Exigere autem ultra necessitatem generandi culpa est venialis. Fornicari vero vel moechari puniendi est criminis.

[illegible] debitat [illegible] ardor [illegible] liberis

peccatum [illegible] veniale [illegible]

Quod uero sine consensu uxoris uir continere non ualeat. subditis probatur testimoniis. Ait enim aug. Si dicat uir continere iam uolo. nolo autem uxor. non potest. Quod enim tu uis. illa non uult. Si aliquid pro continentia tua illa debet fieri fornicaria. Si alii nupserit te uiuo. adultera erit. Non uult tali uoto deus tale dampnum compensari. Redde debitum. et si non exigis. redde. Pro sanctificatione perfecta deus tibi computabit. Si quod non tibi debetur exigis. si reddis quod debes uxori. Item. super illud apostoli. Ceterum si uiuere continenter uoluisti. et tu noluisses debitum uel reddere uel exigere. tibi illis deus imputaret continentiam. sed non sic sed tue consideraret infirmitatem. ne in adulterium caderet.

Unde Aug. contra Iu|lia. de bo|num. fu-

Similiter qui compatiens infirmitati uxoris. reddit non exigit debitum. dicat sibi. ad propriam infirmitatem ducat uxorem. plangens potius quod sine uxore esse non potuit quam gaudens quod duxit. [illegible] expectatur. [illegible] nouissimum. Item. Una causa sola est potius quare adhuc quod uouisti. non modo non teneris sed etiam prohiberis implere. si forte tuus coniunx. hoc tecum suscipere animi uel carnis infirmitate recusaret. Nam uouenda talia non sunt a coniugatis nisi ex consensu et uoluntate communi. et si propere factum fuerit. magis est corrigenda temeritas. quam persoluenda promissio. Non enim deus exigit. si quis ex alieno aliquid uouerit. sed potius usurpare uetat alienum. Item apostolus. nec ad tempus sic uacent orationi nisi ex consensu uoluit coniuges carnali inuicem fraudari debito. Item. Quam manifestum est ita uoluisse legem feminam subditam esse. ut nulla ab ea uota abstinentie quam uouerit reddantur ab ea nisi auctor sit uir permittendo. Nam cum ad personam eiusdem uiri pertinere uoluit lex. si postea prohibuerit non tenebitur. ut sanctificetur mulier que uouerit quod permisso uiri persoluit. Unde et [illegible] ex hoc quod prohibuit. que post concessit. non tamen mulieri ex hoc uisum dedit. ut cum semel uir ei concesserit. postea prohibuerit contempnat.

Ex his apparet. quod uir uel mulier continentiam deo offerre non potest sine alterius consensu. nec alter alteri debitum negare debet. Sed uoto quilibet eorum alterum a suo iure absoluit. ad preteritam seruitutem nunquam reuocare potest. Hoc enim ut aug. supra uoluisse. Quibus dam uisum est. quod mulier non discedens a domo uiri. que uiro permittente continentiam promiserit. eodem prohibente seruare non ualet. et hoc propter dignitatem uiri qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur ita sic ubi uir concedit mulieri uouere continentiam. et tamen uouere prohibet implere. Sed postquam uouerit mutare non potest reuocari. secundum illud. Qui ex consensu uxorem suam uelare permiserit. aliam non accipiat. sed similiter contineat.

ex consilio|ilerdensi

Quibus temporibus cessandum

Et licet debitum postulanti sit semper soluendum. non licet tamen quolibet die postulare. Unde aug. sermo cum uxore sua aliquando licet conuenire aliquando non. Propter passiones enim dies ieiuniorum aliquando non licet conuenire. quod etiam aliquis abstinendum est. ut facilius impetrari possit quod postulatur. Item. Quotiens enim dies natiuitatis uel reliqua festiuitates aduenerint. non solum concubinarum consortio. sed etiam a propriis uxoribus abstinendum est.

Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor. non multum temporis concessum uidetur ad ipsum usum. quod et dies festi et dies processionis. ipsa ratio conceptus et partus uxoris legem cessare usum carnis iubent debere temporibus determinatis.

Ier. ut dissentiente apostolo

Unde quod deum est reddere debitum non est potius uxoris obuiare quam iubet Ier. Qui enim uxori debitum reddit uacare non potest orationi. nec carnes agni edere. Item De panibus propositionis. ab his qui uxores suas tangerent comedi non poterant. Quanto magis panis qui de celo descendit. non potest ab his qui coniugalibus paulo ante hesere complexibus uiolari atque contingi. Non quod nuptias condempnemus. sed quod eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus. uacare a carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum pertinet ad ministros ecclesie quibus non licebat sacra officia celebrare. atque misteria tempore coniugalis amplexus. quo etiam presentia spiritus sancti non datur. Unde idem ait. Connubia legitima carent quidem peccato. sed tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur. presentia sancti spiritus dabitur. et si propheta esse uidetur. quo officio generationis obsequitur.

Quibus temporibus non sunt celebrande nuptie.

Nec solum in opere carnali obseruanda sunt tempora. sed etiam in celebrandis nuptiis. Unde in concilio. Non oportet a septuagesima usque in octauam pasche et tribus ebdomadibus ante festum sancti Iohannis. et ab aduentu domini usque post epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit separentur. Item Nicholaus papa. [illegible] uxorem ducere. nec conuiuia facere quadragesimali tempore conuenire possibile ullo modo arbitramur.

Nicholaus ad|consulta bul|garorum.

De diuersis coniugii legibus.

Queritur hic de antiquis patribus qui plures simul leguntur habuisse uxores et concubinas utrum peccauerint. Ad quod dicimus pro uarietate temporum uaria inueniri dispensationis conditiones. Ab exordio enim temporis inter duos tantum adam scilicet et euam inchoatum est coniugium. deo per os ade dicente. Adherebit uxori sue. et erunt duo in carne una. Secundum inchoationis modum inter duos tantum per ordinem successionem coniugia contraherentur si primi homines inobedientia preualuissent. Post eorum uero copulam filii et filie eorum matrimonio coniuncti sunt sed uir uni tantum. Fratres autem sororibus tunc sine copula. quod non erant alie mulieres. quam ade filie. et filie iungerentur. Primum omnium lamech duas legitur sunt habuisse uxores. et hoc

Au. li. post psalm. xlvi.

continere

q. d. n.

Au. de decem [illegible]

Au. ad armentarium et paulinam.

Dignum memoria

Au. de adulterinis coniugiis.

Au. in questione num.

Co

p dei aucte. R.

Cap magri

xxxiii. q. v.

Au. in li. de questionibus noui testamenti. c.

Ambr.

Ier. in sermone quodam.

Ier. sup matheum.

i. plene ut ratio [illegible]

xxxiii. q. iiii. c. ii

Co

R.

inde arguitur quod propter explendam carnalis voluptatis id fecerit se prohibetur. ¶ Postea vero cum iam pene omnes falsis diis servirent, pauci in cultu dei permanentibus, quod licitum est ad plures in matrimonium copulare, ne illis parentes deficientibus cultoribus notitia dei desideret. Unde Abraham vivente uxore ad ancillam intravit et ex ea genuit. Iacob etiam duabus sororibus et ancillis se copulavit. Filiae Loth patre ebrioso sunt usae, cum enim cum eo in desolata relictae habitarent, et suspicarentur sibi semen dominus delegisse, et ne mulierum seculi ante multiplicationem deficerent, quod in successione sanguinis erat successio religionis. Unde in lege maledicta erat sterilis quae non relinquebat semen super terram. Hinc et sacerdotibus coniugia debebantur, quia in successione familiae successio erat officii. Non ergo Abraham Iacob deliquerunt, quia praeter uxorem filios ex ancilla susceperunt. Nec mos exemplo praecedentium coniugale debitum fecerunt indignum. Hoc autem quod recte cum illorum coniugia nostrorum aequiparantur virginitati, et modestiam usus coniugii nostri temporis comparatione fere innocentiam fornicationis illius temporis. De hoc Augustinus sic ait:

Au. in li. de virginitate.

Antiquis iustis non fuit peccatum quod pluribus feminis utebantur, et quia non hoc faciebant causa lasciviae sed causa gignendi hoc faciebant, non erat mos eo tempore, ei faciebant. Nec est peccatum quia nulla lege erat prohibitum.

Au. sup. Gen.

Idem: Obiciunt Iacob iiii uxores, quod quando mos erat crimen non erat. Sic patriarchae coniugibus compluribus semen suum miscebant, non concupiscentia perficiendae voluptatis, sed prudentia propagandae successionis.

Au.

Sic apostolus auditoribus suis carnalibus doctrinam suam cum delectatione miscebat, non aviditate consequendae laudis, sed caritate seminandae veritatis. Idem alibi:

Idem.

Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostrae mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias celebrabant, non victi libidine sed ducti pietate, qui multo facilius continere possent, si vellent. Videbantur tamen eo tempore plures uni viro licere, quas cum eo habebat, cum non unam quibus ipse inquilis videmus quod se ut unam concederet apte. Habebat enim eas in opere generandi, non in motu desiderii. Item

Au. in li. de patriarchis

dixit Sara ad Abraham: Ecce occlusit me dominus ut non pariam. Intra ergo ad ancillam meam ut filium facias ex ea. Et ita factum est. Cognoscendum primum quod habebatur ante legem Moysi et tamen factum fuit. Non ergo in lege commisit Abraham, si legem praevenit. Nondum enim interdictum videbatur. Sed considerandum quod non ardore aliquo vagae successus libidinis, non speculantis formae captus decore ancillae concubuit, sed coniugale propter huius rei causam studio gerendae posteritatis propagandae sobolis. Adhuc post diluvium rarus erat humani generis cultus et religionis. Denique Loth scilicet hae filiae cum querendae posteritatis haberent neglexissent, defecerunt humani, ut publica muneris gratia privatam culpam protegeret. Item Augustinus:

Au. in li. de virginitate.

Iustus quis cupiat dissolvi et esse cum Christo, non sumunt alimentum non capiendo vivendi sed officio consulendi, ut maneant quod necessarium est propter alios.

Similiter

Sic miscere feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, et utrumque non est sine delectatione carnali, quae tamen modificata et temperante continentia in usum naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem in sustentando vita illicitus est cibus, hoc est in querenda prole fornicarius vel illicitus concubitus, et quod est in cibo ventris ingurgitatio appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille concubitus.

Non prefertur virginitas Iohannis castitati Abrahe.

Quod vero castitas virginalis non praefertur continentiae coniugali castitatis Abrahae, Augustinus ostendit inquiens:

Au. in li. de virginitate.

Sicut non est impar meritum patientiae in Petro qui passus est et in Iohanne qui passus non est, sic non est impar meritum continentiae Iohannis qui nullas expertus est nuptias et Abrahae qui filios genuit. Nam illius caelibatus et illius connubium pro temporum distributione Christo militabant. Sed continentiam Iohannis in opere, Abraham in solo habitu habebat. Hoc est autem cum castitas caelibatus quam nuptiarum. Quare unam Abraham habebat in usu, aliam in habitu. Caste enim coniugaliter vixit, esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Item Ieronimus:

Ier.

Nec ignoro sub alia dispensatione dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti cuius nunc sunt Christiani. Quomodo Abraham ante placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in castitate. Servivit ille legi et tempori suo, serviamus et nos legi et tempori nostro, in quos fines seculorum devenerunt. ¶ Ex his apparet quod sancti patres ante legem sine peccato plures habuerunt uxores et concubinas. Sed sciendum est uxores appellari scriptura et concubinas. Rachel et Lia ambae uxores fuerunt, non concubinae.

Oppositio.

Si quis opponat quod fidem thori non servabant illi patres, dicimus in hoc servasse fidem thori quod non aliis sed propriis uxoribus et ancillis miscebantur. ¶ Haec quae fuerit consuetudo ante legem.

Quae erat consuetudo sub lege.

Lege vero quia interdixit Moyses carnalem copulam fieri cum matre, cum noverca, cum sorore, cum nepte, cum amita, cum matertera, cum nuru et aliis quibusdam, permisit autem divortium fieri dato libello repudii. Itaque ut scribebat cuius propter quibus uxorem repudiabat. Permisit et aliam ducere dato per libello. Quod propter duritiam cordis eorum permissum est, dicente

Iohs. Cris.

domino: Non concedere discidium, sed ut tolleret homicidium. Permisit enim mala ne fierent peiora. In permittendo non dei iustitiam demonstravit, sed peccatorum minuit culpam.

Cum liceret plures habere uxores.

Sed numquid sub lege licebat plures habere uxores? Audi quid scriptum in Deuteronomio:

Au.

Non habebit uxores plurimas, quae alliciant minima est. Super quae loca Augustinus ait: manifestum est Salomonem in hoc praeceptum transisse. David autem plures habuit, non praeceptum praeteriit. Permissum est enim plures habere, non plurimas, ut alliceat alium multiplicare. Et ne adderet ut si elevetur cor eius ad alienigenas per libidinem etc. Item. Vitium multiplicandi uxores generaliter per libidinem est. Permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare. Veniente autem plenitudine temporis quo gratia usque est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorem honorem quo instituendum, ut unus uni, una uni et coniungantur. Sic est electio mutua in successione generis, in perfectione unitatis et sinceritate fidei et dignitatis fecunditatis perfecte sacramentalis continentia indicatur. De virginitate mentis et carnis.

Melior est autem virginitas mentis quam carnis. Unde Ambrosius: Inviolabilis est mentis virginitas quam carnis, utrumque bonum est si liceat. Si non licet, saltem non hominis castitas Deo suum. Virgo per stuprum potest adulterari, non potest. Sic impudicitia infirmitatis castitate violenta dolet infirmitas. Item. Sola potest anima corrumpi non membris sed ut fides corrupta. Sed hostis fidem non potest; corpus corrumpi non persuasum corruptum fuit animae enim castitate gione animae. Corpus non potest. ¶ In fine huius capituli apertum quoniam verum sit non anima prius fuisse corrupta corpus non posse corrumpi specie. ¶ Illud huic advertendum est. Dicit inquit sanctius est mori fame quam idolotitis vesci, tamen sanctius est defungi sine liberis quam ex illicito coitu stirpem quaerere. Undecunque vero nascantur homines, si parentum vitia non sectentur et Deum recte colant, honesti et salvi erunt. Semen enim ex quocunque homine Dei creatura est, et eo male utenti male erit. Sed ipsum aliquando malum erit. De personis legitimis.

Tunc superest advertendum quae personae sint legitime ad contrahendum matrimonium. Legitime iudicantur personae secundum statuta patrum quae divina sunt. Aliae namque sunt legitime ante legem, aliae sub lege, aliae tempore gratiae. Sed hic intendimus de quibusdam quae legitime quomodo sunt. ¶ Harum vero quaedam sunt legitime sed illegitime quaedam, sunt plene legitime, quaedam omnino illegitime, quaedam medie. Plene legitime sunt quibus non obviat votum continentiae, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel natura frigiditatis, et si quod aliud sunt huiusmodi. Illegitime sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Medie vero sunt non plene legitime nec omnino illegitime, ut per frigiditatem vel adulterium. Sicut aliter iunguntur ignorantes conditionem medie personae quaedam accidentalibus causis et eisdem deficientibus dividi. ¶ Debilis enim qui ex frigiditate debitum De frigidis et reddere non possit, consulatur ut per separandis. maneant. Sed si mulier causetur et dixerit: volo esse mater et filios generare, decernimus ut uterque eorum vii manu propinquorum iurent quod numquam carnali commercio convenerunt, et mulier secundas nuptias contrahat. Vir autem qui frigide nature est, absque spe coniugii permaneat. Dicimus sic. ¶ In decretalibus de his qui matrimonio iuncti sunt et invicem non possunt, si ille aliam vel illa alium ducere possit, de quibus scriptum est: vir et mu- In legibus lier si se coniunxerint et post dixerit mulier [illegible] de viro quod coire non possit cum ea, si potest probari quod verum dicat, per iudicium accipiat aliam. Si vero ille accepit per aliam separetur. Item de his requisisti [illegible] quibusdam frigidae naturae dicunt se non posse invicem operam carnis dare et commisceri. Isti vero si non se commiscent, pro uxore habeant eam quasi sororem. Quod si tractatum cultum coniugale noluerit rescindendum, maneant uterque in tempore. Sola si huius non potuerit alteri accedere, quomodo alteri convenientem legitime similiter aliam uxorem accipiat. Manifesta patet ratio quia suggerente diabolo adulterium fornicationem exercent cum huiusmodi, uxore autem dimissa vindicta falsitatem molesti. Quod si mulier causetur dicens: volo esse mater et filios generare, uterque eorum vii manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat ut numquam per commixtionem carnis coniuncti una caro effecti fuissent, et ut mulier secundas possit celebrare nuptias. Humanum duo per infirmitatem carnis accidit. Vir autem qui frigidus est maneat sine coniuge. Quod si vir alteram acceperit copulam etc. Consuluit [illegible] qui invicem per unum [illegible] retinendum imperitientia peracta pro [illegible] cogantur tempore consulta. Hoc servandum est ut uterque eorum fateatur. Si vir dixerit se debitum reddidisse, uxor et illa diffitetur, eius potius fides habenda sit, cum ea conqueritur. De hoc ita statutum est. Si quis accepit In alio capitulo spondit uxorem et habere eam aliquo tempore et ipsa femina dicit quod numquam concubuit cum ea, et ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate dictum est. De maleficiis autem impedimento hoc De his qui maleficiis tenendum decernitur: quod si per sortiarias impediti coeunt atque maleficas concubitu non sequitur hortandi De impossuntur quibus id evenerit ut per spiritum contritum et humiliatum Deo et sacerdoti de omnibus peccatis faciant confessionem, et lacrimis atque eleemosynis et orationibus, ieiuniis Domino satisfaciant, et per exorcismos ac cetera ecclesiasticae disciplinae munimina muniantur ut tales sanare poterint. Quod si non potuerint, separari valebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint, illi qui in ventris quibus iuncte fuerunt, prioribus quos reliquerunt et si possibilitas concumbendi eis reddita fuerit reconciliari nequibunt. ¶ Quod in fine huius capituli continetur ex rigore magis dictum intelligendum est, quam ex canonica aequitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus non iudicio ecclesiae quo divisio facta fuerit. De furiosis addere.

Ambrosius in lib. de virginibus.

Hyeronimus in [illegible]

Hyeronimus in [illegible]

Augustinus in lib. de bono coniugii.

Distinctio

Gregorius urbi [illegible] archiepiscopo.

Idem consuluit.

Innocentius Remensi archiepiscopus.

Fabianus papa.

Nicholaus papa.

Furiosi quoque dum in amentia sunt matrimonium contrahere non valent. Unde Fabianus: Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed si contractum fuerit, non separentur. Item Nicholaus: Hi qui matrimonio sunt copulati, si unus ex duobus vel amentia vel furor vel aliqua infirmitas accesserit, ob hanc causam infirmitatis talium coniugia solvi non possunt. Similiter etiam sciendum de his qui ab adulteris excecati vel membris truncati vel a barbaris secti fuerint. De his qui cum duabus sororibus dormiunt.

De his etiam qui cum duabus sororibus vel cum duobus fratribus dormierunt, videndum est quid sentiant canones. Qui dormierit cum duabus ex aurelianensi sororibus, et una earum ante fuit uxor, neutram galio ex ipsis habeat, nec ipsa adultera umquam in coniugio copuletur alteri. Sed nec ipse uxori sibi licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam sororem eius cognoscendo; nec etiam post mortem uxoris licet ei vel ad uxorem copulari alteri in coniugium. Item Zacharias papa: Concubuisti cum sorore uxoris tue; si fecisti, neutram habeas, et uxor tua si non fuit conscia sceleris, si se continere non vult, nubat in domino cui vult. Tu vero et adultera sine spe coniugii maneatis, et dum vivitis penitentiam agite. ¶ Quod autem sine vult nubat, intelligendum est post mortem viri. Unde Gregorius:

Gregorius.

Qui uxores suas in adulterio deprehendit, nec ille nec illa aliam uxorem accipiet vel alium virum quamdiu ambo vivunt. Sed si adultera mortua fuerit, vir eius si vult nubat; adultera vero numquam, etiam si mortuus fuerit vir eius, sed omnibus diebus penitentie lamenta persolvat. ¶ Hic de illo adulterio agit Hoc est dimittere quod cum cognato viri vel cum cognata uxoris damnatur pa-committitur. ¶ Illud etiam sciendum est quod pro macula seu aliqua infirmitate vel macula corporali non se deformi licet viro uxorem dimittere vel econverso, sed debet alter utrique con-alterius subsidia providere. Unde Augustinus: Si uxorem po-quis habeat sterilem sive debilem membris, vel cecam vel claudam vel surdam vel si quid aliud sive morbis vel laboribus doloribusque confectam, et quicquid excepta fornicatione excogitari potest vehementer horribile, pro societate fideque sustineat. Quod eadem viri et

Augustinus in sermone domini de monte.

Hoc etiam notandum est, quod cum dominus vir et mu-concedat uxorem dimittere causa fornicationis lier tantum viro, eadem licentia non tollitur feminis. Unde Ieronimus: Precepit dominus uxorem non dimitti excepta causa fornicationis, et si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris precipitur, hoc consequenter redundat ad feminas. Non enim adultera uxor dimittenda est et vir mechus tenendus. Item: Apud nos quod non licet feminis, eque non licet viris, et eadem servitus pari condicione censetur. ¶ Ex his ostenditur quod mulier potest pro fornicatione virum convenire ut vir mulierem. Unde Innocentius

Ieronimus de morte Fabiole ad oceanum.

xxxvi

Innocentius papa.

papa: Quia christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condempnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, viri autem libere uxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt; ideo mulieribus prodito earum crimine communio negatur, virorum autem latente commisso non facile quisquam ex suspicionibus arcetur; qui submovebitur si flagitium detegatur. Quod for-

Si vero queritur an adulter adulteram possit nicarius non dimittere causa fornicationis, dicimus quod dimittere non ipsorum nequit adultera uxor dimitti a viro non fuerit ipse extra corpus fornicationis gerat recedendo. Unde Augustinus: Sicut iniquum est eum causa fornicationis dimittere uxorem, si ipse convincitur fornicari. Occurrit enim illud: In quo alium iudicas, te ipsum condempnas. Quare per quod fornicationis causa licet viro dimittere uxorem, prius debet esse alienus a fornicatione. Quod similiter de femina dicendum. Idem:

Augustinus in libro de sermone in monte.

Idem de adulterinis coniugiis.

Indignantur mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas, cum tanto gravius eos puniri oportuerit quanto magis ad eos pertinet et virtute vincere et exemplo regere feminas. Ex his apparet quod adulter adulteram dimittere non valet recedendo. Quod possunt reconciliari qui causa fornicationis separantur.

Si quis autem fornicationis causa fornicantem uxorem dimiserit, alii copulari non potest, sed continere oportet vel ad dimissam redire. Sic et de femina. Unde Apostolus: His qui matrimonio iuncti sunt precipio non ego sed dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari; et vir uxorem non dimittat. Sed Ambrosius: Ideo non subiecit de viro sicut de muliere, quia licet viro alteram ducere. Sed hoc a falsariis in Ambrosii libro positum creditur. Supplendum enim est de viro quod de uxore premisit, ut ait Augustinus sic: Quare non addit de muliere, quia premisit de viro, nisi quod similem formam voluit intelligi, ut si dimiserit causa fornicationis permittere, maneat sine uxore aut reconcilietur uxori.

Augustinus ad consultationem

Ambrosius.

Augustinus super epistolam ad Corinthios.

Idem: Sicut nec illi nubere conceditur vivo viro a quo recessit, nec huic alteram ducere viva uxore quam dimisit. Unde nulli fas est vivente illicita cum qualibet stuprum committere. Idem: Ut non facile dimittatur uxor, dominus solam fornicationis causam excepit; ceteras vero universas molestias si que extiterint iubet pro fide coniugali et pro castitate fortiter sustineri, et mechum dicit eum qui viro solutam duxerit. ¶ Ex his ostenditur quod sicut fornicationis fuerint separati non potest vir vel mulier aliam alium inire copulam. Possunt autem reconciliari et ita habentur sicut prius, si dimissum alter revocare voluerit. Que predictis videntur obviare

Iulianus de sermone in monte.

Iacob.

Dicit tamen Iohannes Crisostomus: Sicut crudelis et iniquus est qui castam dimittit, sic fatuus est et iniquus qui meretricem retinet. Patronus enim turpitudinis est qui celat crimen uxoris. Item Ieronimus: Cum mulier unam carnem in aliam diviserit, et

Iohannes Crisostomus super Matheum.

Ieronimus.

fornicatione a uiro separata est, non debet teneri, nec inuitum quis submittendus, sicut dicente scriptura Salomonis: Qui tenet adulteram stultus et impius est. Item ad Carpandum scribens presbiterum de quadam que in uiro suo uiuente alii nupserat, sic ait: Rem nouam loquor, immo non nouam sed ueterem, que ueritatis auctoritate confirmatur. Sicut liquet secundum uirum mulierem reconciliari uolentem non potest. Determinatio.

Idem

Decidit premissa

Sed hec omnia intelligenda sunt de illa que ab adulterio recedere noluit, nec per penitentiam peccatum delere. Ceterum sine sciente patre consentiente uidetur. Si uxor in adulterio perseuerare elegerit, patronus sit turpitudinis et lenocinii reus maritus tenebitur, si eam adulteram tenere uoluerit. Si autem a peccato recesserit et per penitentiam illud purgauerit, potest uiro reconciliari. Unde Augustinus: Quod tibi durum uidetur, ut post adulterium reconcilietur coniux coniugi, si fides assit non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus penitentia esse sanatos? Item. Non erit turpis et difficilis et post patrata atque purgata adulteria reconciliatio coniugii, ubi per claues regni celorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: non ut post uiri diuortium adultera reuocetur, sed ut post Christi consortium adultera non uocetur. Item Gregorius. Debet recipere peccatricem que penitentiam egit, sed non sepe. Item Hermes. Si uir sciuerit uxorem suam deliquisse, et non egerit penitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, et uiuit cum illa uir, reus erit particeps peccati eius. Quod si mulier dimissa egerit penitentiam et uoluerit ad uirum suum reuerti, debet recipere peccatricem que penitentiam egit, sed non sepe.

Augustinus ad Pollentium.

Augustinus in libro de adulterinis coniugiis.

Gregorius in libro pastoralis.

Hermes in libro pastoris.

De his que se cum eis polluerunt per adulterium.

Solet etiam queri an ualeat duci in coniugium que prius est polluta per adulterium. De hoc Leo papa: Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio. Item. Relatum est auribus sancte sinodi quendam alterius uxorem stupro uiolasse, insuper mechie machinamentum dedisse, quod post mortem legitimi mariti sui, si superuiueret, duceret eam uxorem. Quod factum est. Tale ergo connubium prohibemus et anathematizamus. His aliisque auctoritatibus prohibentur in coniugium copulari qui se prius adulterio maculauerunt. Sed contra Augustinus testatur dicens: Denique mortuo eo cum quo fuit uerum connubium, fieri uerum connubium cum quo prius fuerat adulterium. Item ipse: Fieri licitas nuptias ex personis illicite coniunctis honesto placito subsequente manifestum est.

Leo papa.

ex Sacre.

ex concilio Triburiensi.

Ex premissis constat

Item ibidem

Augustinus in libro de nuptiis et concupiscentiis.

Augustinus in libro de bono coniugali.

Determinatio.

Sed hec ultima auctoritas de concubinis loquitur, quarum prohibens concubinam posse transire ad honestum placitum nuptiarum, sicut transire ... fidem seruare uelit. Prima uero auctoritas Augustini de illis agit qui de peccato penitentiam ... in morte uiri machinati sunt, nec uiuente uiro fidem adultere dederunt mechi, quam in coniugio ducerent si superuiueret. Cum uero hec fuerint, aliis premissis auctoritatibus prohibentur copulari.

Si pro errore conditionis liceat uxori separari a uiro.

Nunc de conditione uidendum, an liceat coniugium diuidere. De quo dicimus quod non negatur ingenuam posse nubere seruo. Si autem nescit eum esse seruilis conditionis, libere potest dimittere eum, cum seruus esse fuerit deprehensus. Unde. Si quis ingenuus homo ancillam alicuius uxorem acceperit et existimat quod ingenua sit, si ipsa femina fuerit postea in seruitutem detecta, si eam a seruitute redimere potest, faciat. Si non potest, si uoluerit aliam accipiat. Si uero ancillam eam sciebat et collaudauerit, post eam ut legitimam habeat. Item ex eodem. Si femina ingenua acceperit seruum, sciens quod seruus esset, habeat eum, quia omnes unum patrem habemus in celis. Una lex erit uiro et femine. Cum dicitur sciens eum seruum duxit mulier, datur intelligi, quod si nescierit illum seruum esse, non cogitur manere cum ipso. Sicut conditionis dolo passa non cogitur adherere ei cuius fraude decepta est. Si autem sciens uir conditionem mulieris, uel coniunxit, non ualet eam dimittere. Unde Zacharias papa: Si quis liber ancillam in matrimonium acceperit, non habeat licentiam dimittere eam, si consensu ambo coniuncti sunt, nisi ob fornicationem. De illis agitur quibus alterutri conditio nota est qui coniunguntur.

In concilio apud Uermeriam.

R. ab habitudine ad glosas

In eodem.

Zacharias papa.

De copula serui et ancille diuersorum dominorum.

Queritur etiam si seruus unius ancillam alterius acceperit, an sit inter eos coniugium. De hoc ita statutum est in concilio Cabilonensi: Dictum est nobis quod quidam legitima seruorum matrimonia potestatiua quadam presumptione dirimant, non attendentes illud euangelicum: Quod Deus coniunxit homo non separet. Unde nobis uisum est ut coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant, sed in uno coniugio permanentes dominis suis seruiant. Et hoc in illis obseruandum est ubi legalis coniunctio fuit, et per uoluntatem dominorum. Attende finem huius capituli, quia uidetur inuitis uel preter uoluntatem dominorum inter seruum et ancillam non posse contrahi coniugium. Uel si contrahitur, non est tamen dissoluendum, cum uir et uxor eorum possent in coniugium dominis ignorantibus.

de concilio Cabilonensi.

De uiro qui se facit seruum ut diuidatur ab uxore.

Illud etiam notandum est, quod si mulier uirum liberum acceperit, ille uero eam postea dimittere se alicui seruum fecerit, nec uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugii in seruitutem redigi poterit. Unde illud: Placitum est ad sanctam synodum quod quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem, et post filiorum procreationem occasionem diuortii querendam se seruum fecerit. Utrum mulierem necessario tenere debeat, et si tenuerit ancilla et seruituti subici debeat, quesitum est. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti, nec tamen ob hoc legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit, que liberum ipsum maritum acceperat.

In Triburiensi concilio.

De etate coniugii.

Hoc est sciendum, quod pueri ante xiiii annum xxxvii

annos, et puelle ante xii. secundum leges matrimonium contrahere nequeunt. Quod si ante plenum tempus copulam inierint, separari possunt, quamvis voluntate et assensu parentum iuncti sint. Cum vero impuberes copulati per annos pubertatis noluerint se relinquere, sed in coniunctione permanere, iam ex hoc efficiuntur coniuges, et deinceps nequeunt separari. Item sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur. De illa exceptione sicut cum aliorum quorundam adiectione quibus coniugium solui potest, nec tamen solum semper notatum est. Nunc de aliis que personas illegitimas potentes faciunt addendum est. Et primum de ordine.

In quo ordine uetatur fieri coniugium

Sunt etiam quidam ordines in quibus nullatenus potest contrahi coniugium, et si iuncti fuerint, copula sit diuortium, ut sacerdotium, diaconatus, subdiaconatus. In aliis uero permittitur contrahi coniugium, nisi religionis habitum susceperit uel uotum continentie fecerit. Vnde Leo papa: Clericos lectores, hostiarios, exorcistas, acolitos, si extra uotum inuenti fuerint, et qui neutram continentie uoluerint, uxorem ducere uirginem et numquam permittat, non uiduam uel repudiatam, quod deinceps nec ad subdiaconatum prouehi potest; nec laicus uxorem sortitus nec uirginem uel bigamus ad clericatum. Item ex Cartaginensi concilio: Placuit episcopos, presbiteros, diaconos, subdiaconos et ab uxoribus abstinere. Quod si non fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros uero clericos ad hoc non cogunt. Item Leo: Lex continentie eadem est ministris altaris que episcopis et presbiteris, qui cum essent laici uel lectores, licite uxores ducere potuerunt. Sed cum ad predictos uenerunt gradus, cepit eis non licere quod licuit. Item in vi. synodo: Si quis eorum qui ad clerum accedunt uoluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Calixtus papa: Presbiteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis concubinas habere seu matrimonia contrahere penitus interdicimus. Contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi et ad penitentiam debere redigi iuxta sacrorum canonum diffinitionem iudicamus. Item Gregorius: Nullum facere subdiaconum episcopi presumant nisi qui se caste uicturum promiserit, quia nullus debet ad ministerium altaris accedere nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Item Innocentius ii.: Decernimus ut hii qui in ordine subdiaconatus et supra uxores duxerint aut concubinas habuerint officio atque ecclesiastico beneficio careant. Ceterum cum ipsi templum Dei, uasa Domini, sacrarium Spiritus Sancti debeant esse et dici, indignum est eos cubilibus et immundiciis deseruire.

Hiis adiciendum est de occisoribus suarum coniugum, de quibus Nicholaus scribit: Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum addis adulterium uel aliquid huiusmodi, quia aliud nichil sunt quam homicide, ad penitentiam redigendi, quibus penitus denegatur coniugium.

De interfectoribus suarum coniugum

Hic uidetur Nicholaus permittere maritis pro adulterio uel alio huiusmodi uxores suas interficere. Sed ecclesia dei numquam spirituali gladio non materiali criminosos ferire iubet. Vnde idem Nicholaus: Inter hec uestra sanctitas addere studuit, si cuius uxor adulterium perpetrauerit, utrum marito eius liceat secundum mundanam legem interficere. Sed sancta dei ecclesia numquam mundanis constringitur legibus; gladium non habet nisi spiritualem. Item Pius papa: Quicumque propriam uxorem absque lege et sine causa interfecerit uel aliam duxerit, armis depositis publicam agat penitentiam; et si contumax extiterit, anathematizetur usque quo consenciat.

xxxviii

De uoto.

Dehinc de uoto inspiciamus. Votum est testificatio quedam promissionis spontanee, que deo et de hiis que dei sunt proprie fieri debet. Sunt tamen et uota stultorum que frangenda sunt.

De uotorum differentiis.

Sciendum uero quod uotum aliud est commune, aliud singulare. Commune ut illud quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renuntiare diabolo et pompis eius. Singulare, ut cum aliquis sponte promittit seruare uirginitatem uel continentiam uel aliquid huiusmodi. Item singulare uotum aliud est priuatum, aliud sollempne. Priuatum est in absconditio factum. Sollempne in conspectu ecclesie factum. Priuatum uotum si uiolatur, peccatum est mortale. Sollempne uero uiolare peccatum est et scandalum. Qui priuatim fecerunt uotum continentie matrimonium contrahere non debent, quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur, quia probari non potest quod occulte actum est. Qui enim sollempniter uouent nullatenus coniugium inire queunt, quibus non solum nubere, sed et uelle dampnabile est. Vnde Augustinus: In coniugali uita si pudicitia seruatur, dampnatio non timetur. Sed in uiduali et uirginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita et electa et uoti debito oblata iam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere uelle dampnabile est. Vouentibus uirginitatem uel uiduitatem non solum nubere, sed et uelle dampnabile est, ut apostolus ostendit Timotheo scribens: Adolescentiores uiduas deuita. Cum enim luxuriate fuerint, in christo nubere uolunt, uel cum post uotum continentie in deliciis egerint. Non dico nubunt, sed nubere uolunt in christo, quia tunc non sit peccatum. Sed quod sic est subsequens: habendo dampnationem, et quare? subdit: quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamen uolendo, ut uoluntatem a proposito cecidisse appareat esse dampnationem, siue sequantur nuptie siue non. Dampnantur enim propositi sui; si dampnantur tales, quia continentie fidem primam irritam fecerunt uel uoti uiolatione fidem quam in baptismo professi sunt. Si autem pro uoluntate nubendi dampnantur, qualiter si eam effectui mancipauerint, reuocandi sunt esse in ecclesia, et arcendas redire ad propositum uiduas a proposito recedentes uiduitatis. Super his

Calixtus

Vel ut quidam

In Cartaginensi concilio.

Leo papa.

id est diaconos et subdiaconos

In vi. synodo.

Nicholaus Radulfo Bituricensi archiepiscopo.

Pius papa.

Augustinus ad Iulianam de bono uiduitatis.

Apostolus.

In eodem.

Augustinus ad Bonifacium

nos consulentibus. Credo te nosse aliud paulo in continentie olim esse dampnatas, quas et nos apostolica auctoritate dampnandas a collegio fidelium atque a liminibus ecclesie arcendas fore censemus, usque quo obediant episcopis suis, et ad bonum quod ceperunt invite aut voluntarie convertantur.

De virginibus non velatis.

De virginibus autem non velatis, si deliberaverint in virginali proposito manere, predecessor meus Innocentius tale decretum dedit: Hec que necdum sacro velamine tecte, tamen in virginali proposito semper se simulaverunt permanere, licet velate non fuerint, si forte nupserint, aliquo tempore his agenda est penitentia, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bone fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigerunt solvi sine vindicta non poterit? Igitur si virgines nondum velate tali publica penitentia puniuntur et a cetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto magis vidue que per sectioris et maioris consilii existunt et habitum religionis assumpserunt, et ideo iam apostataverunt atque ad priorem vomitum se revertisse noscuntur, et ab omnibus fidelibus et a liminibus ecclesie et a cetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminande et penitentiis tradende.

Recapitulat

¶ Ex his apparet virgines individuali voto continentie astrictas, sive sint velate sive non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod idem de omnibus intelligendum est qui continentiam voverint. Quod enim ante erat licitum, post votum fit illicitum. Ideo autem hic premittentes quod Innocentius de viduis et puellis dicit, que Christo spiritaliter nubunt, si postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad penitentiam, nisi hii quibus se iunxerant de mundo recesserint.

Innocentius papa.

Si enim de hominibus hec ratio custoditur, ut quecumque vivente viro alii nupserit adultera habeatur, nec ei agende penitentie licentia conceditur, nisi unus de illis fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est que ante se immortali sponso iunxerat et postea ad humanas nuptias transmigravit? Attende quod non solum coniugium talibus negare videtur, sed etiam locum penitentie. Sed non ita intelligendum est ut aliquando excludantur a penitentia que digne penitentiam agere volunt. Sed ille non sunt admittende ad penitentiam que ab incesta copula discedere nolunt, quia post religionis propositum non possunt Deo per penitentiam reconciliari, que ad habitum professionis redire neglexerint. Tunc ille cui se coniunxerant ei defunctus erit, cum ab eius amplexibus illicitis hec penitens recesserint. Cum ergo dicit eas non esse admittendas ad penitentiam nisi hii quibus se iunxerant recesserint de mundo, subaudiendum est eis. Tunc enim illis vir de mundo recedit et defungitur, cum ab eius concupiscentia ille se alienant. Quem sensum [illegible] subdita declarat et confirmat.

ibi gratiam de hominibus

Quod grande malum sit adulterium.

Cum inter virum et mulierem legitime coniunctos adulterium fuerit, constat alterum altero vivente ad aliam non posse transire copulam, alioquin adulterium committitur. De quo Clemens papa ait: Quid in omnibus peccatis est adulterio gravius? Secundum namque in penis tenet locum. Quia primum illi habent qui aberrant a Deo. Gravissimumque peccatum adulterii vincitur a fornicatione? Sed incestus peius genus incestuosi, quos omnis contaminat, est etiam delinquentes. Unde Augustinus: Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu. Peius enim est cum matre quam cum aliena uxore dormire. Sed horum omnium pessimum est quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso uti voluerit. Hoc execrabilius fit in meretrice, sed execrabilius fit in uxore.

Clemens papa.

Augustinus.

Di. inh. de adulterinis coniugiis.

Hic queritur de illis feminis que putantes viros suos interemptos in captivitate vel ab iniquis dominationibus nequaquam liberandos, aliorum coniugia transierunt, si illi qui putabantur perisse de captivitate revertantur, utrum eis reddi debeant, an secundi fornicatores sint et ipsi adulteri. De hoc Leo papa ait sic: Necesse est ut legitimarum federa nuptiarum redintegranda credamus, et remotis his que hostilitas intulerat, unicuique id quod legitime habuit reformetur. Procurandum est tamen ut recipiat unusquisque quod proprium est. Nec culpabilis iudicetur et tamquam alieni iuris pervasor habeatur, qui personam eius mariti qui iam non esse existimabatur assumpsit. Sic enim multa que ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant in ius alienum transire potuerunt, et tamen plene iustitie est ut eisdem reversis reformentur. Ideoque si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum coniugum perseverant ut eas in suum cupiant redire consortium, omittendum est et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit. Si autem aliquas mulieres ita posteriorum virorum amore sunt capte ut malint his coherere quam ad legitimum transire consortium, merito sunt notande, ita ut ecclesiastica communione priventur, que de re excusabili contaminationem criminis elegerunt. Redeant ergo in suum statum coniugia, quia sicut mulieres que ad viros suos redire noluerint impie sunt habende, ita ille que redeunt merito sunt laudande.

De illis qui longa captivitate redeunt viri.

Leo papa.

¶ Ex his ostenditur illos qui taliter iunguntur, ut credant virum interemptum, per ignorantiam aliquatenus excusandum habere de peccato, cum primam copulam esse legitimam. Non tamen sed veniam tamen habere, si caverent ab opprobrio male voluntatis. Sed si quis relicta in patria sua uxore longinquam abiens regionem aliam duxerit, deinde penitentia ductus eam dimittere velit, asserens se aliam habuisse que vivit, nec esse probatur quod ille asserit, ignoratur utrum inter eos sit copula coniugii. Sane dici potest non esse coniugium, et mulierem de crimine excusari per ignorantiam, virum autem adulterium admisisse. Sed si eam ad primam redire volens nec valens cogitur ecclesiastica disciplina hanc retinere, videtur excusari per obedientiam et timorem. De hoc quod posterior mulier debitum reddit, et quia ipse nequaquam poscere debet, sic de aliis hic sciendum est.

Questio.

Solutio.

xxxix

Post hec de disparitate cultus uidendum est. Hec est enim una de causis quibus persone illegitime fiunt ad contrahendum matrimonium. Si enim licet olim cum gentili uel iudea inire coniugium, ex tunc in deuteronomio prohibetur fideles iungi infidelibus, unde uxores domino dicente: Non accipies uxores de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos. Iuxta hoc domini preceptum iudeorum coniugia cum alienigenis inita hesdras separauit. Et idem in nouo testamento seruatur. Unde augustinus: Ne nubat fidelis non sue religionis uiro, uel ne uir talem ducat uxorem. Hoc enim ut dicas iubet dominus, docet apostolus, uetus precepit testamentum. Item ambrosius: Caue christiane gentili uel iudeo filiam tuam tradere; caue ne gentilem uel iudeam et alienigenam, id est hereticam et omnem alienam a fide tua, uxorem accersias tibi. Item: Si quis iudeus christianam uel iudeo christiana siue iudea christiano carnali consortio misceatur, quicumque tam nefas admiserit a christiano cetu protinus segregetur. ¶ Ex his et aliis multis pluribus apparet non posse contrahi coniugium ab his qui sunt diuerse religionis et fidei.

De disparitate cultus.

ex concilio urbiuense

De coniugio fidelis et infidelis et duorum infidelium.

Huic autem uidetur obuiare quod apostolus ait de imparibus coniugiis: Ego dico non dominus: Si quis frater habet uxorem infidelem et hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier etc. Sed aliud hoc esse atque illud euidenter ostenditur. Ibi enim agitur de illis coniugiis fidelium et infidelium que contrahuntur ab eis in disparitate religionis et fidei manentibus. Apostolus uero agit de illis qui cum essent ambo infideles coniuncti sunt. Sed cum uenisset euangelium, alter sine altero credidit. Intelligisne quid dicat? Accipe et uerbi istius diligentiorem explanationem. Ecce coniuges duo, uterque infidelis fuit, qui coniuncti sunt. Nulla dubitatio est quin pertineat ad illos preceptum uerbi, non quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges et ambo adhuc sunt infideles; tales sunt adhuc quales coniuncti sunt. Uenit ergo euangelii predicator, credidit eorum unus uel una. Si uult infidelis cum fideli habitare, consentiat. Non iubet dominus ut fidelis infidelem dimittat uel coniunctum, nec apostolus iubet ut non dimittatur, sed consulit ut si uelit alter agat non sit tamquam sub lege, sicut de uirginibus consulit. Quomodo ergo quod est licendi occasio? Cum licet licite relinquere, sed non expedit, ideo quod uerum est quod promittit, quid si ... ipse aliquis afferret impedimentum salutis. Sicut dilectio fidelis cum infideli coniuge non prohibet dominus, quia tamen illo non est iniusta. Sed apostolus ne fiat consilio caritatis suadet, ut nemo uxoris necessitate teneatur, sed consilii uoluntate libere seruetur. ¶ Ex his monstratur inter infideles coniugium esse, et ab hinc apostolus non obuiare precepto domini quo iubet fidelem non iungi infideli, uel si coniuncti fuerint separari. ¶ Legitur enim quod hesdras propheta, immo dominus per eum, iussit israelitas uxores dimittere alienigenas per quas illecti erant ad deos alienos, non ille per maritos acquirebantur deo. Ad hoc preceptum per prophetam ... nec dominus iubet ne quis uxorem alienigenam ducere. Quero ergo quod dicitur tenere prohibente domino, iubere deo dimittere infidelem. Unde ut ait ambrosius: Non est ratum matrimonium quod extra decretum dei factum est. Sed cum cognoscitur emendandum, ut quando fidelis infideli copulatur. Sed ut ait augustinus: Cum cepisset gentibus euangelium predicari, iam cunctos gentiles gentilibus coniunctos coniugibus ex quibus si non ambo crederent sed unus siue una, et infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere, et infidelis hominis fornicatio est maior. Ideo non iuberi, quia uera est pudicitia cum coniuge dici potest. Ea omne quod non est ex fide peccatum est. Quis uera fidelis habeat pudicitiam et cum infideli coniuge, quod non habet tamen? Ideo non iubet, quia nec contra iussionem domini gentiles fuerant ambo coniuncti. Licenter ergo eum permiserant fideli infidelem dimittere. Sed tamen non erat faciendum propter liberam beniuolentiam. ¶ Euidenter apparet inter infideles coniugium esse, et apostolum de illis agere qui in infidelitate coniuncti fuerant et postea alter ad fidem conuersus est, cum quo infidelis habitare consentiret. Et tunc non dimittere fidelem consulit apostolus, quia forte per fidelem saluabitur infidelis.

Non est uera pudicitia fidelis cum infideli.

De fornicatione spirituali ob quam potest dimitti coniunx.

Poterat tamen licite dimitti, quia cum infidelitas illa est fornicatio spiritualis corporali non minus. Causam enim fornicationis dominus excepit; fornicationem autem ut ait generalem et uniuersalem intelligere cogimur, non modo corporalem sed spiritualem. Dicit augustinus: Quia idolatria et quelibet superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti, sed non iussit. Et sic dedit apostolo locum monendi ut qui uoluerit non dimittat, post tamen licite dimittit. Sicut fornicatio carnis detestanda est in coniuge christiano, magis fornicatio mentis, id est infidelitas.

pro pluribus causis dimitti.

Sed iam queris an sit aliud uitium nisi ipsa infidelitas quo possit dimitti. Attende quid augustinus ait: Si infidelitas fornicatio est, et idolatria infidelitas, et auaritia idolatria, non est dubitandum et auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest a fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, non tantum que in stupris cum alienis uiris aut feminis committuntur, sed ob quaslibet que animam a lege dei aberrare facientes ac perniciose corrumpi possunt, sine crimine et uir uxorem suam dimittere et uxor uirum. Item.

etiam deuteronomium prohibentis

Aug. ad pollentium.

§ 1 q. epistola ad corinth.

Ambrosius in libro de patriarchis.

§ 1 q. epistola ad corinth.

Oppositio

§ 1 ...

Aug. ad pollentium.

quod hic uocatur ...

Solutio

Aug. in libro de sermone domini in monte.

Aug. ad pollentium.

... in pre...

Ab inicio

Aug. ad pollentium.

Nota bene

Ambr.

Aug. ad pollentium.

Nota bene

Recapitulatio

Aug. in sermone domini in monte.

Aug. in libro de sermone domini in monte.

Rectissime dimittitur si viro suo dicat: Non ero uxor tua nisi de latrocinio mihi divitias congeras, vel nisi solitum lenocinium exerceas, aut si quid aliud facinorosum vel flagitiosum in viro suo expertus fuerit. Tunc ille si veraciter penitens est, per fidem que per dilectionem operatur membrum quod eum scandalizat amputabit. ¶ Ex his apparet quod non solum infidelitas, sed et aliis quibus concupiscentiis que quis a deo recedens corrumpitur spiritualis fornicatio est, propter quam vir uxorem, et uxor virum dimittere potest. Consulitur tamen ab apostolo ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare, nec ab eo recedat.

Si fideli liceat aliam ducere infideli discedente vel dimissa.

Hic queritur si fidelis infidelem dimittat, vel infidelis a fideli discedat, an liceat fideli aliam ducere. Videtur auctoritas testari quod vivente illa aliam ducere non valeat. Ambrosius enim illud apostoli exponens ait: Aliqui fideles qui discedunt ab invicem volentes cohabitare dimittunt, et aliis se copulantes adulteri essent, et filii viri qui de hac copula nascuntur immundi et spurii sunt. Item. Si quis habuerit uxorem virginem ante baptismum, vivente illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo solvuntur, non coniugia.

Ex concilio Meldensi.

Que premissis contraria videntur.

Sed contra Ambrosius testatur: Si infidelis discedit odio Dei, discedat. Non est enim servituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, quia non debetur reverentia coniugii ei qui horret auctorem coniugii. Non est enim ratum coniugium vel matrimonium quod sine Dei devotione est; ideo non est peccatum ei qui dimittitur propter Deum, si alii se copulaverit. Contumelia enim Creatoris solvit ius matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens et in Deum peccat et in matrimonium; nec est ei servanda fides coniugii qui ideo recessit ne audiret Christianum esse auctorem coniugiorum. Si vero ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium. ¶ Attende hec predictis contraria determinari posse videntur, ut ut sibi etiam Ambrosius contrarius non videatur. Distinguendum est hic: aliud est dimittere volentem cohabitare, aliud dimittere propter Deum ab illo qui horret nomen Christi. Illic lex benivolentie non servatur, hic caritas custoditur. Ideo eum licet dimittere volentem cohabitare, et eo vivente non licet aliam ducere; discedentem vero sequi non oportet, et eo vivente aliam ducere licet. Sed hoc non est intelligendum nisi de his qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem utrique conversi erunt, vel si utrique fideles matrimonio coniuncti essent, et postea alter eorum a fide discesserit et odio fidei coniugem relinquerit, dimissus discedenti non convolabit, nec tamen illo vivente aliam ducere poterit, quia inter eos fuerat ratum coniugium quod non potest dissolvi.

Quidam dicunt inter fideles et infideles non esse coniugium et quare.

Sunt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse coniugium, quia nec rata nec legitima est eorum copula. Ratum non est, quia solvi potest; nec legitima, quia apostolus dicit: Omne quod non est ex fide peccatum est. Coniunctio eorum non est ex fide, ideo peccatum est; ideo non est coniugium, quia nullum coniugium peccatum est. Augustinus etiam dicit quod non est vera pudicitia infidelis ad fidelem.

¶ Sed verum negatur pudicitia, non quod infidelium coniugium non sit, sed quia non habet illud triplex bonum quod excusat coitum et meretur premium. Item illud apostoli: Omne quod non est ex fide peccatum est, non ita intelligendum est ut quicquid fit ab infidelibus peccatum sit, sed quod fit contra fidem, id est conscientiam, male fit et ad gehennam edificat; vel omne eo quod infidelis facit peccat, non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit quo debet, non referens ad debitum finem.

Responsio.

Quod legitimum sit coniugium infidelium sed non ratum et quare.

Copula ergo maritalis que est inter infideles coniugium est legitimum, sed non ratum. Legitimum, quia est inter legitimas personas; sed non ratum, quia sine fide. Coniugium vero fidelium legitimum est et ratum, si inter legitime persone sint. Quod autem legitima sit infidelium coniunctio Augustinus testatur dicens: Viri legitima societate coniuncti sine ulla culpa relinquuntur, si cum viro christiano permanere noluerint. ¶ Ex hoc etiam perpenditur quod infideli ad fidem converso apostolus consulit infidelem non dimittere. Quod non faceret, si non esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est quod legali institutione vel provincie moribus non contra iussionem domini contrahitur.

De cognatione et prius de carnali.

Nunc superest de cognatione aliquid dicere. Est autem cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primum de carnali cognatione tractantes inspiciamus. Cognati igitur et affines usque in septimum gradum invicem copulari non debent. Unde Gregorius: Progeniem suam unumquemque usque ad septimam observare decernimus generationem, et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur. Item Nicholaus papa: De consanguinitate sua nullus uxorem ducat usque post generationem septimam, vel quousque parentela agnosci potest. Item: Nullus ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum uxores ducant. ¶ His auctoritatibus aliisque pluribus consanguineorum coniunctiones prohibentur usque ad septimum gradum. ¶ Quomodo autem gradus consanguinitatis computandi sint, Ysidorus ostendit sic: Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur hoc modo: Filius et filia, quod est frater et soror, sit ipse truncus; illi seorsum seiuncti, ex radice illius trunci egrediuntur sicut ramusculi: nepos et neptis. Primi pronepos et proneptis. Secundi abnepos, abneptis. Tertii adnepos, adneptis. Quarti trinepos et trineptis.

Au. de fide et operibus

ut que

ambr.

ambr.

ambr.

¶ optimo [illegible]

Au. in li. de fide et operibus

Gg. episcopo Gallie

Nicholaus pp.

Ex concilio Lugdunensi

De computatione graduum Ysidorus

¶ Nota quod non relinquitur illa que permanere non volt

¶ De cognatione

Dist. xl

filius filia

Quintum in eo gradu abnepos · abneptis. Attende quod vi gradus tantum ponit Ysidorus, et truncum inter gradus non computat. Alii vero qui vii ponunt gradus truncum inter gradus numerant. Variae namque computationes graduum cognationis. Alii enim patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alii in primo gradu filios appellant, neque gradum cognationis inter patrem et filium esse censent, cum una caro sint pater et filius. Diversitates ergo quae consanguinitatis cautelam usque in vii gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu. Illi vero qui usque ad vi gradum prohibent, in primo gradu filios appellant. Atque ita fit ut hae duae personae sub hac diversitate inveniantur in vi et vii gradu. Patrem vero in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse primum gradum. Hoc modo computans Zacharias papa inquiens: Parentelae gradus taliter computamus: ego et frater meus una generatione sumus, primum gradum efficimus. Rursum filius meus et filius fratris mei secunda generatione sunt, secundum gradum faciunt. Atque ad hunc modum ceterae sibi succedunt successiones. Inter illos qui vi computant gradus et illos qui vii nulla in sensu existit diversitas, quia in nullo graduum varietas videtur. Ultima enim generatio, si a fratribus sumat initium numerandi, vii invenitur. ¶ Quare vero vi gradus computet Ysidorus ipse aperte docet dicens: Consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, et propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, et quodammodo revocat fugientem. Ideo autem usque ad vi gradum consanguinitatis constituta est, ut sicut vi aetatibus mundi generatio et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his vi gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas invenitur, nec successio potest amplius subrogari. Secundum alios vii gradus ideo computantur, ut ita per vii gradus sponsus sponsae iungatur, sicut post hanc vitam quae vii diebus agitur, et Christo iungetur. ¶ His autem occurrit illud quod Gregorius Augustino Anglorum episcopo a quo requisitus fuerat quota generatione debeant copulari, rescribit sic: Quaedam lex Romana permittit ut sive frater et soror, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut iam quarta vel quinta generatione fidelium licenter sibi coniungantur. Sed post multum temporis idem Gregorius a Felice Messanae Siciliae praesule requisitus utrum Augustino scripserit ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia non solvantur, inter cetera talem reddidit rationem: Quod scripsi Augustino Anglorum episcopo, ipsi etiam Anglorum genti quae nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat metuendo austeriora recederet, specialiter non generaliter me cognoscas scripsisse. Sed et ideo haec eis scripsi ut postquam in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, idest usque ad vii generationem iungantur.

Quare vi gradus computantur.

De dispensatione Gregorii erga Anglos.

Zacharias papa aliter computat.

Ysidorus

Quare vii computantur.

Gregorius

Iohannes Crisostomus

Di. xli

Nunc de affinitate videndum est. De qua Gregorius ait: Porro de affinitate quam dicitis parentelam, quae ad virum ex parte uxoris, seu quae ex parte viri ad uxorem pertinet, manifesta ratio est, quia si secundum divinam sententiam ego et uxor mea sumus una caro, profecto mea et illius mea suaque parentela propinquitas una efficitur. Quo circa ego et soror uxoris meae in uno et primo gradu erimus, filius vero eius in secundo gradu erit a me, nepos tertius, idque utrimque in ceteris agendum est successoribus. Uxorem vero propinqui cuiuslibet gradus sic ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius gradus aliqua femina pro propinquitate sit. Quod minime uxori meae de propinquitate viri sui in ceteris cognationis gradibus convenit observare. Cui vero alteram sortiri contigerit, secundum Iulium papam aequaliter coniungatur ut consanguineus proprius et consanguineis uxoris. Item Ysidorus: Sane consanguinitas quae in proprio viro observanda est, in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est, quia constat eos duos fuisse in carne una. Ideoque communis illis est utraque parentela. Item Iulius papa: Nullum utriusque sexus permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in vii generationis gradum uxorem ducere vel incesti macula copulari. Quia sicut non licet christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate uxoris coniugem ducere propter carnis unitatem. Item Gregorius: De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad vii generationem observare. Nam et hereditas rerum per legales diffinitiones sancitum est usque ad vii gradum heredum protendere successionem. Non enim succederent nisi de propagine cognationis deberetur. His auctoritatibus insinuatur quae sit affinitas, et usque ad quem gradum sit observanda, scilicet usque ad vii.

De affinitatis gradibus.

Varie traditiones de affinitate.

Sed alii videntur concedere in v generatione inter affines contrahi coniugium, in iiii etiam si contractum fuerit non separari. Ait enim Fabianus papa: De propinquis qui ad affinitatem pertinent per uxorem venientes, defuncta uxore vel viro in v generatione iungantur. In quarta si inventi fuerint non separentur. In tertia autem propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir iungatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris. ¶ Ecce hic conceditur in v vel iiii propinquitate affinium fieri coniugium. Iulius etiam papa ait: Statuimus

Iulius papa

Ysidorus

Iulius papa

Gregorius Marcello Meldonensi

Fabianus papa

Iulius papa

est ut relictam patris uxoris sive relictam filii uxoris suae [vel uxoris] sive relictam fratris uxoris suae nemo sibi in matrimonium sumat; et relictam uxoris consanguineorum uxoris suae usque in septimam progeniem nemo in uxorem sumat. Si contra hoc et cetera factum fuerit, separentur.

Ecce quam varie de consanguinitatis observatione loquuntur auctoritates. Alii usque ad septimum gradum eam observari sanciunt, alii usque in sextum vel ultra matrimonia contracta non dividi. Sed alii videntur rigorem, alii misericordiam dispensationemque videntur apponere. Potest enim Ecclesia dispensare in copula affinium usque ad tertium gradum, sicut Gregorius dispensavit in quarto gradu consanguinitatis.

Nota zelotis

Gregorius

Illud etiam non est praetereundum quod Gregorius Venerio episcopo scripsit: Sedem apostolicam consuluere, decrevimus, si in matrimonii copula nuptiali extincto uno coniugum cognatio ei permanet, si eo defuncto cognatio manet, vel si sublato viro cognationis vocabula dissolvantur, vel si susceptae soboles possint legitime ad posterioris viri cognationis transire copulam. Si una caro fuit, quomodo sit aliquis eorum propinquus uni parenti et non pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendum est, quia uno defuncto in superstite affinitas non deletur, nec alia copula coniugalis affinitatis copulae posterioris solvere valeat; sed nec alterius coniunctionis soboles placeat ad affinitatis posterioris viri consortium transire. Si quis ergo sacrilego temeritatis ausu indefunctorum contra propinquitatem extinguere vel sub alterius affinitatis vocabula dissipare, vel susceptas soboles alterius copulae propinquitati posterioris credit legitime sociari, negat dum librum validum quod scriptum est: erunt duo in carne una.

Ecce hic pluribus sanctionibus primo viro uxor et alii nupserit, filios de secundo viro genitos dicit uxores de cognatione prioris viri; et filii mediante matre ad cognationem prioris viri pertinent, cum qua maritus eorum una caro extiterat.

Innocentius papa

Hoc idem Innocentius papa ait: Si qua mulier ad secundas nuptias transierit et ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere. Hoc autem observandum est usque ad septimum generis gradum, et maxime usque ad tertium vel quartum, sicut supra positum est. Si coniugium sit inter eos quos nota consanguinitas [illegible]

Hoc est sciendum quod etsi in [illegible] praedictum [separentur] consanguinitatis coniunctos separant. Si autem ignorantes coniuncti fuerint, in conspectu Ecclesiae modum probata consanguinitate eos iudicio separandos, quamvis inter copula illa coniugium fuerit. Quibusdam videtur non fuisse coniugium, quia non erant legitimae personae. Sed tamen decernimus eos qui ignoranter conveniunt, et qui coniugium reputant ex bona fide et in facie Ecclesiae convenerunt, vel filios eorum legitimos haberi. Alii vero dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitimae personae, quia talium coniunctiones vocant canones coniugia, ubi

de personis agitur. Unde testimonio consanguinitas sit diiudicanda coniunctio. Unde Urbanus papa: Si duo viri vel tres consanguinitatem utriusque iurando firmaverint, vel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissolvantur. Si vero neutrum contingit, episcopus ex praesidum et obedientiam quorum palam fatentur se recognoscere consanguineos. Si eo iudicio episcoporum segregaverint, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. Idem: Notificamus etiam ut cum tres vel duo ex propinquioribus et qui accusant hanc propinquitatem iuramento firmaverint, vel si tres vel duo ex antiquioribus, quibus generaliter propinquitas sit nota, qui bonae famae et idonei testimonii sint, remoto amore, timore, pretio, et omni malo studio praedicto modo firmaverint, sine mora coniugia dissolvantur.

Urbanus papa

Hec non in omnibus libris inveniuntur

Fabianus papa

Consanguineos vero extraneos nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus quibus propinquitas tota nota sit, canonice perquiratur, et si inventa fuerit, separentur. Ecce quibus accusatoribus vel testibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio quae coniugium vocatur.

Distinctio

Nota quid sit fornicatio stuprum et adulterium

Hic distinguendum est quod aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio est, licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum vel meretricum vel concubinarum.

Quid sit fornicatio. Quid sit stuprum.

Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. Adulterium est alieni thori violatio. Unde adulterium dicitur quasi alterius thori accessio.

Quid sit adulterium. Quid sit stuprum quod adulterium etc.

Incestus est consanguinearum vel affinium abusus. Unde et incestuosi dicuntur qui cum consanguineis vel affinibus suis abutuntur.

Quid sit incestus. Quid sit raptus.

Raptus admittitur cum puella violenter a domo patris educitur, ut corrupta in uxorem habeatur, sive puellae sive parentibus vis illata constiterit. Hic morte mulctatur. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio ecclesiae mortis impunitatem meretur.

Alexander papa

Attendendum est etiam quod Alexander papa ait: Quod fratris soror vel uxoris suae agnati dicuntur, cognationis nomine vel necessitudine vel generis appellatione possunt cum illa cognationis esse. Veneri enim filii, fratris, sororis, qui cognati vocantur. Mariti frater levir dicitur; duorum fratrum uxores ianitrices vocantur, quia eandem ianuam intrant. Viri soror glos appellatur. Sororis autem viri non habet speciale nomen, nec uxoris frater.

D xlii

De propinquitatum gradu famosa quaestione aliquid, licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus, quae etiam personas impedit ut non sint legitimae ad ineundas nuptias.

De spirituali cognatione

Tria quaedam sunt: consanguinitas, affinitas, spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineam generis; affinitas inter eos qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante copula sociantur. Ubi genus uxoris filia fratris mei, quae non est de generet meo. Propter primum quod est de genere meo in [illegible] facit rogo illi. Spiritualis paternitas est inter compatrem et commatrem, et inter eos quorum unus alterum de sacro fonte levavit vel in catechizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales. ¶ Spirituales filii sunt **Qui sint filii spirituales** quos de sacro fonte levamus vel in catechizatione seu confirmatione tenemus. Filii etiam isti spirituales dicuntur qui tunc ministerio nostro vocabulo eos sacro baptismate tinguntur. Dicuntur et spirituales filii sacerdotis qui ei peccata sua confitentur. Unde Simachus papa: Omnes quos in penitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filii, ut et ipsi quos vel nobis suscipientibus vel sub trine mersionis vocabulo mergentibus unda baptismatis regeneravit. Silvester etiam admonet ut ad suam penitentialem nullus sacerdos accedat, quia scriptum est: Omnes quos in penitentia accepimus, ita nostri filii sunt ut in baptismo suscepti. Quorum omnium flagitiosa est commixtio. Quod autem compater et commater sibi iungi nequeant, nisi prius spiritualis inter filium et filio spirituali ex dicto [illegible] docetur. Deinde quod interrogastis si aliquis filiolam suam duxerit uxorem, et de eo qui accepit commatrem spiritualem, et de eo qui filium suum baptizaverit et uxor eius eum de fonte susceperit hac causa ut divortium fieret coniugii, si post istam copulam possint permanere, sic respondendum est: Si filiolam aut commatrem suam aliquis in coniugio duxerit, separandos esse iudicamus et gravi penitentia plectendos. Si vero coniuges legitimi vel ambo ex industria hoc fecerint, ut filium suum de fonte susciperent, si in coniugio manere noluerint, licitum est. Sin autem gravius per eum insidiantium inuigilent et simul maneant, in separatione coniugii sint, et acerrima penitentia mulcentur, et sine spe coniugii maneant. ¶ Ex his apparet quod aliquis filiolam suam vel commatrem non potest sibi copulare in prima [illegible], et si post contemptum fuerit, separandi sunt. Quod si legitime coniuncti sunt, non ideo separandi sunt, quamvis eorum alter insidiose filium de fonte levaverit, quod Nicholaus confirmat dicens: Nosse desideras utrum mulier que viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte levaverit, per modum possit cum eodem viro copulari. Quod ideo coniugi posse decernimus, quia sacramentum [illegible] amborum consensu nullum relegationis obviam debet coniuncte dimitti coniugia, cum apostolus precipiat: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus. Item. Dictum est nobis quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separarentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus ut siqua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam vel fraudem quam fecit, quamdiu vivat penitentiam agat, a viro tamen suo non separetur. Item Iohannes papa: Ad limina beati Petri quidam homo nomine

Stephanus veniens, nostro presulatui intimavit quod filium suum in extremo vite positum, necdum baptismi unda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizavit, eumque propriis manibus suscepit. Atque pro huiusmodi negotio reverentia tua presentium hominem cum sua coniuge iudicavit esse separandum. Quod fieri nullatenus debere dicente scriptura: Quod Deus coniunxit homo non separet, et Dominus non dimittere uxorem nisi causa fornicationis iubet. Et nos tamen auctoritate fieri divina non dimittendum esse et inculpabilem iudicamus, quod necessitas intulit. Si enim baptizandi copia laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, libere conceditur. Verissime scimus hoc homo filium morientem aspiciens, ne animam perpetuo perire dimitteret, unda baptismatis lavit, ut eius de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur. Idque sive uxori sibi tamen olim legitime sociate impune dimittere iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc separari debere. His aliisque pluribus auctoritatibus docetur coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte levaverit vel in confirmatione tenuerit. **Quod premissis obviat**

Hoc autem obviare videtur quod Deusdedit papa scribit: Pervenit ad nos diaconus [illegible] vir epistolam defensoris, quod quidam viri et mulieres per ignorantiam in sabbato paschali [illegible] magno [illegible] nescientes filios suos susceperunt de lavacro. Cupis ergo scire an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium usum redire vel non. Nos vero hanc rem [illegible] inquisitionem per diligentem, et invenimus in archivis et armariis apostolice sedis tam talia congesta in pluribus ecclesiis, quam a beatis apostolice sedis [illegible] solemniter sancite inter tam viri ac mulieres redire ad proprium thorum beate memorie sancti patris nostri Iulii in Niceno concilio cum episcoporum plurimorum consensu in apostolorum principis [illegible] et prohibemus esse decreverunt et confirmaverunt, ut nullo modo se in eodem coniugio recipere mulieres ac viri, qui eiusmodi aliqua ratione susceperint natos, sed separent se, ne suadente diabolo tale vitium inolesceret. Item siquis filiastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmandum, separetur ab uxore sua et aliam non accipiat. [illegible] hoc capitulum [illegible] sacramentum dictum [illegible] non est [illegible] faciendum, sed ne illud fieret summopere cavendum, et ideo est intelligendum: qui prius filios nullis de fonte susceperunt, quam fierent coniuges; premissis autem auctoritatibus omnino consentiendum est, ut sive ipse seu vir viri filium mulier de fonte susceperit, non ideo a viro separetur. Quod de viro similiter oportet intelligi. **De copula spiritualium vel adoptivorum et filiorum**

Quod autem spirituales vel adoptivi filii naturalibus **filiis** copulari nequeant, Nicholaus papa testatur, ita inquiens: Ita diligere debet homo eum quem suscepit de sacro fonte sicut patrem. Sunt filii et filios spirituales generatio [illegible] ita omnino est quod dicenda non est consanguinitas sed habenda spiritualis

Hoc quod compater a me tulit de fonte vel filium meum illi commendavit

Simachus papa.

Silvester papa.
quod audivit confessionem

Ego

Unde

Consulitur

Recedat

Nicholaus papa Salomoni episcopo.

Ex concilio cabilonensi.

Iohannes papa Anselmo Lemovicensi episcopo.

[illegible]

Recedat

Deusdedit papa Gordiano hispalensi episcopo.

[illegible]

Ad [illegible] [illegible]

Ex concilio apud Wormatiam.

Solo
[illegible]

Nicholaus papa ad consulta Bulgarorum

[illegible] adoptio et gratie / [illegible] legalem [illegible] / lem recepto

proximitas. Unde inter eos arbitror non posse esse legale coniugium, quia nec inter eos qui natura et eos qui adoptione filii sunt venerande leges matrimonia contrahi permittunt. Item si inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio iungit, quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare quos per celeste sacramentum regeneratio sancti spiritus vincit. ¶ Hoc autem quidam volunt intelligere de illis tantum filiis quorum compatres facti sunt. De aliis vero qui ante compaternitatem vel post geniti sunt, concedunt quod legitime licite iungi possunt; quibus videtur consentire Urbanus in libro .ij. dicens: Super quibus consuluit nostra dilectio, hoc videtur respondendum: ut et hi qui baptizati sunt, si instante necessitate ferunt pueros in nomine trinitatis baptizaverunt, et quos spiritualium parentum filii vel filie ante vel post compaternitatem geniti, possunt legitime coniungi, preter illam personam qua compatres sunt effecti. Paschalis vero II post compaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Regino episcopo: Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualem, quicumque ex compatre vel commatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. ¶ Illud etiam notandum est quod in tiburiensi concilio legitur: Si quis sue spiritualis commatris filiam fornicatur, ita contingente casu in coniugium duxerit, consilio matricis ecclesie servato, habeant atque legitimo connubio honeste operam dent.

Si filii ante paternitatem vel post nati sunt

Leo augu.

Urbanus papa Vitali presbitero Brixiensi

Alia sententia

Paschalis papa

Ex tiburiensi concilio

Si quis duas commatres

Solet etiam queri si commatrem uxoris post eius obitum quis ducere valeat. De hoc Nicholaus papa sic scribit: Sanctorum patrum sententia a nobis servanda est: Si quis duas commatres habere valeat unam post alteram, in quo minime esse debet. Scriptum est: Erunt duo in carne una. Cum ergo constet quod vir et mulier una caro efficiuntur, restat utique compatrem esse mulieris. Cum assumpta uxor commater erat, non video cur illi femine non posse coniungi que commater ei erat, cum qua idem fuerat una caro effectus.

Nicholaus papa Constantiensi episcopo

Huic autem illud contrarium videtur: Qui spiritualem habet commatrem, cuius filium de lavacro recepit, et uxor commater non est, licet ei defuncta commatre et viduata ducere uxorem, quia nulla generatio spiritualis fecerunt. Item ex epistola Paschalis pape: Post uxoris obitum cum matre uxoris coniugio copulari nulla ratio vel auctoritas prohibet. Si non enim per carnis unionem ad unionem spiritualem transit.

Ex concilio tiburiensi

Si

Ad idem

Item Paschalis papa

De

Sed sciendum est quod auctoritas Nicholai de illo agit qui uxori sue debitum reddendo fecit illi compaternitatem. Alie vero auctoritates de illo agunt cuius uxor postquam a viro suo derelicta fuit illi commater effecta, nec per compaternitatem a viro suo cognoscitur; vel de illo potest agi cuius uxor ante defungitur quam ab eo cognosceretur.

Hec expositio et [illegible] / [illegible] exterire

viro qui

Si vir et uxor simul possit tenere puerum

Solet etiam queri si vir et uxor cum vero simul debeant in baptismo suscipere puerum. De hoc Urbanus papa scribit: Quod vir cum marito in baptismo simul non debeant suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe infamie conservetur immunis, decernimus ut utrique simul ad hoc aspirare non presumant. Culpa vero piacularis flagitium commisit qui duabus commatribus vel duabus sororibus nupsit; magna penitentia ei debet iniungi.

Ro.

Hec non omnino dicit in [illegible]

De secundis nuptiis et deinceps

Sciendum est etiam quod non solum secunde, sed etiam tertie et quarte nuptie sunt licite, et non sunt dampnande. Unde Augustinus: Secundas nuptias omnino licitas apostolus sanxit. De tertiis et quartis et de ultra pluribus nuptiis solent homines movere questionem. Sed quid audeam diffinire quod nec apostolum video diffinisse? Ait enim: Si dormierit vir eius, libera est; cui vult nubat, tantum in domino. Non dixit primus vel secundus vel tertius vel quartus vel quotlibet. Nec a nobis diffiniendum est quod non diffinit apostolus. Unde ut breviter respondeam, nec illas nuptias debeo dampnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre. Nec contra humane verecundie sensum audeo dicere ut quotiens voluerint nubant, nec ex meo corde preter scripture auctoritatem quotaslibet nuptias dampnare. Item Ieronimus: Ego nunc libera voce clamo non dampnari in ecclesia digamiam, immo nec trigamiam, et ita licere quinto et sexto et ultra, quemadmodum et secundo marito nubere. ¶ Apostolus tamen bigamos a sacerdotali honore excludit. Sed hoc non fit pro vitio digamie, immo propter sacramenti virtutem, ut sit unius uxoris vir, sicut Christus unice ecclesie. ¶ Illud tamen Cesariensis concilii videtur innuere digamiam esse peccatum: Presbiterum, inquit, convivio nuptiali digami prandere non convenit, quia cum penitentiam bigamus indigeat, quis erit presbiter qui talibus nuptiis possit prebere consensum? Sed hoc de illo intelligi potest qui prime uxori insidiatus fuerit desiderio secunde; vel sigillaculo sacramenti illud dicitur, quod in bigamo non servatur. Ambrosius etiam dicit quod prime nuptie tantum a domino sunt institute. Secunde vero sunt permisse. Prime nuptie sub benedictione dei celebrantur sublimiter; secunde vero etiam in presenti carent gloria.

Au. in li. de bono viduitatis

Ro.

Iero.

1. ad thymotheum. iii.

Capitulo

Hec solutio et q. distincte [illegible]

Ambrosius super epistolam 1am ad cor.

De resurrectione et iudicii circumstantiis.

Postremo de conditione resurrectionis et modo resurgentium necnon de iudicio ac remuneratione breviter disserendum est. De omnibus questionibus que de hac re moveri assolent satisfacere non valeo. Resurrectionem tamen carnis omnium quicumque nati sunt atque nascentur, et mortui sunt atque morientur, nullatenus ambigere debet christianus. Ait enim Ysaias: Resurgent mortui, et resurgent qui erant in sepulcris. Et apostolus: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent, scilicet resurrectionis. Hoc enim dicimus vobis in verbo domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus, non preveniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relicti sumus, rapiemur cum illis obviam Christo in aera, et sic semper cum domino erimus.

Au. enchi.

Distinctio xliiii

his ubi vivet totus resurrectionis, tempus atque ordo resurgentium praeclarissime insinuatur. De voce tube.

Causa enim resurrectionis mortuorum erit vox tube, quam in adventu iudicis omnes audient, et in ictu oculi exibunt mortui de monumentis resurgentes. Unde propheta: Dabit voci sue vocem virtutis, id est faciet resurgere mortuos. Unde Iohannes evangelista ait: Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei; et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite, qui vero mala in resurrectionem iudicii. De illo quaeritur cuius et qualis erit vox illa. Apostolus dicit quod erit archangeli, id est ipsius Christi, qui est princeps archangelorum. Vel vox erit archangeli vel plurium angelorum, eademque dicitur tuba, quae erit manifesta et novissima, quia per eam fient tunc omnia. Haec tuba, ut ait Augustinus, est clamor de quo dicitur in evangelio: Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tube nomine aliquod evidens et praeclarum signum intelligitur. Quod vox archangeli et tuba dei ab apostolo dicitur, in evangelio vox filii dei et clamor appellatur, quo mortui audient et resurgent.

Media autem nocte dicitur venturus, ut de nocte media ait Augustinus, non pro hora temporis, sed quia tunc veniet cum non speratur. Media ergo nocte, id est valde obscurum erit, id est occultum, veniet. Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Potest tamen non incongrue intelligi mediae noctis tempore venturus. Unde ait Cassiodorus: Hoc tempore primogenita Egypti percussa sunt, quo etiam sponsus venturus est. Pluribus etiam locis ostendunt auctores quod adventus Christi dicitur dies domini non pro qualitate temporis, sed quia tunc occulte cogitationes et consilia singulorum patebunt. Unde in Apocalypsi: Venit dies iudicii. Libri De libris qui tunc aperientur aperti sunt coram eo. Libri sunt conscientie singulorum, quae tunc aperientur aliis. Et tunc implebitur: Nichil occultum quod non reveletur. In adveniente enim summo iudice non solum tenebre aeris illuminabuntur, sed et abscondita cordium manifestabuntur. Virtute quadam divina fiet, ut cuique opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam revocentur et mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset vel excuset hominem conscientia, et sic reus salvetur vel dampnetur. De memoria electorum si tunc praecedentia mala teneat.

Hic quaeritur utrum electis tunc adsit memoria praecedentium malorum sicut bonorum. Quibusdam auctoritatibus videtur quod boni non habituri sint memoriam praecedentium malorum, id est poenae vel peccatorum. Dicit enim Ysaias: Ego creo celos novos et terram novam, et non erunt in memoria priora, nec ascendent super cor, sed gaudebitis in eternum. Item: Oblivioni tradite sunt angustie priores, et abscondite ab oculis meis. Quae dicta exponens Ieronimus ait: Oblivioni tradentur priora mala, quae forsitan in superiori consolationis memoria omnino delebitur, succedentibus bonis eternis, ne sit pars malorum priorum angustie memoriam. Sed haec et his similia possunt accipi sic, ut non excludant memoriam praecedentium malorum, sed contra molestiam et lesionem amoveant. Non enim eorum memoria sanctos contristabit vel eorum beatitudinem offuscabit, sed gratiores deo reddet. Unde super psalmum lxxxviii ait Augustinus: Quomodo misericordias in eternum cantabunt, qui miserie non meminerint? Quomodo autem plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed sicut leti tristium meminimus, sanati dolorum meminimus sine dolore, et non amplius leta cognita sunt. Ex his apparet quod sancti priorum malorum memoriam habebunt in futuro, non tamen eorum ad poenam vel glorie derogationem, sed ad gratiarum actionem.

Si vero quaeritur utrum peccata quae fecerunt electi post poenitentiam innotescant aliis, sicut mala dampnandorum omnibus erunt nota, non legimus hoc expressum in Scriptura. Unde non irrationabiliter putari potest peccata per poenitentiam tecta et deleta illic et tegi aliis, alia vero cunctis propalari. De his qui vivi reperientur.

Quaeri solet utrum illi quos vivos inveniet Christus numquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto quo rapientur obviam Christo ad immortalitatem mira celeritate transituri. Non enim dicendum est eos non posse, dum per aera in sublime portentur, in illo spatio et mori et reviviscere. Ad hunc autem sensum, quo etiam intelligimus illos in parvo spatio et passuros mortem et accepturos immortalitatem, apostolus nos urgere videtur, dicens: In Christo omnes vivificabuntur; et alibi: Quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter atque incorruptibiliter reviviscere? Cum credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, et in membra sine fine victura tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadaverum pulverem. Quae vellem de his potius audire doctiores. Si igitur sancti qui reperientur Christo veniente viventes, eique obviam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros et ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis apostoli patiemur angustias, generaliter accipientes illud quod dictum est: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur; quia omnes mali, sed tantum sancti immutabuntur in illo splendore resurrectionis. De hoc etiam Ambrosius ait: In ipso raptu eorum qui vivi reperientur, mors erit et resurrectio tamquam per soporem, egressa de corpore eidem in momento reddetur. Et tamen Ieronimus ad Marcellam testari videtur, dicens quosdam in fine seculi adveniente Christo non esse morituros, sed vivos repertos in immortalitatem repente mutandos. Hoc autem quomodo verum sit, non est humanum videre diffinire. Quomodo intelligitur Christus iudicare vivos et mortuos.

Hic autem attendendum est duplici intellectu Christum dici iudicaturum vivos et mortuos. Vivi dicuntur enim vivi accipiuntur, qui in adventu

In epistola canonica

[illegible]

Au. [illegible]

Cassiodorus super octonarium

& ad dolorem [illegible]

& ad dolorem [illegible]

Iero.

Aug. [illegible]

solutio [illegible]

Au. in li. de civitate dei

& ad gloriam

Au.

& et boni

Ambr.

[illegible]

Ier.

Expositio autem

di. xliiii

cum vivi reperientur, licet in puncto moriantur, sive mortui qui ante decesserunt, vel vivi et mortui corrumpentur, iusti sive iniusti.

Quomodo omnes incorrupti.

Quomodocumque ergo prodierit, sine credi valeat, omnes resurrecturos credendum est, quia omnes resurgent incorrupti, non tamen impassibiles. Qui enim morientur patientur eternam sine diminutione; ne miremur ossa humani corporis habituri sunt integra, nec tamen gloriam ac spem impassibilitatis induentur.

De etate et statura resurgentium.

Solet etiam a nonnullis queri, si in eadem etate et statura corporis omnes resurrecturi sint. Quidam putaverunt omnes resurrecturos in similitudinem etatis et stature eius, iuxta quod apostolus ait: Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Sed Augustinus non eandem resurgentibus assignat staturam, sed etatem. Omnes enim in eadem etate resurgent in qua Christus mortuus est et resurrexit, cuiuscumque etatis mortui fuerint. Virum autem posuit, non ut distingueret sexum, sed ut significaret perfectam virtutem, quam tunc habebunt. Sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt, ut ait Augustinus. Sed tamen in mensuram corporis vel stature unusquisque suam recipiet in suum corpus, quam vel habuit in iuventute etsi senex obiit, vel fuerat habiturus si ante est defunctus. Etas vero erit illa omnibus perfecta, scilicet iuventutis, scilicet ut creditur circa xxx annos. Triginta enim duorum annorum et trium mensium etas est in qua mortuus est et resurrexit Christus. Non est autem his ordinatum quod in resurrectione accedat corporis magnitudo, quam nec habuit hic nec esset habiturus diu vivendo, nec minora corpora redigenda sunt ad modum dominici corporis. Periret enim multum de illis corporibus, cum nec periturus sit capillus capitis, ut ait dominus: Capillus de capite vestro non peribit.

Quod resurget quidquid fuit de substantia corporis humani etiam per corrupta(?)

Non enim perit deo terrena materies de qua mortalium creatur caro, sed in quelibet pulverem cineremve solvatur, in quaslibet alias auras exhalet, in quorumlibet aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium et hominum cibum cedat carnemque mutetur, illi anime in puncto temporis redit, que illam primitus ut homo fieret, cresceret, viveret, animavit. Ipsa itaque terrena materies que discedente anima fit cadaver, non ita resurrectione reparabitur ut ea que dilabuntur et in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur, quamvis ad corpus redeant unde lapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes ubi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit, si unguibus quod totiens dempsit exsectio, immoderata et indecens cogitantibus resurrectionem carnis, et ideo non credentibus occurrit informitas. ¶ Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquesceret vel contereretur in pulverem, **Exemplum statue** vel confunderetur in massam, et eam vellet artifex rursum ex illius materie quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem que particula materie cui membro statue redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat restituta resumeret: ita deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra constiterat eam mirabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues, an quidquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur, curante artificis providentia ne quid indecens fiat. Videtur quippe Augustinus hic sentire quod quidquid fuit in veritate hoc debebit, et nec futurum est si hoc debebit.

Quod sancti sine omni deformitate resurgent.

Hoc autem in corporibus sanctorum intelligendum est resurgentibus, de reprobis consequenter ad vertigo(?). Resurgent ergo sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, honere, difficultate, in quibus tanta facilitas quanta felicitas erit. Propter quod et spiritualia dicta sunt, cum procul dubio corpora sint futura, non spiritus. ¶ Ex his apparet quod una erit etas omnium resurgentium, scilicet iuvenilis, statura vero diversa, scilicet quam quisque habuit in iuvenili etate vel erat habiturus si ante est defunctus. Sic de substantia de qua hominis caro creatur, Augustinus probat, scilicet omnium particularum ante dispersarum collectione reintegrabitur in substantia corporis. Sed electorum corpora sine omni vitio fulgida sicut sol resurgent, precisis cunctis deformitatibus quas hic habuerunt.

Si mali vel habebunt quas hic habuerunt deformitates.

De reprobis autem queri solet an cum deformitatibus hic habitis resurgant. Hoc autem Augustinus reliquit, sed dubium vel incertum inquirens: Quicumque ab ista perditionis massa que per adam facta est non liberantur, per Christum resurgent quidem et ipsi unusquisque cum suo corpore, sed ut cum diabolo et angelis eius puniantur. Utrum vero ipsi cum vitiis et deformitatibus suorum corporum resurgant, et quecumque in eis gestarunt vitiosa membra, in hoc inquirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa et sempiterna damnatio. Hec non diffinitur an tunc habeant deformitates quas hic habuerunt reproborum corpora.

Quod non consumentur corpora que ardebunt.

Si vero queritur de corporibus malorum quomodo in igne ardebunt et non consumentur, Augustinus variis exemplis astruit et spiritibus ignibus exardere et non consumi illa combustione, sicut animi cuius presentia vivit corpus et dolere potest et mori non potest. Hoc enim erit et etiam in corporibus damnatorum quod nunc esse sentimus in animis omnium.

Si demones corporali igne cremantur.

Queri etiam solet an demones corporali igne ardeant, ad quod Augustinus respondens ait: Cur non teneantur quamvis miris sed veris modis

☙ primo

Divisio.

vel statura eius etatis

Au. ubi de civitate dei

au.

Au. in ench.

hoc in te certa sit de ...

Alia quedam

Exemplum

Au. in cod.

Au. in ench.

Quo

Resp.

a simili

Au. sup gen.

etiam sic incorporeos posse pena corporalis ignis affligi, si sic hominum etiam ipsi incorporei et nunc potuerunt includi in corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Gehenna ista que stagnum ignis et sulphuris dicta est, corporeus ignis erit et cruciabit corpora dampnatorum, vel hominum vel demonum, sed solida hominum, aerea demonum, [illegible] unus enim utrisque ignis erit, ut veritas ait.

opinio ~

Mt. xxv. Ite maledicti etc.

Au. De quo igne si queritur qualis vel ubi sit, Augustinus sic respondet: Ignis eternus cuiusmodi sit et in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus divinus ostendit.

Qualis vel ubi sit ille ignis

Si anime sine corporibus sentiunt ignem corporalem

Constat autem animas igne inferni cruciari in corporibus cruciandas, quod et solum ante iudicium, ante resurrectionem corporum, anime defunctorum reproborum materiali igne cremantur. De hoc Iulianus Toletanus episcopus Gregorium secutus ita scripsit: Si viventis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Tenetur autem per ignem spiritum dicimus, ut in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Quod autem non solum videndo sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex evangelio colligitur, in veritatis voce dives mortuus dicitur in inferno sepultus, cuius anima quod in igne teneatur insinuat, cum Abraham deprecatur et dicens: Mitte Lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem divitem dampnatum in ignibus veritas perhibet, quis sapiens reproborum animas teneri ignibus negetur?

opinio ~ nos in contrarium

Au. sup. gen.

Preterea cum humana anima corporis similitudinem habeat, docet Augustinus ita loquens: Pro fide et animam ipse posse similitudinem corporis et corporalium omnium membrorum quisquis negat, potest negare animam esse que in somnis vel ambulare se vel sedere vel huc atque illuc gressu vel etiam volatu ferri videt; quod sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit, non corporalem sed corpori similem, ita etiam in locis videtur esse non corporalibus sed corporalium similibus, sive in requie, sive in doloribus. Sic et in voluminibus legitur quod non sint otiose neque nichil sentiant, cum dives ille in inferno se flamma cruciari clamaret. Verum probat animas defunctorum non solum sua sentire, sed nec ista ignorare, et affici vel spe vel tristitia, gaudio ac metu carere. Forte his que sibi in illo generali examine reservantur, quedam eas iam incipere pregustare.

De abortivis fetibus et monstris

Illud etiam investigari oportet, si abortivi fetus vel monstra resurgent et qualia. De quo Augustinus tractat: Occurrit de abortivis fetibus questio, qui iam nati sunt in uteris matrum, sed nondum ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt tolerari potest utcumque quod dicitur. Informes vero quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina que concepta non fuerint?

Au. in ench.

Sed scrupulose queri inter doctores ac disputari potest quando incipiat homo in utero vivere, utrum sit quedam vita occulta que nondum motibus viventis appareat. Negari enim vixisse puerperia que ideo membratim exsecantur et eiciuntur ex uteris pregnantium, ne matres etiam si mortua ibi relinquantur occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo vivere, ex illo utique iam mori potest; mortuus vero ubicumque illi mors potuit evenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat, reperire non possum.

Attende

Id' de monstris

Neque enim et monstra que nascuntur et vivunt, quamlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut in resurrectione credenda sunt, sed potius correcta emendataque natura. Absit enim ut illum bimembrem qui natus nuper in oriente est, quem fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt et sancte memorie presbyter Ieronimus scriptum reliquit, ut unum hominem duplicem ac non potius duos, quod futurum erat si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cetera que in nimia deformitate monstra dicuntur, ad humane nature figuram in resurrectione revocabuntur.

De bimembri quod

D. xlv

De diversis animarum receptaculis

Au. sup. Ioh.

Preterea sciendum est quod omnes anime, cum ab hoc seculo exierint, diversas habent receptiones. Habent bone gaudium, male tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur. Ex his ostenditur quod maius erit gaudium sanctorum post resurrectionem quam modo sit ante, et quod diversa receptacula habent anime sanctorum. De quibus dicit Augustinus: Tempus quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaeque digna est vel requie vel erumna, pro eo quod sortita est in carne dum viveret.

Recapitulatio

Au. in ench.

De suffragiis defunctorum

Au. in ench.

Neque negandum est, ut ait Augustinus, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur vel elemosine fiunt in ecclesia. Sed eis hec prosunt qui cum viverent hec sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidam vivendi modus nec tam bonus ut non requirat ista post mortem, nec tam malus ut ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono ut ista non requirat, et est rursus talis in malo ut nec his valeat, cum ex hac vita transierit, adiuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur quo possit post hanc vitam quis relevari vel gravari. Nemo autem speret quod hic neglexerit cum obierit apud deum promereri. Non igitur illa que pro defunctis commendandis frequentat ecclesia illi apostolice sententie adversa sunt qua dictum est: Omnes astabimus ante

Quibus prosint oblationes et elemosine et alia [illegible] quomodo

triplex status

tribunal Christi ut referat unusquisque secundum ea que per corpus gessit, sive bona sive mala. Quippe etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore viveret comparavit, ut possent ei ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare non nisi propter differentiam vite quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque elemosinarum pro baptizatis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus vero prosunt, aut ad hoc prosunt ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Orationibus ergo sancte ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis que pro eorum spiritibus offeruntur non est dubium mortuos adiuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum tota observat ecclesia, ut pro eis qui in communione corporis et sanguinis Christi defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Non est ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortem ut possint eis hec utilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem eorumque sacramentis de corpore exierunt, frustra illis a suis huiusmodi officia pietatis impenduntur, cuius dum hic essent pignore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis nova merita comparantur cum pro eis aliquid boni operantur sui, sed eorum precedentibus meritis consequentia ista redduntur. Non enim istam quisque finiens vitam, nisi quod in ea meruit, hoc potest habere post eam. Ecce ex quibus comprehenditur prosint ista que pro defunctis fiunt, et quibus: mediocriter malis suffragantur ad pene mitigationem, mediocriter bonis ad plenam absolutionem. Qui vero non habent tante perfectionis meritum ut non indigeant iuvari, per pauperes quorum est regnum celorum, quos sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis. Quorum tanta est perfectio ut his adiumentis non indigeant, quales sunt apostoli, martyres. Ut enim ait Augustinus: Iniuria est pro martyre orare, cuius debemus orationibus commendari, pro aliis autem deficientibus orare.

De pompis vero exequiarum idem Augustinus ita dicit: **De officiis sepulture.** Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulture, vivorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diviti exhibuit turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahe gremium. Sed tamen curam mortuos sepeliendi et sepulcra construendi, quibus insepultis solliciti inter bona opera deputata est, non solum in corporibus patriarcharum aliorumque sanctorum, sed et in ipsius Domini corpore, qui ista fecerunt, laudati sunt. Implent et hec homines erga suos officia postremi muneris et sui humani lenimenta meroris. Verum illa que adiuvant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, orationes, erogationes, multo observantius procurent.

De duobus hominibus quorum alter plura post mor- [illegible] -ta.

Solet etiam moveri quod de duobus, uno divite, alio paupere, pari sed mediocri bonitate, qui predictis suffragiis indigent et meruerunt pariter post mortem iuvari: pro divite autem speciales et communes fiunt orationes, multeque elemosine largiuntur; pro paupere vero non fiunt nisi communes orationes. Queritur ergo an tantum iuvetur pauper paucioribus subsidiis quantum dives amplioribus. Si non pariter iuvantur, non ei redditur pro meritis; meruerunt enim pariter iuvari, quia pariter boni extiterunt. Si vero tantum suffragii consequitur quantum dives, quid contulerunt diviti illa specialia pro eo facta? Sane dici potest non ei magis valuisse generalia et specialia quam pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diviti specialia, non quidem ad aliud vel maius aliquid, sed ad idem ad quod generalia, ut ex pluribus et diversis causis unum perciperet emolumentum. Potest etiam aliter dici illa plura subsidia contulisse diviti celeriorem absolutionem, non pleniorem. **Quibus suffragiis iuvabuntur migrantes mediocriter boni qui si nec reperiuntur.**

Sed etiam queritur de aliquo mediocriter bono, qui talibus indigens suffragiis, et ne reperit ipso commendationis secundum angelos cum reliquis migrabit. Si alius sit, pro eo non offert aliud sacrificium vel orationes vel elemosinam, nec habebat unde pro sectionis munera que huius suffragiis indigeret. Si aliquid ergo salvabitur? Estimo eum qui per ignem transiturus salvari meritis et intercessionibus celestis ecclesie, que pro fidelibus semper intercedit voto et merito, donec impleatur. **Utrum sancti glorificati audiant preces supplicantium et si intercedant pro nobis ad Deum.**

Sed forte queris utrum sancti preces supplicantium audiant et vota perveniant ad illorum notitiam. Non est incredibile animas sanctorum que in abscondito faciei Dei veri luminis illustratione letantur, in ipsius contemplatione ea que foris aguntur intelligere, quantum vel illis ad gaudium vel nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim angelis, ita et sanctis qui Deo assistunt, petitiones nostre innotescunt in verbo Dei quod contemplantur. Unde et dicuntur angeli orationes et vota nostra offerre Deo, non quod eum doceant, sed quia eius voluntatem super eis consulunt. Unde Augustinus: Angelis qui sunt apud Deum innotescere petitiones nostras, ut quodammodo eas offerunt Deo et de his consulant, et quod Deo iubente implendum esse cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter reportent. Unde et angelus homini ait: Cum orares, orationem tuam obtuli Deo. Ad omnia que scienda sufficit Deo sua perfectio. Habet tamen nuntios, id est angelos, non qui ei que nesciat annuntient; non enim sunt illa que nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere veritatem. Et hoc est quod ei dicuntur nonnulla nuntiare

Au. in ser. de verb. apli.

Au. de verb. apli.

Au. in ser. de verb. apli.

Au. in eodem.

Respō.

Au. in li. de orando deum.

Au. in li. de [illegible]

Non sic ipse audit sicut illi? sed ut ab eo ipsi per verbum eius sine corporali sono sciunt etiam quid voluerit ab eis mitti ad eos quos voluerit, totum ab illo per illud verbum eius audientes, id est in eius veritate immutabili invenientes quid sibi faciendum, quid quibus et quomodo nuntiandum sit. Illam et nos orationes eum, non eum docentem qui novit, ut ait ipse ubi ei scit pater quid nobis necessarium sit, sed pro nostra peculiari petentis ab eo. Nec ista ex tempore cognoscunt, sed summa omnia temporalia atque mutabilia etiam quod temporaliter ab illo percipiunt futura esse, et que quibus congruit vel temporibus vel disponenda sunt sine initio eterna prescientia. Non ergo dicuntur angeli orationes nostras offerre Deo quasi tunc noscat quid velimus et quo indigeamus, qui omnia antequam fiant novit et postea, sed sine novitate; sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad eternam veritatem referre, sive petendo quid erga se fiat sive consulendo quid faciat. Quod dictum est de angelis accipitur de sanctorum animabus.

Aug. in li. de gratia novi

Annuntio

Sicut autem angeli audiunt per verbum Dei dicuntur petitiones hominum et quid de eis implendum sit vel non, cur non credamus et animas sanctorum Dei faciem contemplantium in eius veritate intelligere preces hominum et que implende sint vel non? In quibus et Deus dicitur exaudire preces quas adimplet, non solum quando effectum mancipat, sed etiam quando innotescit curie angelorum et sanctarum animarum quid in futurum sit vel non, et quod cognoscant in Dei voluntate et illo loquitur ipsis; adeo enim superne veritati addicti sunt ut nichil preter eius voluntatem queant velle. Intercedunt ergo ad Deum pro nobis sancti, et merito dum eorum merita suffragantur nobis, et affectu dum vota nostra cupiunt impleri. Quod tamen non faciunt nisi in voluntate Dei implenda didicerint. Orant ergo et intercedunt pro nobis, et ut merita eorum nobis suffragentur, et ut ipsi velint bonum nostrum, quia volentibus Deus vult et ita fieri. Ex premissis constat quod cum quibusdam misericorditer agit Deus, etiam aliqua eorum peccata meruerint, scilicet cum mediocriter malis quibus suffragiis est iuvamentum.

Vide

Sat[is] ... probatur ... placeat

D. xlvi

Si valde malis detur mitigatio pene.

Sed queritur hic de valde malis utrum ipsis aliqua penarum mitigatione Dei misericordiam sentiant ut minus quam meruerint puniantur. Quidam diffiniunt eos nullam relevationem pene habituros, quod confirmant Iacobi auctoritate dicentis: Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Aug. etiam ait: Omnia hic iudicium instituunt. Idem distinguens quomodo vie Dei sint misericordia et veritas ait: Erga bonos omnes vie Dei misericordia, omnis veritas, quia et indulgendo subvenit, et ita non deest misericordia, et in misericordia iudicium quibus quod pro misericordia desit veritas. Erga omnes autem quos deserit et damnat, omnes vie sunt misericordia et veritas, quia etsi non miseretur, vindictam veritatis attendens; ubi non miseretur Deus, intelligitur aliquid ab eo fieri ubi ipse non miseretur. Sed his obviatur quod ait Cassiodorus super psalmum, loquens de iustitia et pietate Dei: Hec due res in iudicio Dei semper adiuncte sunt. Ergo non puniuntur omne malorum; non est iustitia sine misericordia. Deinde misericordia iudicio ait: Hec duo mutua societate sibi iunguntur, in his libri omnia opera Dei includens. Aug. etiam respondens illis qui reproborum suppliciis finem futurum ostendunt, tamen illorum repellit opinionem asserens reproborum perpetuo puniendos, ut eorum supplicia aliquatenus mitigari non neget. ¶ Frustra inquit nonnulli, immo quam plurimi, eternam damnatorum penam et cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu atque ita futurum esse non credunt. Non quidem scripturis adversando divinis, sed pro suo motu dumtaxat mollienda, ut leniorem faciendo sententiam que putant in eis terribilius esse dictam quam verius. Non enim inquiunt obliviscetur misereri Deus aut continebit in ira misericordias suas. Hoc quidem in psalmo legitur. Sed debet intelligi quod vasa misericordie qui ipsi non pro meritis suis, sed Dei misericordia de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est ut damnationem opinentur finiri posse eorum de quibus dictum est: Ibunt hi in supplicium eternum, ne hoc modo putetur habitura finem felicitas illorum de quibus e contrario dictum est: Iusti autem in vitam eternam. Sed penas damnatorum certis temporibus intermitti, sicut eis placet, aliquatenus mitigari existiment. Quippe intelligi potest manere iram Dei, id est ipsam damnationem (hec enim vocatur ira Dei, non divini animi perturbatio), ut in ira sua, id est manente ira sua, non contineat miserationes suas, non eterno supplicio finem dando, sed levamen adhibendo vel interponendo cruciatibus; quia nec psalmus ait ad finiendam iram suam vel post iram suam, sed in ira sua. Que si sola esset, alienari a regno Dei, exulare a civitate Dei, alienari a vita Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei tam grandis est pena ut ei possint nulla tormenta que novimus comparari. Si illa sit eterna, ista autem sint quantumlibet multis seculis longa. Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum; omnibus erit ista communis, sic manebit eorum omnium vita eterna sanctorum. Ecce iam asserit hic penas reproborum non esse finiendas, quamvis non improbat fideliter eorum supplicia aliquatenus levari ad tempus. Unde non incongrue dici potest Deum iuste id posse, non solum tamen punire malos infra condignum meruerunt, sed aliquid eis quamvis mali sunt de pena relaxare. Determinat premissa.

Quod ergo dictum est: Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam, ita intelligi potest, quod iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam, id est quod fiet sine misericordia, vel fiet ei iudicium sine misericordia liberante, id est veniente, qui tamen in aliqua pene alleviatione misericordiam Dei sentiet. Ita etiam dicitur misericordia vie iudicium infinitum, quia non congruit quod in infinito sit misericordie effectus, vel electis qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, vel reprobis quod minus quam meruerint cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur non misericordia vie iudicium infinitum, quia iste multis modis miseretur Deus quibus non miserebitur tamen. Hoc enim nec predicere iustificat quia tunc similiter ...

Iacobus

Au. super octonarium xix.

Au.

Cassiodor.

Au. tres in psalmum

Cassiodor. in psal.

Au. contra illos qui asserunt malorum cruciatus minuendos mitigandos

Au. in ench. recitans opinionem

Contra Iero.

vel dicit

¶ ... huius fine ... ut omnia distinctio dicit ... vita ... valde mali ... mitius cruciari non ...

reddens singulis secundum merita manifeste iudicabit, qui nunc occulte iudicat. **De occulto iudicio.**

Cuius occultum iudicium, ut ait Augustinus, hic intelligitur poena qua quisque vel exercetur ad purgationem, vel monetur ad conversionem, vel si contempserit, excaecatur ad poenam. Occultum ergo dei iudicium dicitur poena qua iudicat purgando, convertendo, excaecando. Iudicia enim quae dei iudicia appellantur, dispensationes eius sunt de omnibus rebus. Unde dicitur: Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Item: Iudicia tua abyssus multa. Iudicium autem quo in fine iudicabit, intelligitur sententia qua ventilabro area dividetur, locatis hominibus ministerio angelorum, illi in vitam ducentur, illi in supplicium mittentur, qui nunc simul mixti sunt. **De secundo iudicio.** **De iustitia et misericordia dei.**

Sed quomodo iustitiam dei et pietatem vel misericordiam super [illegible] duas res esse dicemus, quae semper adiunctae sunt in iudicio? Iustitia enim dei et misericordia non duae res sunt, sed una divina essentia est, sicut supra pluribus auctoritatibus ostensum est. Iustitia non est deo aliud esse quam misericordem, nec iustitiam quam misericordiam. Eidem enim est iustum esse et misericordem, et tamen [illegible] denominatur. Sed essentia aliter hic dicitur. Cur ergo dicit Scriptura de operibus dei quaedam esse misericordiae, quaedam iustitiae? Sicut etiam dei misericordia est quaecumque fecit opera misericordiae et veritatis. **De simplicitate misericordiae et iustitiae.** His respondendi potest: **Respo.** Sic in his locutionibus quibus haec operum fiunt distinctiones, ut alia misericordiae, alia iustitiae, alia bonitatis dicantur, non diversitas subiacentis vel rei his vocabulis significatae exprimitur, sed varietas sensuum vel effectuum in creaturis monstratur. Cum enim dicitur iustus vel iustitia, essentia divina praedicatur, et etiam quia ipse sic distribuit et iudicat omnia intelligi datur. Cum vero dicitur misericors, essentia divina praedicatur, et insuper quia ipse sic miseros liberat intelligi datur. Sic et cum dicitur bonus, essentia divina praedicatur, ut cum dicitur deus, et insuper auctor omnium bonorum ostenditur; sicut cum dicitur deus, essentia divina praedicatur, et insuper eius [illegible] ostenditur. Non ergo quaedam opera misericordiae, quaedam iustitiae dicuntur, non quia essentia divina haec vel illa operetur, et quia haec vel illa sunt opera divinae essentiae quae dicitur misericordia et iustitia, sed quia quaedam sunt quibus ostenditur iudex et qui distribuit, quaedam quibus ostenditur misericors. Quia sic etiam eum dicit in natura misericordem [illegible]. In quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordiae, in quibusdam effectus iustitiae, sed non quia aliud efficiat iustitia, aliud misericordia dei, quae ad essentiam refertur, sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdam misericors, ut ita quibusdam placet, iustus et misericors. Sed hic occurrit quaestio, quomodo ex quibusdam ostendatur iustus, ex aliis misericors, cum sit eiusdem esse iustum et misericordem. Sicut enim secundum Augustinum idem [illegible] dicitur iustus et misericors de eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors,

et commisso. Sed dixi supra quod cum dicitur deus iustus et misericors, tamen eadem divina essentia significatur, et secundum diversum praedicatur, ut etiam quaedam diversa intelligantur. Intelligitur enim per hoc cum misericordem et iustum iudicem. Quod evidenter Augustinus ostendit dicens: Omnia quae dei sunt, ipse est. Ipse sapientia est, ipse fortitudo, iustitia, scientia, ipse prudentia. Sed cum unum sit in substantia, pro variis sensibus diversis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia. Cum enim sapientia dicitur, disciplina de divinarum humanarumque rerum instructione intelligitur. Cum iustitia, distributio unicuique meritorum insinuatur. Cum prudentia, cum dicitur doctorum demonstratione bonarum malarumque rerum vel neutrarum intelligitur. **Auctoritatibus probat.**

Quod autem quaedam opera misericordiae, quaedam **hec quidem iustitiae, alia misericordiae, alia bonitatis** iustitiae, quaedam bonitati attribuantur, ut supra patuit, facile est videre. **Attribu...** Per ea de misericordia quidem iustitia manifesta est. De bonitate vero et misericordia amplius loquitur Augustinus. Docet illa opera ipsius ad misericordiam pertinere quibus aliquis a miseria liberatur, ad bonitatem vero non solum illa, sed factionem et gubernationem universitatis, dicens: Ad misericordiam pertinet quod a peccatis mundamur et de miseria liberamur; ad bonitatem vero quod caelum et terra et omnia quae de bonitate eius facta sunt. Idem: Caeli non indigent misericordia, quia nulla est miseria. In terra hominis abundat miseria, et superabundat domini misericordia. Et misericordia domini plena est terra, non caeli, qui non indigent misericordia; indigent tamen regente domino. Omnia enim indigent domino, et misera et felicia, quia sine illo miser non sublevatur, felix non regitur. Sed alibi: [illegible] misericordia est erga miseros, bonitas erga [illegible] hoc. In medium tamen misericordia large accipitur ut bonitas.

Quomodo universe vie domini dicantur misericordia et veritas.

Post haec considerari oportet ex quo sensu universae viae domini dicantur misericordia et veritas. Hoc multiplicem recipit expositionem. Universae enim viae domini in quibus ad nos venit, ut ait Augustinus super psalmum, intelliguntur duo adventus, primus in quo manifestam simul et plenam misericordiam nobis exhibuit, vel secundus in quo requirendo meritum veritatem exhibebit. Vel universae etiam viae domini, vel quibus ad eum ascendimus, sunt veritas qua a malo declinamus, et misericordia qua bonum facimus. In his autem duobus omne bonum meritum includitur. Sed et aliter per Cassiodorum dicitur in his duobus omnia opera dei includi, quae [illegible] in omni opere domini haec duo mutuo se iungantur. Quibusdam placuit non in omni opere domini haec duo concurrere secundum effectum duo, nam secundum essentiam non dividitur misericordia et veritas, sed unum est. Secundum effectum in nullo opere dicitur esse misericordiam et iustitiam, sed in quibusdam tamen misericordiam, in aliis iustitiam, atque in aliis misericordiam et iustitiam, [illegible] tamen domini omnia quae facit misericorditer agere et iuste referre [illegible] ad rationem dei et ad dei voluntatem.

Aug. sr. viii. ps.

Ambrosi c.

Au. sup. ioh.

Nota ista ad effectus debent referri

[illegible] effectus [illegible]

in primo libro d. xxv

i. notionalis

Cassiodorus [illegible]

Au. sr. psalm. c.xxxv.

Idem sr. psalm. xxxii.

[illegible] pertinet lex [illegible] regimen [illegible] alia.

[illegible] memorie

Fi. due vie

Cassiodorus

D xlvii

quia iusticia est et misericordia, et adesse misericordie iusticiam que sit in singulis. Illud autem verum est, quod licet deus omnia opera sua faciat iuste et misericorditer, tamen concedendum est in quibusdam operibus dei iusticiam eminere, in quibusdam misericordiam vel clementiam specialiter. Et signum operum nullum opus dei est, in quo non sit effectus vel signum equitatis et clementie, sive occulte sive aperte. Aliquando enim manifesta est clementia sive benignitas et occulta equitas, aliquando econtrario.

De sententia iudicii.

Solet etiam queri qualis debeat esse iudicii sententia. Sed non est promptum id explicare. Non tamen scriptura aperte distinxit in quibus verbis proferenda sit: Venite benedicti, et Ite maledicti. An vero vocaliter iudicium fiat, an conscientiis singulorum attestantibus, ut modo dictum est, fiat, ut videlicet divine potentie efficientia ipsa dictione significetur. Illa etiam Augustinus in libro xx de civitate dei magis conscientiis exprimenda plurimum putant, quibus aperte in memoriam et intuitu occulta misteriorum conscientie mundi tenduntur. Sententia autem ad resurrectionis statum tamen referenda, non ad iudicium quod iudicum sententiam et malorum increpationes et bonorum premia verbis exprimenda asserit.

Rodulfus in dictis

Non autem solus Christus iudicabit, sed et sancti cum eo iudicabunt nationes. Quod sancti iudicabunt et quomodo. Unde apostolis ait: Sedebitis vos super xii sedes iudicantes xii tribus Israel. Non est putandum quod xii apostolis tantum hoc promiserit. Alioquin ubi sedebit Paulus, qui plus omnibus laboravit? Sed nec ubi sedebunt nisi xii? Per xii quippe sedes perfectio tribunalis vel universitas iudicantium intelligitur, scilicet omnes perfecti qui relictis omnibus secuti sunt Christum. Per xii vero tribus universitas iudicandorum. Iudicabunt vero eos sancti non tantum modo comparatione sed etiam auctoritate et potestate. Unde gladii ancipites in manibus eorum, id est sententia de bonis et malis in potestate eorum. Si vero queritur que erit eorum potestas et auctoritas in iudicando, pro certo non posse sciri quam videatur, nisi divina revelatione quis didicerit.

Au. sup psalmum xc.

Relictis manuali labore

De ordinibus eorum qui in iudicio erunt.

Erunt autem iiii ordines in iudicio. Due quippe erunt partes electorum scilicet et reproborum, ut Gregorius ait. Sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alii enim iudicantur et pereunt, alii non iudicantur et pereunt. Alii iudicantur et regnant, alii non iudicantur et regnant. Iudicantur et pereunt quibus dominica increpatione dicitur: Esurivi et non dedistis michi manducare etc. Non iudicantur et pereunt, de quibus dominus ait: Qui non credit iam iudicatus est. Horum enim dampnatio tunc et nota est, et ideo dicuntur tunc non iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta dampnatione sue infidelitatis accedunt. Qui vero professionem fidei sine operibus habent, iudicabuntur et pereunt vel redarguentur ut pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extremo non audiunt, quia infidelitatis sue tenebris preiudicati eius quem despexerant invectione redargui non merentur. Illi saltem verba iudicis audiunt, qui eius saltem verba tenuerunt. Isti in dampnatione sua eterni iudicis nec verba percipiunt, qui eius reverentiam nec verbotenus servare voluerunt. Illi ergo iudicandi, isti non iudicandi dicuntur. Ex electorum vero parte alii iudicantur et regnant, scilicet qui vite maculas lacrimis tergunt, et elemosinarum suarum inductione cooperiunt, quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicet: Esurivi et dedistis michi manducare. Alii autem non iudicantur et regnant, qui etiam precepta legis perfectionis virtute transcendunt, qui non hoc solum quod lex precipit implere contenti sunt, sed etiam quod ad perfectionem consulitur implere student. De quibus propheta ait: Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Et Salomon de ecclesie sponso loquens ait: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terre. Et Iob: Non salvat impios et pauperibus iudicium tribuit. Hii ergo recte sub generali iudicio non tenentur, sed iudices veniunt, qui et precepta generalia vivendo vicerunt, et omnibus relictis Christum secuti sunt. Recte pauperibus iudicium tribuitur, qui quanto in hoc mundo magna humilitate despecti sunt, tanto et maiori culmine potestatis excrescunt. De talibus dicitur: Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Vincens dominus cum patre in throno sedet, qui post passionis certamen resurrectionis palmam quam patri debet equalis omnibus claruit. Nobis vero in throno filii sedere est credere filii potestate iudicare. Cum ergo iudicandi potestas aperta cum virtute est patris, qui in eius throno residere. Ex his apparet quod etiam perfectiores sancti cum Christo iudicabunt potestate, et quare quidam dicuntur iudicandi, alii non iudicandi.

Greg. sup Iob.

In apocalipsi

De ordine iudicii.

De ministerio angelorum.

Cum autem in evangelio legatur quod dominus mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scandala, mittentque iniquos in caminum ignis. Et item: Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum, et mittent eos in caminum ignis. Et item: Mittet angelos suos cum tuba, et congregabunt electos eius a iiii ventis. Et propheta dicit: Congregate illi sanctos eius. Ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est. Domino enim veniente ad iudicium precedet conflagratio ignis, quo comburentur facies mundi huius, et peribit celum et terra, non secundum substantiam sed secundum speciem que immutabitur. Celum quidem aereum, non ethereum. Tantum enim ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aque in diluvio. Hic autem ignis malis qui reperti fuerint vivi erit consumptio, bonis vero non. Nam, ut ait Augustinus, hoc erit incendium mundi sanctis quod fuit caminus tribus pueris. In quibus aliquid purgandum fuerit, per illum ignem purgabuntur. Alii vero nullam

Repetit de Karolo

Item aliud

ingerit molestiam. Praeparatio vero praeveniens iudicium et ad iudicium venientis domini erit vox illa magna, qua resurgent omnes mortui. Et tunc ministerio angelorum ventilabit aream, quia boni congregabuntur ei de quatuor partibus orbis angelico ministerio, quo in[oc]currentes obviam christo in aera rapientur, mali in terra, quia dilexerunt terram, remanebunt. Et tunc fiet separatio illorum, et statuet oves a dextris, hedos in manu sinistra; et increpationes illi malorum, et statuet vero in manu etc. praesentes sono vocis tali modo, demum praesentes filios suos per versorum: Venite benedicti etc. Ite maledicti etc. Ministerio angelorum virtute dei cooperante mittentur mali in caminum ignis, id est in infernum. Si post iudicium demones praesint hominibus ad puniendum.

Et solet quaeri utrum in inferno malis ad puniendum praesint demones post iudicium, quos carnifices tortores animarum scriptura appellat. Apostolus dicit quod christus evacuabit tunc omnem principatum et potestatem et virtutem. Dum enim durat mundus, angeli angelis, demones demonibus, homines hominibus praesunt, sed omnibus collectis iam omnis praelatio cessabit. Hinc quidam putant post iudicium demones non habere potestatem cruciandi homines sicut modo, sed et demones virtute dei cruciari sine eorum ministerio asserunt. Sic reprobos homines ibi non per operationem demonum, sed virtute divina tantum et cum illis cruciandos. Praemissa tamen auctoritas non id cogit sentire, quod isti asserunt, quia nec demones demonibus nec homines hominibus praeesse non desistunt tamen ad demones hominibus praesint ad torquendum. Unde quibusdam videtur sic stare hominibus tortores in poenis, sicut extiterunt incentores in culpa. De forma iudicis.

Solet etiam quaeri in qua forma christus iudicabit. In forma utique servi iudicabit, quae omnibus in iudicio apparebit, ut videant mali in quem pupugerunt. Divinitas vero a malis non videbitur. Unde Ysaias: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Humanitatem videbunt ut timeant, divinitatem illo non, ne gaudeant, quia divinitas sine gaudio videri non potest.

Sed cum in forma humana omnibus appareat, utrum apparebit in eadem cum apparuit, et si in forma illa in forma servi gloriosa apparebit, sicut dicitur, an in forma qua fuit in passione exutus. Quidam putant quod mali talem videbunt qualem crucifixerunt, in forma quae dicitur servi, ut videant in quem pupugerunt. Sed Augustinus dicit formam servi glorificatam a bonis et malis videri. Cum in forma servi clarificata iudicantem videbunt boni et mali, tolletur impius ne videat claritatem dei, qua deus est, quam soli mundi corde videbunt, quod erit eis vita aeterna. Forma autem humana in sua glorificata videbitur a cunctis. Unde dicitur: iudicaturus quia filius hominis est. Quare dicitur filius etiam legitur in evangelio Iohannis: quia pater christo dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non quod ipse ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quod ipse solus sine patre et spiritu sancto sit iudicium facturus, sed quia ipse solus in forma servi iudicans a bonis et malis videbitur. Cum ergo dicitur pater non iudicare quemquam, sed omne iudicium dedit filio, non ita est intelligendum quod filius iudicet sine patre, sed quia forma filii humana cunctis in iudicio apparebit, non in infirma sed gloriosa. Iudicabit autem ex virtute divinitatis non sine patre et spiritu sancto, et apparebit terribilis impiis, iucundus iustis; erit enim terror malis, splendor iustis. Cur secundum formam servi dicitur christus suscitaturus corpora.

Et sicut dicitur christus secundum formam servi iudicaturus, sic etiam secundum humanitatem. Hic idem dicitur suscitaturus corpora mortuorum per humanitatem suam vel divinitatis, sic suscitaturus non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate suscepta, quae est causa nostrae resurrectionis per passionem et resurrectionem, ideo ei ascribitur secundum hominem suscitatio mortuorum. Unde Augustinus: Per verbum filium dei fit animarum resurrectio, per verbum factum carnem filium hominis fit corporum resurrectio. Item iudicare et suscitare corpora non patri sed filio secundum dispensationem humanitatis, in qua est minor patre christus. In eo quod est filius dei est vita, quae vivificat animas; in eo quod filius hominis iudex. Et ideo secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora et iudicaturus: iudicaturus quia illa forma cunctis in iudicio apparebit, et suscitaturus quia in eadem forma mortem et resurrectionem suscepit, et quia secundum eandem formam vocem dabit, qua mortui de monumentis resurgent. Praecedens quidem vivificat animas non per patrem tantum, quia non pater tantum vita est sed et filius cum eo et spiritus sanctus eadem vita est, quae pertinet ad animam non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientiae, sed anima quae illuminatur a lumine aeterno. Haec igitur christus potentia deitatis vivificat animas et suscitat corpora, iudicat autem cum occasione resurrectionem ei secundum formam dei attribuitur vivificatio animarum, et secundum formam servi iudicium et resurrectio corporum. De loco iudicii.

Putant quidem dominum descensurum in vallem Iosaphat in iudicio, eo quod ipse per Ioel prophetam sic loquitur: Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Iosaphat et disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita reperitur: Hoc quidam puerilius intelligunt, quod cum in valle Iosaphat, quae est in latere montis oliveti, descendet sic dominus ad iudicium. Quod frivolum est, quia non in terra sed in spatio huius aeris sedebit, contra locum montis oliveti, ex quo ascendit. Et sicut Iohannes Chrysostomus dicit, angeli deferent ante eum signum crucis. Unde in evangelio: Et tunc apparebit signum filii hominis etc. Iosaphat autem interpretatur iudicium domini. In vallem ergo Iosaphat, id est iudicii domini, congregabuntur omnes impii, id est

Aug' sup' ep' ad ebr'

D. xlviii

Aug' sup' ioh'

Aug' sup' ioh'

Aug' sup' ioh'

uero non descendente maiestatem iudicii et dampnationis, sed inuisibiliter eleuabuntur obuiam Christo.

De claritate luminarum tempore post iudicium.

Venientem autem ad iudicium domino in fortitudine et potestate magna, sol et luna dicuntur obscurari, non sui luminis priuatione, sed superuenientis maioris luminis claritate. Virtutes quoque caelorum et angeli dicuntur moueri, non metu dampnationis, sed aliqua perturbatione pauoris, sicut quando admiratione concuti uidentur. Unde Iob: Columpne caeli pauent ad aduentum eius. Ante diem uero iudicii sol et luna eclipsim patientur, sicut Iohel testatur dicens: Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam ueniat dies domini magnus et horribilis. Magnus ille dicitur quia magna quaedam fient. Cum autem fuerit factum caelum nouum et terra noua, tunc erit lux lunae sicut lux solis, testante Ysaia. Et lux solis septempliciter, id est sicut lux septem dierum, quoniam tunc lucebat sol in primordio ante septem dierum ante peccatum primi hominis, tantum lucebit post iudicium. Comminorata enim fuit lux solis et lunae aliorumque siderum per peccatum primi hominis. Sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris, quia septempliciter lucebit, ut non erit uicissitudo diei et noctis, sed tantum dies unus. Unde Zacharias: Et erit dies una quae nota domino, non dies neque nox, et in tempore uesperi erit lux. Quia scilicet tunc uarietas diei et noctis quomodo est, sed continua dies et lux. Ysaias tamen ut uidetur dicit quod tunc non lucebit sol uel luna, loquens de congregatione bonorum: Non erit tibi inquit amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunae illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Sed his uerbis non negat solem et lunam tunc lucere, sed significat Christum qui erit aeterna beatitudinis nostrae lucis usum praestare. Quia ut ait Ieronimus super eundem locum: caeli terraeque, solis et lunae nobis cessabit officium, ipse erit dominus lumen suis perpetuum. Potest etiam intelligi illud Ysaiae ea ratione dictum quod sol et luna non tunc habebunt ortum et occasum sicut nunc. Unde Ysidorus illud Ysaiae quasi exponens ait: Post iudicium sol laboris sui mercedem suscipiet. Unde propheta: lucebit septempliciter et non ueniet ad occasum. Nec sol nec luna, sed in ordine quo creata sunt stabunt, ne impii sub terra positi in tormentis fruantur luce eorum. Unde Abacuc: Sol et luna steterunt in ordine suo. Ecce aperte dicit solem et lunam tunc lucere, sed stabiliter permanere. Ubi etiam significat infernum esse sub terra. ¶ Si uero quaeris quis sit usus solis et lunae tunc, fateor me ignorare, quia in scripturis non inuenisse me legisse.

Zacharias

hysidor in li. [illegible]

De differentia mansionum in caelorum et inferno.

Post resurrectionem uero facto uniuerso completoque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duae, una scilicet Christi, altera diaboli, una bonorum, altera malorum, utraque tamen angelorum et hominum. Istis uoluntas, illis facultas peccandi non poterit esse, uel ulla conditio moriendi. Istis in aeterna uita feliciter uiuentibus, illis infeliciter in aeterna morte sine moriendi potestate durantibus. Quorum utique sine fine, sed in beatitudine isti alius alio praestabilius, in miseria uero illi alius alio tolerabilius permanebunt. ¶ Ex his patet et apparet quod sicut boni different, glorificabuntur alii magis, alii minus, ita et mali different in inferno punientur. Sicut enim in domo patris, id est in regno caelesti mansiones multae sunt pro meritorum differentia, ita in gehenna diuersae sunt mansiones, id est suppliciorum differentiae. Omnes tamen aeternam patientur poenam, sicut et electi eundem habebunt denarium, quem paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in uinea. Nomine denarii aliquid omnibus electis commune intelligitur, scilicet uita aeterna, deus ipse, quo omnes fruentur, sed impariter. Nam sicut erit differens clarificatio corporum, ita differens gloria animarum. Stella enim a stella, id est electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. Alius enim alio clarius quam dei speciem contemplabuntur, et ipsa contemplandi differentia diuersitas mansionum uocatur. Domus ergo est una, id est denarius est unus, sed diuersitas est in mansionibus, id est differentia claritatis, quia unum est summum bonum, beatitudo scilicet uita omnium, scilicet deus ipse, quo bono omnes electi fruentur, sed alii aliis plenius. Fruentur uero uidendo per speciem, non per speculum in enigmate. Vita enim aeterna est uidere uerum et agnoscere deum in specie. Unde Christus in euangelio ait: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te, et quem misisti Ihesum Christum, et uerum et solum uerum deum; hoc est: uita aeterna est cognoscere te. Non est ipsa cognitio quae uiuit, sed cognitionem habet bonum quod uiuit, id est uita.

fine

Iohannes

Si omnes homines uolunt esse beati.

Solet etiam quaeri de beatitudine, si et omnes eam uolunt et sciant quae sit uera beatitudo. De hoc Augustinus in libro XIII de trinitate ita disserit: Mirum est cum capescendae retinendaeque beatitudinis uoluntas una sit omnium, unde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas uoluntatum, non quod eam aliquis nolit, sed quia non eam omnes norunt. Si enim omnes eam nossent, non ab aliis putaretur esse in uirtute animi, ab aliis in uoluptate corporis, ab aliis atque aliis alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit? Sicut supra disputauimus. Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes quae ipsa sit, sed non omnes sciunt ubi sit, et inde contentio est? An forte aliquando quia propositum beate uiuere omnes homines uelle. Si enim beate uiuere est, uerbi gratia, secundum animi uirtutem uiuere, quomodo beate uiuere uult qui hoc non uult? Nonne uerius diceremus: homo iste non uult beate uiuere, quia non uult secundum uirtutem uiuere, quod solum est beate uiuere? Non ergo omnes beate uiuere uolunt, immo pauci hoc uolunt, si non est beate uiuere nisi secundum uirtutem animi uiuere, quod multi nolunt. Ita ne falsum

Au. in li. xiii. de tri.

in quodam l.

Au.

Au.

Au.

xlix

Innocentius dialogo.

Si h. q. quod volunt beate vivere

eam. Verum nec ipse Cicero dubitavit. Beati certe omnes esse volumus. Absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? An dicendum est, etiam si nichil sit aliud beate vivere quam secundum animi voluntatem vivere, tamen qui hoc non vult beate vivere vult? Similiter quidem hoc satis absurdum. Tale est enim ac si dicamus: qui non vult beate vivere, beate vult vivere. Istam repugnantiam quis audiat, quis ferat? Et tamen ad hanc contrudit necessitas, si et omnes beate vivere velle verum est, et non omnes sic volunt vivere quomodo solum vivitur beate. An forte ab his angustiis nos possumus eruere, ut dicamus nichil esse beate vivere nisi vivere secundum delectationem suam? Non falsum non esse quod omnes beate vivere velint, quod omnes nolunt, ut quisque delectatur, id quod summum est velle. Velle enim quod non deceat, est esse miserrimum; nec tamen miser est non adipisci quod velit, quam adipisci velle quod non oporteret. Quis ita sit cecus, ut dicat aliquem esse beatum, quia vivit ut vult, cum profecto et miser esset minus, si nichil eorum que perperam voluisset habere potuisset? Prava enim voluntate vel sola miser quisque efficitur, sed miserior cum desiderium male voluntatis implet. Quapropter cum verum est quod omnes homines beati esse velint, atque ardentissimo amore appetant, et propter hoc cetera quecumque appetunt; nec quisquam potest amare quod omnino quid vel quale sit nesciat, nec potest nescire quid sit quod se velle scit; sequitur ut omnes beatam vitam sciant. Omnes autem beati habent quod volunt, quamvis non omnes qui habent quod volunt continuo sint beati. Continuo autem miseri sunt qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non recte volunt. Beatus ergo non est, nisi qui et habet omnia que vult, et nichil vult male. Ille quippe beate vivit qui vivit ut vult, nec male aliquid vult. Verumtamen ex his duobus constet beata vita; licet in malis sit aliquis bonus, non tamen nisi finitis omnibus malis beatus est. Cum ergo ex hac vita qui in his miseriis fidelis et bonus est venerit ad beatam, tunc erit vere quod nunc esse nullo modo potest, ut sic homo vivat quomodo vult. Non enim tunc volet male vivere, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit quod voluerit; quicquid amatum fuerit aderit, nec desiderabitur quod non aderit; quicquid ibi erit bonum erit, et quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se velle omnium hominum est. Beatos esse se velle omnes in corde suo vident; non tamen omnium est fides qua ad beatitudinem pervenitur.

Quis sit beatus.

Solet queri utrum aliquid de deo cognoscat aliquis magis meritis, ut Petrus, quod non cognoscat aliquis minus meritis, ut Linus. Plurimis videtur quod omnia de deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cognoscent, sed differenter. Sic et enim modo nobis visibile magis dignus quisque videtur, quamvis eum intelligat unus et unus. Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. Unde sequitur ut non sit aliquid beatitudini pertinens magis meritum aliquis beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt, que ad cognitionem beatitudinis sunt, sed in modo videndi differentes. Alius enim alio magis, alius alio minus fulgebit.

Si quid de deo cognoscatur ab aliquo quod ab alio non intelligatur. Omnis.

De paritate gaudii.

Solet etiam queri an in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Augustinus ait: Multe mansiones in una domo erunt, id est varie premiorum dignitates; sed ubi deus erit omnia in omnibus, erit in dispari claritate par gaudium, ut quod habebunt singuli commune sit omnibus, quia et gloria capitis omnium erit per vinculum caritatis. Ex his datur intelligi quod par gaudium omnes habebunt, licet disparem cognitionis claritatem, per caritatem que in singulis erit perfecta; tantum quisque gaudebit de bono alterius, quantum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit gaudium, videtur quod par sit omnium beatitudo, quod constat omnino non esse. Ad quod dici potest quod beatitudo par esset, si ita esset par gaudium, ut etiam par esset cognitio. Sed quia hoc non erit, non facit paritas gaudii paritatem beatitudinis. Potest etiam sic accipi par gaudium, ut non referatur paritas ad intensionem affectionis gaudentium, sed ad universitatem rerum de quibus gaudebitur; quia de omni re unde gaudebit unus, gaudebunt omnes.

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.

Post hec queri solet si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium quam nunc sit. Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium quam ante, quia maius erit eorum gaudium, ut testatus est Augustinus, cum amplius erit eorum cognitio. Unde Ieronimus: Perfecto iudicio ampliorem gloriam sue claritatis deus monstrabit electis. Si quem autem movet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo preberi, difficilior questio est quam ut perfecte possit diffiniri. Sed tamen dubium non est, et raptam a carnis sensibus hominis mentem, et post mortem ipsa carne deposita, non sic videre posse incommutabilem substantiam sicut sancti angeli vident, sive alia latentiore causa, sive ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum bonum celum, donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus cuius sit difficilis et gravis administratio, sicut hec caro que corrumpitur, multo magis avertitur mens ab illa visione summi celi. Proinde cum hoc corpus iam non animale sed spirituale receperit, angelis coequata perfectum habebit sue nature modum, obediens et imperans, vivificata et vivificans tam ineffabili facilitate ut sit ei glorie quod sarcine fuit.

Si mali in inferno peccabunt.

Hic oritur quod ex premissis dicens congruenter supponitur. Augustinus loquens de malis in inferno damnatis et bonis in celo glorificatis, dicit quod nec bonis voluntas, nec malis facultas.

Au. in li. de civitate dei

Ostendit quod dubium

Opinio ista non est vera.

Nota

Ieronimus super Osee

Au.

Au. solutio tacite questionis

peccandi et potestate. De bonis quidem constat, sed de malis quaeritur, quibus voluntatem malam non removeri constat, quomodo verum sit eos non posse peccare, cum malam habeant voluntatem. Quidam autumant illam malam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Alii vero peccatum esse fatentur, sed pro illo eos non mereri aliam poenam, quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicii, sed supplicium mali meriti quod in hac vita processit. De hoc autem Augustinus ita dicit: Tempus acquirendi vitam aeternam in hac tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse poenitentiam fructuosam. Ideo hic poenitentia fructuosa est, quia potest hic homo deposita malitia bonum velle, et mutata voluntate mutata simul opera, quia mutata voluntate gerere quae Deo placeant. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem poenitentiam in futuro saeculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inveniet, quia etsi erit ibi stimulus poenitudinis, nulla tamen ibi erit correctio voluntatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus possit ab eis diligi vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, ut habeat in se semper malignitatis suae supplicium, nunquam tamen recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt nullas in se malae voluntatis reliquias habebunt, ita illi qui erunt in supplicio ignis aeterni cum diabolo et angelis eius deputati, sicut nullam habebunt ulterius requiem, sic bonam habere nullatenus poterunt voluntatem. Et sicut coheredibus Christi dabitur perfectio gratiae ad aeternam gloriam, ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas poenam, quando exterioribus deputati tenebris nullo illustrabuntur interioris luminis veritate. Ex his apparet reprobos in inferno sic peccatum gesturos, ut peccatum prava voluntate non deserant; illa maligna voluntas erit eis ad cumulum poenae. Peccatum tamen non merebuntur, quia nullus meretur nisi in hac vita.

Solutio. Sed di[illegible] uer[illegible] loc.

Au. in lib. de fide ad Petr.

Quae tenebrae exteriores.

Hic quaeri potest quae sint illae tenebrae quibus involventur mali in gehenna, dictae exteriores; quia tunc mali penitus extra lucem corporalem et spiritualem, scilicet divinam, erunt. Sunt enim qui putant tenebras in caecitate mentis, non tamen penitus extra lucem mundi fore, nec privari corporali luce. De hoc Augustinus sic ait: [illegible] Dei in iudicio erit, et hic est in caecitate mentis, cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebrae erunt, quia et peccatores penitus extra Deum erunt. Quid est enim penitus esse extra Deum, nisi esse in summa caecitate? Siquidem Deus habitat lucem inaccessibilem. Hae ergo tenebrae hic iam incipiunt in peccatoribus, cum ab intentione Dei luce secluduntur, sed non penitus dum in hac vita est. Et ecce quare peccatores ibi dicuntur pati exteriores tenebras, non hic, quia ibi secludentur penitus a luce Dei, quod non hic. Sed quomodo intelligendum sit illa seclusio a luce? Neque non videbunt Deum per speciem. Sed nec aliquis videt hic Deum per speciem, a quo per dissimilitudinem quam facit peccatum inter Deum et hominem. Sed et hic multi per gratiam peccata elongantur a Deo, quia Deum oderunt, ita ut quasi Deum non esse. Sed et hic multi oderunt, de quibus scriptum est: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Quae est ergo illa elongatio? Sane exteriores tenebrae intelligi possunt quaedam malignitas odii et voluntatis, quae tunc erit in cordibus reproborum, et quaedam oblivio Dei, quae ex nimietate interiorum et exteriorum doloribus adeo efficientur et habebunt, ut ab illius cogitatione aliquando desistant, nec iterum [illegible] in mentem revocent, ut qui nimio pondere premitur. Adeo stupefacti tenebuntur, ut inter tanta mala cogitandum non [illegible], sed illuc tendit impetus cogitationis ubi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est ut penitus secludatur a cogitatione Dei, qui nec potest appetitum bonitatis, et quidem boni amorem quem ipse [illegible] dicitur. Illas autem profundissimas et exteriores tenebras reprobos passuros fore videtur dicere Augustinus, opponens de illo divite qui in inferno positus, elevans oculos vidit Abraham, et in sinu eius Lazarum, cuius compassione coactus est confiteri mala sua usque adeo, ut fratres rogaret admoneri per monitorem. Quod autem viderit sicut legitur, sed per [illegible] cum in profundioribus tenebris erunt impii, nullam Dei lucem videbunt, cum confiteantur.

De animabus damnatorum, si quid habeant cognitionis de his quae hic fiunt.

Praeterea solet quaeri si animae quae nunc in inferno cruciantur notitiam habeant eorum quae circa suos in hac vita geruntur, et aliquo modo doleant super infortuniis suorum. Hanc quaestionem Augustinus invenitur ex parte absolvere explicans, ex parte vero insolutam relinquens. Ait enim: Quaeret aliquis an nullus dolor tangat mortuos de his quae in suis post mortem contingunt, et quomodo ea quae circa nos aguntur noverint spiritus defunctorum. Cui respondeo: magna est quaestio, nec nunc plenarie disserenda. Breviter tamen dici potest, quia etsi cura mortuis de suis [illegible], ut de divite legitur, qui dum torqueretur apud inferos, patres suos [illegible] levavit oculos ad Abraham, et inter alia dixit: Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Sicut enim mortui curant de vivis, licet nesciant quid agant, quia nec in locis poenarum vident eos, quia viventes fratres erant, nec in requie beatorum, quia Lazarus et Abraham magnis longe [illegible]. Non tamen ideo consequens est eos scire quid de suis agatur hic, et ideo [illegible].

Quomodo accipiendum sit de his quae de Lazaro et divite dicuntur.

Siquis autem quaerit quomodo intelligendum quod de Lazaro et divite legitur, audiat Augustinum respondentem dicentem: Siquis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri, cum sint sine corpore, sicut docuerunt qui fabricant [illegible] in loco fuisse corporali ostendunt, ipsam quia animam corpoream pro parasse linguam et illam de Lazari digito cupisse. Sed melius est dubitare de occultis quam litigare de incertis. Divitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur lingua divitis, flamma inferni, sinus Abrahe, ibi vix a mansuetis, a contenciosis numquam invenitur.

Si se videant boni et mali.

Queri eciam solet utrum vicissim se videant qui sunt in inferno et illi qui sunt in gloria. Sic sancti tradunt: et boni malos et mali bonos vident usque ad iudicium. Post iudicium vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Unde Gregorius: Infideles in imo positi ante diem iudicii fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt.

De chaos inter bonos et malos.

Sed cum sancti malos in tormentis videant, sine aliqua compassione erga eos moventur? sione eos detentos liberari cupiunt. Recolo illud evangelicum quod Abraham diviti respondit: Inter nos et vos magnum chaos firmatum est, ut hi qui volunt hinc ad vos transire non possint, neque inde huc transmeare. Quid est illud chaos inter bonos et malos, nisi hinc iusticia, illinc iniquitas, que nullatenus sociari valent? Adeo enim sancti dei iusticie addicti sunt, ut nulla compassione ad reprobos trahi valeant. Nulla penitus inter sanctos stat interclusio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire ad illos, si non possunt? Quia si vellent dei adiutorio, non fieret eis molestia liberando illos. Vel ita dicitur velle et non posse, non quia velint et non possint, sed quia si vellent non possent eos iuvare. De hoc etiam Gregorius ait: Dicitur reprobis a penis ad gloriam sanctorum transire volunt, et non possunt; iusti vero per misericordiam mente ut volunt ad positos in tormentis, ut eos liberent, sed non possunt, quia iustorum anime, etsi in nature sue bonitate misericordiam habent, iam tamen auctoris sui iusticie coniuncte tanta rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moveantur.

An visa impiorum pena non minuit beatorum gloriam.

Postremo queritur an visa pena reproborum decoloret gloriam beatorum, an eorum beatitudini proficiat. De hoc ita ait Gregorius: Apud animum iustorum non obfuscat beatitudinem aspecta pena reproborum, quia ubi iam compassio miserie non erit, minuere beatorum leticiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam vident penas malorum, quas per gratiam evaserunt. Qui dei claritatem vident, nichil in creatura agitur quod videre non possunt. Illud est autem mirandum si sancti iam immortales reprobos videant vi sue intelligencie, cum prophete adhuc mortales videre hec omnia meruerunt. Egredientur ergo electi non loco, sed intelligencia vel visione manifesta ad videndum impiorum cruciatus, quos videntes non dolore afficientur, sed leticia satiabuntur, agentes gratias de sua liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate. Unde Ysaias impiorum tormenta describens et ex eorum visione leticiam bonorum exprimens ait: Egredientur electi scilicet et videbunt cadavera virorum qui prevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, ignis non extinguetur, et erunt usque ad sacietatem visionis omni carni, id est electis. Legitur cum Ysaias cum vidit viventium hec de pedibus sedentis super solium excelsum, quos seraphin duabus alis velabant, scilicet per eos. Ubi non auditorum commemorasse sufficiat, qui a facie throni sedentis per media ad pedes usque via ducente pervenitur.

Sentenciarum explicit liber quartus

Gregorius super Lucam

chaos

quod compassio

Gregorius super Lucam

Reprobi transire volunt, iusti pro dampnatis, sed non [illegible] animo

Gregorius super Lucam

Jeronimus super Ysaiam

Ysaie vi

Sunt in quarto libro l. distinctiones et ccc iiii^xx capitula vno minus capitulo

Ascendit moyses cum senioribus circa montem. ne egrederetur populus de castris ad videndum dominum. propter quod et eis in nimia multitudo descendisset dominus in nube et in igne in monte Synai. ideo dedit legem moysi verbo audiente universo populo. Timentes autem erant [illegible] divine vocis quam audiebant de nube ut non possent ipsi sustinere. dixitque dominus ad moysen ut supercilium montis ascenderet et secretum domini sibi revelatum narraret. Cumque ascendisset moyses. precepit ei dominus ut sepiret montem i. quosdam terminos limites circa montem constitueret. quos ex precepto domini nemini transire fas esset.

Sepivit ergo moyses montem domino precipiente. Sepe legitur moyses et aaron terminos positos et post ascendisse in montem domino vocante. postquam autem terminus semel cum eo ascendisse leguntur usque ad terminos ut aaron. necnon iosue et lxx. qui acceperunt etiam de spiritu moysi. Mora autem faciente moyse cum domino. redierunt ut aaron et lxx diurno expectationis tedio fatigati. Solus iosue remansit circa terminos montis. sollicitus de reditu domini sui. ut in descensu occurreret ei. populus autem non egrediebatur de castris. poterat autem quilibet non [illegible]. quos preter [illegible] transgressi terminos perierunt. Hic ergo possunt distingui iiii. persone. Moyses solus in montem ascendens. Iosue terminos non excedens. populus ad terminos non accedens. ut aaron fatigati redeuntes. alii transgressi terminos et pereuntes. Mons iste quem solus moyses ascendit sacra scriptura intelligitur. immobili firmitate subsistens. et canon utriusque testamenti. in xxx. voluminibus consistens. In canone siquidem novi testamenti viii. In canone veteris testamenti xxii. volumina continentur. Sacra scriptura monti comparatur. pro dicto cum sit eminentia scientie. tum quia adeo est instituta. ut ei non sit fas obviare. Hinc est quod sancti aug. ambr. ier. aug. sepe determinant. auctoritati canonis nequaquam fas est determinare. ut sit evidens et. Nemo enim audet os suum ponere in celum. terminos positos circa montem mistice agiographa intelligimus vel sanctorum expositiones. que tenent doctrine vestigia. et loquitur ne transgrediamur terminos quos posuerunt patres nostri. proverbiorum. mistice intelligimus qui in spiritu [illegible] ad summum montis eminentiam ascendunt. ut paulus et ceteri apostoli. qui profunda et obscura sacre scripture spiritu sancto dictante penetraverunt.

Preter hos autem sunt alii qui usque ad terminos ascendunt studiosi doctores qui sacre scripture perscrutande insistunt perennes. si operis difficultatem et laboris instantiam delectantur. tales per iosue designantur. qui nec ex plurium [illegible] ascendunt. nec ex diffidentia descendunt. Usque ad terminos procedunt. sed fatigati recedunt. qui librorum sacre pagine inspectioni attendentes de se ipsis diffidunt [illegible] adversas facultates. non facile videntes perscrutari. isti sunt et timidi et fatigati. tales designati sunt per ut aaron. qui usque ad terminos procedunt sed fatigati redeunt. Sunt et alii qui non ad terminos accedunt. qui secularibus negotiis impliciti nichil de sacra scriptura meditantur aut curant.

Isti sunt pigri. Sunt et alii qui terminos transgrediuntur et pereunt. ut heretici. qui sacram scripturam exponentes ad inventionibus suis pervertunt. et de ingenio suo nova confingunt. Isti sunt blasphemi. Contra hec genera istorum scilicet timidos pigros et blasphemos aggressus est. Magister vir felicis memorie commendande memorie hoc enchiridion i. manuale volumen componere quod patrum sententias breviter colligeret. et totius sacre pagine pluralitatem in brevem quandam summam redigeret. Contra timidos sive fugitivos ut operis brevitate eos revocaret. Contra pigros ut facilitate operis excitaret. Contra blasphemos ut auctoritatum multiplicitate confutaret. Hec autem tria fecit magister in opere suo. nam et operis brevitate revocat fugientes. facilitate operis excitat pigritantes. Sed et auctoritatibus arguit blasphemantes. Sed quia magistro poterat obici illud salomonis faciendi plures libros nullus est finis. ne videretur liber iste superfluus in tanta librorum multitudine. premittit magister operi suo prohemium. in quo se de arrogantia superfluitatis excusat. et libellum de superfluitate. in quo ponit tres causas ab aggressu tanti operis dehortantes. ponit et tres alias exhortantes quibus contra fortioribus clausis vel aliis eliminatis. et prima causa dehortans tenuitas scientie. prima exhortans commendatio vidue.

Secunda dehortans est difficultas operis ardui. Secunda exhortans exemplum samaritani cum duobus denariis. tertia dehortans emulorum. tertia exhortans profectus [illegible] petitio sociorum. Ista est cum exhortans eliminatis dehortantibus. tractat magister sacram scripturam compendiose [illegible] de duobus scilicet de creatore et opere creationis. Opus autem creationis dividitur in opus creationis et opus recreationis et opus ultime retributionis. Item opus recreationis subdividitur in opus recreationis quod gessit in persona propria. et hec opera sunt incarnatio. passio et similia. et opus quod [illegible] per sacramenta. Eleganter ergo distinxit magister opus suum in iiii. volumina. ut in primo ageret de creatore in secundo de opere creationis. In tertio de opere recreationis quod gessit christus in propria persona. In quarto de opere recreationis quod agit deus i. de sacramentis ecclesiasticis. tandem terminat librum suum in opere ultime retributionis. Materia duplex est scilicet creator et opera creationis [illegible] signa. Intentio triplex est. Intendit enim hereticos et timidos revocare. pigros excitare. blasphemos confutare. Confutat autem hereticos hoc modo. primo ostendendo quid circa fidem sit tenendum. secundo ostendendo quid circa eam sit contradicendum. deinde quid circa eam potius sit respondendum [illegible] contradicendum.

BIBLIOTHEQUE NATIONALE

BIBLIOTHEQUE DE SORBONNE

¶ li. xiij. de civit. in fine totali volum. c. d. aga. si v(er)o q(ua)erit(ur) de sic v(er)s(us) sol(em) et lune vicior(um) in fine scelerum fateor me ignorare et in scriptis n(on) memini me legisse timens exp(re)sse q(uod) nomitas seu admiratio q(ue) p(ro) homine e(st) in corpore respe(ct)u fecit certu(m) q(uod) de [illegible] agentur t(ame)n alibi nullu(m) h(abe)o loc(um). Item de s(er)mo(n)e q(ui) li. eodem. d. h. z. libera fine capit(ul)i signo d(e) q(uo)m intelligat(ur) lingua demonis [illegible] in fine sinu abrahe. et h(ec) s(un)t dixit a mansuetis a generosis nequ(aqua)m inventum

[illegible] li. p(ri)mo d. [illegible]. ca. hoc dixi(mus). [illegible]. sed forte ex d(ict)o b(eati) hylarii pulcro manifestat(ur) q(uod) no(n) sufficimus loq(ui) de divinis. It(em) ad. p(ri)mo eidem d(i)stinc(tio) d. auct(orita)s apte clamat q(ui) in p(er)sonis et p(ro)p(ri)etates et in eccl(es)ia [illegible]. gr(atia) ubi dic(it) [illegible] sic auct(orita)s [illegible]. li. p(ri)mo d(i)st. xxxiiij. ca. [illegible] de [illegible] sed captam ad h(ab)ebas multa de deo intelligimus q(uod) loq(ui) p(er) [illegible] no(n) valem(us) [illegible]

[illegible] aug(ustinus) [illegible] nobis [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] legem [illegible] non adulterabis non occides non furaberis non falsum testimonium dices non concupisces [illegible]

[illegible] penetrant [illegible] caritate in qua tota lex [illegible]

[illegible] tanto magis delectatur.

[illegible] plena sit lacte.

[illegible] delectatur in [illegible] transformari.

[illegible] anima mea [illegible] amore Dei [illegible]

[illegible] et non senties dolorem. Sufficiens est homini erudito vinum exiguum et in dormiendo non laborabis ab illo. Vigilia et colera et tortura viro infrunito. Somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque in mane et anima illius cum ipso delectabitur. Et si coactus fueris in edendo multum, surge e medio et evome et refrigerabit te et non adduces corpori tuo infirmitatem. Eccli. xxxi.

Diligentes in vino noli provocare: multos enim exterminavit vinum. Eccli. xxxi.

Equa vita hominibus vinum in sobrietate: si bibas illud moderate eris sobrius. [illegible] Sanitas est anime et corpori sobrius potus. Eccli. xxxi.

Exultatio anime et cordis vinum moderate potatum. Eccli. xxxi.

Vinum multum potatum irritationem et iram et ruinas multas facit. Eccli. xxxi.

Audite me magnates et omnes populi et rectores ecclesie auribus percipite. Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te in vita tua, et non dederis alii possessionem tuam ne forte peniteat te et deprecetur pro illis. Melius est enim ut filii tui te rogent quam te respicere in manus filiorum tuorum. Eccli. xxxiii.

Pone thesaurum tuum in preceptis Altissimi et proderit tibi plus quam aurum.
Conclude elemosinam in corde pauperis et hec pro te exorabit ab omni malo.
Vir bonus fidejussor fit proximo suo et qui perdiderit confusionem derelinquet sibi.
Gratiam fidejussoris ne obliviscaris, dedit enim pro te animam suam.
Ingratus sensu derelinquet liberantem se.
[illegible] in promissione nequam.
[illegible] et attende tibi ne incidas.
Recupera proximum secundum virtutem tuam [illegible]
Initium vite hominis aqua et panis et vestimentum et domus protegens turpitudinem.
Melior est victus pauperis sub tegmine asserum quam epule splendide in peregre sine domicilio.
Vita nequam hospitandi de domo in domum, et ubi hospitabitur non fiducialiter aget nec aperiet os.

Eccli. xxix.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere; exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. Isa. lii.

Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum et illuc ascendisti ut immolares hostias. Et post ostium et retro postem posuisti memoriale tuum, quia juxta me discooperuisti et suscepisti adulterum. Isa. lvii.

Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum [illegible]. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum et sanitas tua citius orietur et gloria Domini colliget te. Isa. lviii.

Ecce non est abbreviata manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata auris eius ut non exaudiat. Sed iniquitates vestre diviserunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Isa. lix.

[illegible] nunc vera vita abscondita [illegible] in [illegible] fide et spem [illegible]

Unde [illegible]

Spiritus manifeste dicit quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in ypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona et nichil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei et orationem. Ad Thim. iiii.

Ante orationem prepara animam tuam et noli esse quasi homo qui temptat Deum. Memento ire in die consummationis et tempus retributionis in conversione faciei. Memento paupertatis in tempore abundantie et necessitatum paupertatis in die divitiarum. A mane usque ad vesperam immutabitur tempus [illegible]. Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes. Eccli. xix.

Omni vita tua dilige Deum et invoca eum in salute tua. Eccli. xiii.

Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjungetur et omnis homo simili sui sociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo. Eccli. xiii.

Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo et mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. Benedictio Dei in mercedem justi festinat et in hora veloci processus illius fructificat. Eccli. xi.

BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE MSS.

[illegible] ad societatem [illegible]

Divitie addunt amicos plurimos; a paupere autem et hi quos habet separantur. Prov. xix.

Aug. [illegible] timore non peccat. In [illegible]

[illegible] qui est amore non peccat. [illegible] mundo [illegible]

Ego dilecto meo [illegible]

In tribus placitum est spiritui meo que sunt probata coram Deo et hominibus: concordia fratrum et amor proximorum et vir et mulier bene sibi consentientes. Tres species odivit anima mea et aggravor valde anime illorum: pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum. Eccli.

In juventute tua que non congregasti, quomodo invenies in senectute tua? Eccli.

Timor Dei [illegible] delectationis est. Eccli.

[illegible] unus [illegible] et duo [illegible] in porta [illegible]

Non in multitudine exercitus [illegible] nec in gladio neque in hasta salvat Dominus. I Reg. xvii.

[illegible]

[illegible] Mathei xxiii.

[illegible] de fructibus [illegible] in fine.

Ve qui conjungitis domum ad domum et agrum agro copulatis usque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terre? Isa. v.

Ve qui consurgitis mane ad sectandam ebrietatem et potandum usque ad vesperam ut vino estuetis. Isa. v.

Ve qui justificatis impium pro muneribus et justitiam justi aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis et calor flamme exurit, sic radix eorum quasi favilla erit et germen eorum ut pulvis ascendet. Isa. v.

Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem. Prov. xxvi.

Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum, sic qui scrutator est majestatis opprimetur a gloria. Prov. xxv.

Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Prov. xxvi.

[illegible] Prov. xvii.

Qui reddit mala pro bonis non recedet malum de domo eius. Prov. xvii.

Omnes dies pauperis mali; secura mens quasi juge convivium. Prov. xv.

Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur, et si compresserit labia sua intelligens. Prov. xvii.

Qui perversi cordis est non inveniet bonum. Prov. xvii.

Nota [illegible] diaboli [illegible]

Potentia [illegible] Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui Sancto [illegible]

Princeps qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habebit impios. Prov. xxix.

Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate est. Prov. xxi.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis et ipse clamabit et non exaudietur. Prov. xxi.

Qui diligit epulas in egestate erit; qui amat vinum et pinguia non ditabitur. Prov. xxi.

Feneratur Domino qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddet ei. Prov. xix.

Melius est nomen bonum quam divitie multe. Prov. xxii.

Anima impii desiderat malum, non miserebitur proximo suo. Prov. xxi.

Divitie addunt amicos plurimos; a paupere autem et hi quos habuit separantur. Prov. xix.

Qui calumniatur pauperem ut augeat divitias suas dabit ipse ditiori et egebit. Prov. xxii.

Aufer rubiginem de argento et egredietur vas purissimum. Prov. xxv.

Mel invenisti? Comede quod sufficit tibi, ne forte saciatus evomas illud. Prov. xxv.

Si esurierit inimicus tuus ciba illum; si sitierit da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis super caput eius et Dominus reddet tibi. Prov. xxv.

Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Prov. xxv.

Prepara foris opus tuum et diligenter exerce agrum tuum, ut postea edifices domum tuam. Prov. xxiv.

Per agrum hominis pigri transivi [illegible] et ecce totum repleverant urtice, operuerunt

superficiem eius spine et maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem posui in corde meo et exemplo didici disciplinam.

[illegible] dormitabis [illegible] manus conseres ut dormias

et veniet tibi quasi cursor egestas et mendicitas quasi vir armatus. Prov. xxiv.

Erudi [illegible] filium tuum [illegible]

[illegible] mulier [illegible]

[illegible] in sanguine [illegible]

[illegible]

gradus [illegible]

[illegible]

MAGISTE
SENTENTI

LATIN
15705